


extract bti thome et dyalogus bti Gregorij mgri mathie de Cobelenc sacre theologie pfessoris



vesiunn e de[illegible]

Quodlibeta S. Thomæ
et
Liber Dialogorum S. Gregorii



Quesitum est de deo et homine ^angelo de deo quesitum est primo quantum ad divinam
naturam / secundo quantum ad naturam humanam assumptam. Quantum ad divinam
naturam quesitum est utrum beatus benedictus in visione qua vidit totum mundum
divinam essenciam viderit, et videbatur quod sic / dicit enim Greg. de hac visione loquens
anime videnti deum angusta fit omnis creatura / sed vide deum est vide divinam essenciam
ergo beatus benedictus vidit divinam essenciam / Item idem sequitur. beatus Greg. quod
totum mundum vidit in divino lumine. sed non est aliud lumen vel claritas dei quam ipse deus / ut Greg.
dicit et hoc est in glosa / Exo. 33 super illud Non videbit me homo et vivet / ergo beatus benedictus
vidit deum per essenciam / Sed contra est quod dicitur Joh. 1 deum nemo vidit umquam / ubi dicit glosa
quod nullus in mortali carne vivens dei essenciam videre potest / Respondeo dicendum / ex corpus corporale aggravat
animam ut dicitur Sap. 9 / Summa autem elevacio mentis humane est / ut ad divinam essenciam videndam pertingat
unde impossibile est ut mens humana dei essenciam videat / ut Aug. dicit 12 super Gen. ad litteram / nisi
huic vite mortali funditus homo moriatur vel sic alienetur a sensibus ut nesciat utrum sit in corpore
an extra corpus sicut de paulo legitur ad Chor. 12 / Beatus autem benedictus qui illam visionem vidit
non huic vite funditus erat mortuus nec a corporeis sensibus alienatus / quod patet per hoc
quod dum adhuc in eadem visione persisteret alium ad idem videndum advocavit ut Greg. refert unde
manifestum est quod dei essenciam non vidit / Ad primum ergo dicendum est quod Greg. ex quadam proporcione argumentum
intendit in verbis illis / si enim videntes dei essenciam in eius comparacione totam creaturam reputant parvam
quid ad videndum non est mirum / sed beatus benedictus per lumen divinum aliud amplius videre potuit quam
homines communiter videant / Ad secundum dicendum quod lumen dei quandoque dicitur ipse deus / quandoque vero aliud
lumen derivatum ab ipso secundum illud ps. In lumine tuo videbimus lumen. sic autem accipitur pro lumine derivato a deo



Deinde querebatur de christo circa naturam humanam / primo utrum sint in christo una filiacio qua refertur
ad patrem et matrem. an due / secundo de morte eius / utrum in triduo mortis fuerit homo / Ad primum
sic procedebatur / videtur quod in christo sint due filiaciones. multiplicata enim causa relacionis multi-
plicantur relaciones / Causa autem est causa filiacionis / Cum igitur sit alia generacio qua christus natus est eternaliter a patre
alia qua natus est temporaliter a matre / erit etiam alia filiacio qua refertur ad patrem et alia qua refertur
ad matrem / Item quod recipit ex tempore aliquid absolutum absque sui mutacione multo magis absque sui
mutacione potest recipere temporaliter aliquam proprietatem relativam / sed filius dei ex tempore recepit absolutum
absque sui mutacione / quia sicut dicitur Luce primo / magnus erit et filius altissimi vocabitur. dicit Ambro. non
ideo erit magnus quia ante partum virginis magnus non fuit / quod sed quia potenciam quam dei filius
naturaliter habet homo erat ex tempore accepturus / ergo multo magis ex tempore potuit accipere dei filius absque
sui mutacione novam filiacionem / ut ei conveniant due filiaciones una eterna alia temporalis / Sed contra quia
ab hoc quod sit tale ab eius unitate habet quod sit unum tale / sed a filiacione aliquis habet quod sit filius
ergo una filiacione est unus filius et non duo / ergo in christo non sunt due filiaciones / sed una tantum / Respondeo dicendum
quod relaciones differunt in hoc ab omnibus aliis rerum generibus / quia ea que sunt aliorum generum ex ipsa racione
sui generis habent quod sint res nature / sicut quantitates ex racione quantitatis / et qualitates ex racione qualitatis
sed relaciones non habent quod sint res nature ex racione rei / sed ex racione respectus ad aliud / Invenitur enim quidam
respectus qui non sunt reales sed racionales tantum / sicut scibile refertur ad scienciam / non aliqua reali
relacione in scibili existente / sed potius quia sciencia refertur ad ipsum secundum philosophum in 5to methaphysice / quedam vero relaciones
habent quod sint res nature / ex hoc scilicet quod per ^qua una res naturalem ordinem habet ad alteram / quando unde naturalis et realis
ordo est ipsa relacio / Non dextrum et sinistrum in animalibus sunt relaciones reales / quia consequuntur quasdam naturales
virtutes / In columpna autem sunt respectus racionis tantum secundum ordinem alicuius ad ipsam / Ex eodem autem habet aliquid
quod sit ens et quod sit unum / Et ideo contingit quod sit una relacio realis tantum propter unitatem cause sicut patet
de quantitate / propter unam enim quantitatem in uno corpore una est equalitas tantum / quamvis sint respectus multi
secundum quos diversis corporibus dicitur equale / si autem in illos omnes respectus multiplicarentur reales relaciones
in uno corpore sequeretur quod in uno essent actu infinita vel indefinita / Et sicut magis est una
relacio magis omnium quos idem docet quoniam sunt multi respectus / Sic et unus homo secundum reale

filiationem unam, est filius simul patris et matris quia una natura unam naturam ab utroque recepit. Sequendo
quoque hanc rationem videtur dicendum quod alia sit filiatio realis in Christo qua refertur ad patrem, et alia qua refertur
ad matrem, et alia est naturalis qua habet a patre, et alia est qua habet a matre. Sed prima relatio refertur secundum hoc est enim
vel tercio, quia non relatio dei ad creaturam realiter in deo existit, sed est rationis tantum, quia deus est super omnem
ordinem creature et est mensura omnis creature a quo dependet omnis creatura, et non est econverso, multomagis quam hic quantum
sensibile respectu scientie in quo propter has causas non est relatio realis ad scienciam. Est autem considerandum quod subiectum filiationis
non est natura vel nomen pertinens ad naturam. Non enim dicimus quod humanitas sit filius vel caput vel oculus. In Christo autem non
ponimus nisi unum suppositum et unam ypostasim, sic et unam personam quod est suppositum eternum in quo nulla
relatio realis ad creaturam esse potest ut iam dictum est. Unde relinquitur quod filiatio qua Christus refertur ad matrem est re-
lationis tantum. Nec propter hoc sequitur quod Christus non sit realis filius virginis. Sicut enim deus realiter est dominus
propter realem potentiam qua continet creaturam, sic realiter est filius virginis propter realem naturam quam accepit a matre.
Si autem in Christo essent plura supposita oporteret in Christo ponere duas filiationes. Sed reputo hoc erroneum
et in conciliis invenitur dampnatum. Unde dico quod in Christo est una relatio realis tantum qua refertur ad patrem.
Ad primum ergo dicendum quod non negamus in Christo non esse realem filiationem qua refertur ad matrem quia causa relationis deficiat,
sed quia deficit subiectum talis relationis, cum non sit in Christo aliquod suppositum creatum vel ypostasis. Ad secundum
dicendum quod eo modo quo ille homo accepit ex tempore dei potentiam, eo modo accepit filiationem eternam, intellige scilicet secundum
esse, ut una esset persona dei et hominis, ut ibidem Ambrosius subdit. Hoc autem non est secundum per additionem realem abso-
lutam vel relativam temporalem inherentem filio dei, sed per solam unionem que realiter existit in natura creata,
non autem realiter in ipsa persona assumpta. Quod vero in tertium obiicitur necessitatem non habet. Dicitur
enim aliquis unus qualis propter unitatem realis subiecti, licet sint multe qualitates ut color sapor in pomo.
[A]d secundum sic proceditur. Videtur quod Christus in cruce mortuus non fuerit. Si enim fuit mortuus aut hoc
fuit quia ipse a corpore animam separavit, aut propter vulnera. Non primo. Sic enim sequeretur quod Iudei
Christum non occidissent, sed quod ipse Christus fuit homicida, quod est inconveniens. Et similiter nec secundo, quia mors
que accidit propter vulnera provenit homini ad summam debilitatem perveniendo, quod in Christo non fuit quia
clamans expiravit. Ergo Christus in cruce nullo modo mortuus fuit. Quia humana natura non fuit in Christo debilior
quam in aliis hominibus, sed nullus alius homo moreretur per vulnera manuum tacito et pedum. Vulnus
autem lateris fuit ei infixum seu inflictum post mortem. Christus igitur in cruce mortuus non fuit. Cum nondum tamen morte
eius videatur esse. Sed contra est quod dicitur Joh. 19 quod Christus in cruce pendens inclinato capite tradidit spiritum.
Mors autem est per separationem anime a corpore; ergo Christus in cruce mortuus fuit. Respondeo quod absque omni dubio con-
fitendum est Christum in cruce vere mortuum fuisse. Sed ad videndum causam mortis eius considerandum quod cum Christus fuit
deus et homo eius subserviat potestati quicquid pertinet ad humanam naturam in ipso, quod in aliis puris hominibus non
contingit. Voluntati enim eorum non subiacent que naturalia sunt. Unde hec causa assignatur quare anima Christi simul
patiebatur et fruebatur, quia scilicet eo volente. Hoc factum est ut non fieret redundancia a superioribus viribus
in inferiores, ne impedirentur superiores virtutes a suo actu propter passionem inferiorem, quod in aliis
hominibus contingere non potest propter naturalem connexionem potentiarum adinvicem. Et similiter in proposito est dicendum. Mors
enim violenta accidit ex hoc quod nocumento illato natura cedit, et quamdiu natura resistere potest tamdiu mors retardatur.
Unde in quibus natura est fortior … tardius moriuntur. Erat autem … quod natura re-
sisteret tormento illato et quod cederet. Unde eo volente natura restitit nocumento illato usque ad finem plus quam
in aliis hominibus posset, ita quod in fine posset post multam sanguinis effusionem quasi integer viribus exclamare vo-
ce magna, et statim eo volente natura cessit et tradidit spiritum, et hoc ut se dominum nature et vite et mortis
ostenderet. Unde hoc admirans Centurio dixit: Vere hic homo filius dei erat. Sic ergo et Iudei Christum
occiderunt nocumenta mortifera inferentes, et hic cum ipse animam suam posuit et tradidit spiritum, quia quamdiu
voluit natura nocumento illato totaliter cessit. Nec tamen culpandus est quasi sui homicida. Est enim corpus propter
animam et non econverso. Unde … sic anima cum propter nocumentum corporis illatum de corpore expellitur
contra naturalem appetitum anime, licet forte non propter depravatam voluntatem ut se interficientes. Sed si
anima in sua potestate haberet recedere a corpore quando vellet, et cum … non maioris esset culpe si corpus
desereret quam quod habitator deserit domum. Culpe tamen est quod inde expellatur vicinus, et per hoc patet responsio ad obiecta.
[Q]uerebatur deinde de angelis. Primo utrum angelus dependeat a loco corporali
secundum suam essentiam, an sit in loco secundum operationem tantum. Secundo de motu angeli utrum

possit moveri de extremo in extremum sine medio. Ad tertium sic proceditur. Videtur quod angelus non sit in loco per operationem tantum. Prius enim est esse quam operari. ergo prius est esse in loco quam operari in loco. Sed posterius non est causa prioris. ergo operari in loco non est causa quare angelus sit in loco. Item duo angeli possunt operari in uno loco. Si igitur angelus esset in loco solum per operationem sequeretur quod plures angeli essent simul in uno loco quod reputatur impossibile. Sed contra nobilius non dependet ab ignobiliori. sed essencia angeli nobilior est quam locus corporeus ergo non dependet a loco corporeo. Respondeo dicendum quod qualiter angelus sit in loco corporeo considerari potest ex modo quo corpus est in loco. Est enim corpus in loco per contactum loci. Contactus autem corporis est per quantitatem dimensivam que in angelo non invenitur cum sit incorporeus sed loco eius est in eo quantitas virtualis. Sicut igitur corpus dicitur in loco per contactum dimensive quantitatis ita angelus est in loco per contactum virtutis. Si quis autem velit virtutis contactum operationem vocare propter hoc quod operari est proprius effectus virtutis. dicatur quod angelus est in loco per operationem ita tamen quod per operationem intelligatur non sola motio sed quecumque unio qua sua virtute se corpori unit presidendo vel continendo vel quocumque alio modo. Ad primum igitur dicendum nichil prohibet aliquid prius esse alio simpliciter quod non est prius quantum ad hoc. sicut corpus sphericum est simpliciter prius sphericitate(?) sed non quantum ad hoc quod est coloratum. et tamen prius simpliciter est corpus quam tactum(?) tamen est in loco per contactum dimensive quantitatis et sic angelus per contactum virtutis. Ad secundum dicendum quod si aliquis movetur perfecte ab uno motore non convenit ei ut ab alio simul moveatur. Sed hoc magis(?) pertinet ad opus eius quam ad propositum.

Questio quinta

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod angelus non possit moveri de extremo in extremum nisi pertranseat medium. Omne enim quod movetur prius est in mutari quam in mutato esse ut probatur in 6to physicorum. Sed si angelus movetur de extremo in extremum puta de a in b. cum est in b est in mutatum esse. ergo prius erat in mutari. sed non erat in b. quia tunc nondum movebatur. ergo quando erat in c. quod est medium inter a et b. ergo oportet quod pertranseat medium. Sed contra omne quod pertransit medium oportet quod pertranseat equale sibi aut minus aut maius ut dicitur in 6to physicorum et ad propositum apparet. Sed non potest esse minus spacium quam angelus qui est indivisibilis. ergo oportet quod pertranseat equale quod est locus indivisibilis et puncta. Infinita autem sunt puncta inter quoslibet terminos motus. Si igitur necesse esset quod angelus in suo motu pertransiret medium oportet quod pertransiret infinita quod est impossibile. Respondeo dicendum quod angelus si vult potest moveri de uno extremo ad aliud absque hoc quod pertranseat medium. et si vult potest pertransire omnia media. Cuius ratio est quia corpus est in loco sic contentum ab eo et ideo oportet quod in motu sequatur loci condicionem ut scilicet pertranseat medium prius quam ad extrema perveniat. Sed cum angelus sit in loco per contactum virtutis non subditur loco. unde non habet necesse ut sequatur in suo motu condiciones loci sed voluntati sue subest quod applicet se per contactum virtutis huic loco vel illi. et si vult absque medio. Sicut et intellectus potest applicari in motu suo extremo puta albo et postea nigro mediantibus nichil cogitando vel cogitando de mediis coloribus. licet eius corpus sibi(?) coloris non possit moveri de albo in nigrum nisi per medium. Ad primum ergo dicendum est quod ratio philosophi et eius probatio locum habet in motu continuo. Sed motus angeli non oportet quod sit continuus. sed ipsa successio applicationum predictarum motus eius dicitur. sic et successio cogitationum vel affectionum dicitur motus spiritualis creature secundum Augustinum 8 super Genesim ad litteram. Ad secundum dicendum quod hoc non accidit per corruptionem angeli aut novam creationem. sed quia eius virtus supereminet loco. Ad ultimum vero quod in contrarium obicitur dicendum quod angelus non est in loco per commensurationem sed per applicationem sue virtutis ad locum. que quidem potest esse indivisibilis et ad locum divisibilem et ad indivisibilem. Unde potest continue moveri secundum quod in loco divisibili existens continue incipiendo(?) spacium. Secundum vero quod in loco indivisibili est non potest eius motus esse continuus nec pertransire omnia media.

Sequitur

Deinde queritur de homine. Et primo quantum ad bonum nature. Secundo quantum ad bonum gratie. 3o quantum ad bonum glorie. Circa primum queruntur tria. Primo de unione anime ad corpus. utrum scilicet anima adveniens corpori corrumpat omnes formas que prius inerant et substantiales et accidentales. Secundo de potestate liberi arbitrii utrum scilicet absque gratia possit se ad gratiam preparare. Tertio de dilectione naturali utrum homo in statu innocentie dilexit deum plus quam omnia et super se ipsum.

Questio sexta

Ad primum sic proceditur. Videtur quod per adventum anime non excludantur omnes forme que prius inerant. Dicitur enim Gen. 2 formavit deus hominem de limo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite. frustra autem formasset corpus si inspirando animam formam quam formando induxerat excluderet. Non igitur

ad adveniente aīa tollunt omnes forme precedentes ¶ Tertio necesse ē qd anima sit in corpore formato et dispositio
multis dispositionibus / Si ergo anima omes precedentes formas et dispositiones amovet / sequeretur qd in
instanti aīa totum corpus formaret. quod videtur esse solius dei ¶ Prima. Aīa non ē nisi in corpore mixto. sed
mixtio elementorum nō fit solum rōne materie sed etiā rōne forme. alioqui esset corruptio / ergo aīa nō excludit
omnes formas in materia inventas ¶ Preterea. Aīa est perfectio perfectionis autem non ē corrumpere sed perficere / nō ergo
adveniens corpori corrumpit formas preexistentes ¶ Sed contra. Omnis forma adveniens existenti in actu est
forma accidentalis / forma enim substantialis facit esse actu simpliciter / Sed si aīa adveniens non destrueret
preexistentes formas sed eis adderetur / sequeretur qd adveniret existenti in actu / quia quelibet forma cum sit actus
facit esse in actu. ergo aīa adveniens excludit formas preexistentes ¶ Rn° dicendum qd impossibile ē in uno et eodem
esse plures formas substantiales / Et hoc ideo quia ab eodem res habet esse et unitatem / manifestum ē autem qd res habet esse per
formam / unde et per formam res habet unitatem / et propter hoc ubi quecumque res in qua ē multitudo formarum nō ē
unum simpliciter sicut homo albus non ē unum simpliciter / nec etiam bipes esset unum simpliciter / si ab alio esset animal
et ab alio esset bipes. ut philosophus dicit / Sed sciendum ē qd forme substantiales se habent ad invicem / sicut numeri ut dicitur in 8
methaphisice / vel sicut figure ut de partibus aīe dicit philosophus in 2° de anima / Semper enim maior numerus vel figura virtute
continet in se minorem / sicut quaternarius ternarium / et pentagonum tetragonum / Et similiter perfectior forma virtute continet
in se imperfectiorem / et maxime in alibus / puta aīa enim intellectiva habet virtutem ut conferat corpori humano quicquid
confert sensitiva in brutis / Et similiter sensitiva facit in alibus quicquid nutritiva in plantis et adhuc
amplius / Si sensitiva igitur esset in homine alia anima ante sensitiva praeter intellectivam / ex quo aīa intellectiva virtute continet
sensitivam et adhuc amplius / sicut frustra adderetur quadrangulus posito quinario / Et eadem ratio ē de omnibus formis
substantialibus usque ad materiam primam / Ita quod non ē in homine diversas formas substantiales invenire secundum rem sed
secundum rationem / sic considerantur esse vivente per animam nutritivam. et ut sentiente per animam sensitivam etc.
Sic ergo adveniente figura penthagoni tollitur figura quadrati / Unde dico adveniente aīa humana tollitur
forma substantialis que prius inerat / Aliorum generatio unius esset sine corruptione alterius quod ē impossibile / forme
vero accidentales que prius inerant disponentes ad animam corrumpuntur. non quidem per se sed participando ad
corruptionem subiecti / Unde manet eadem specie sed non eadem numero / Sic ergo contingit circa dispositiones formarum ele-
mentarium que primitus inesse adveniente apparent ¶ Ad primum ergo dicendum / Secundum basilium spiraculum vite. dicit ibi
gratia spiritus sancti. et cessat obiectio / Si autem ut Augustinus dicit spiraculum vite ē ipsa anima non opporteret
dicere qd alia forma formatum sit corpus. Nisi forte velimus dicere hominis de limo terre quam ipso spiraculo
dicitur inspiratio / Non enim illa formatio tempore precessit inspirationem. Nisi forte velimus dicere illa formatio
referri ad dispositiones accidentales puta figuram et alia huiusmodi que quodam ordine praeveniunt in corpore ante
animam intellectivam / sicut materiales dispositiones quibus tamen praeintelligitur ipsa aīa interna nō numerum intellectiva sed
magis in continet in se virtute qualitates de imperfectioribus formis ¶ Ad 2m dicendum. qd aīa cum advenit corpori
nō facit esse corpus effective. sed formaliter tantum / Effective autem facit corpus esse id quod dat corpori formam ut
perficitur per dispositiones ut id quod preparatur ad formam paulatim et ordine quodam mediante materia ad propi-
quiorem formam a dispositione / Tanto enim propinquior fuerit forma a dispositione / tanto minor ē resistentia ad
introductionem forme et dispositionis complete / facilius enim fit ignis ex aere quam ex aqua / primus utique
immediate forma assistit materie / Ad 3m dicendum qd Avicenna ponit formas elementorum actu remanere in mixto
Dicendum qd non potest esse / quia forme elementorum nō possunt esse in una parte materie simul / et sic oportet qd sint in
diversis materie partibus que distinguuntur per dimensionem quantitativam divisionem. et oportebit qd vel plura corpora sint
simul vel qd non sit mixtio vera totius ad totum. sed mixtio ad sensum / sed una mixta seposita / Averroys
autem in commento de celo dicit / qd forme elementares sint medie inter formas accidentales et substantiales. et qd recipiunt
magis et minus / et ideo formis elementorum remissis / vel quodammodo ad medium reductis. quodammodo fit mixtio. sed hoc minus
possibile ē quam primum / Nam forma substantialis ē tamquam quodam esse speciale / unde in medio ē earum forme / sic ē ideo minus
[primi] et sic nec ē possibile ut intendatur et remittatur / sed dictis addicio et subtractio facit aliam speciem / Et ideo aliter ē dicendum
secundum philosophum in primo de generatione qd forme mixtibilium nō manent in mixto actu sed virtute / Puta si virtus forme
substantialis manet in qualitate elementari licet remissa / et quasi ad medium redacta / Qualitas enim elementi agit in virtute
forme substantialis / aliorum calor quam ē per calorem ignis non terminaret ad formas substantiales / Ad 4m dicendum qd aīa est
forme substantialis / aliorum actio qe ē per calorem ignis non terminaret ad formam substantialem

sit forma et quedam perfectio perclaus non ad vlis / et cum ea advenente sic ad perfectionem vt in aliud corrumpitur vij
D scdm sic procedit vr q homo absq gra per solam nalem arbitrii libertatem posset se ad gram prepare
/ qnia ut dr prov. 16 hominis e prepae aiam / hoc ante dicit ee alicui / quod e in eius ptate constitutum
/ go in ptate hois constitutum e se ad gram prepae / Non go indiget ad hoc auxilio gre / Itm ansel
dicit in li° de casu dyabl quod nd id ad caret gra qnia deus non vult dare / sed quia ipse nd vult accipe
/ Si go vellet accipe posset accipe / pt go si vult se ad gram prepae absq extioz auxilio / Sed dicebat q hd
indiget sm hoc auxi° gre qm ad extius monens / Sed q hd pt moneri ad consilium nd solum ex bonis sed et
ex pctis / sicut si as videat agnem enorme pctumde etiam ex horrore pcti ad deum convertitur / sed pctum nd
e a deo / go absq dei cooperatione pt se hd ad gram prepae / Sed contra p hoc ad gram prepam p qd ad deum
convertimur / s ad hoc indigemus auxi° divine gre / Dr enim Tren 5 Converte nos deus ad te et convertemur / go indi
get hd auxi° divine gre ad hoc q se ad gram preparet / Itm ad nichilum pt se hd prepae nisi cogitando / sed ad hoc
hd indiget auxi° gre / Dr enim 2e ad cor 3 Non sumus sufficientes cogitare ad ex nobis tanqm ex nobis
go indigemus divine gre ad hoc q nos ad gram preparem / Rn° dcm q in hac qone cavendus e error
pelagij qui posuit q per liberum arbitrium hd poterit adimple legem et vitam etiam mereri nec indigeret auxi°
divino nisi qm ad hoc q sciret quid faceret s illud ps / Doce me domine facere voluntatem tuam / Sed qnia hoc
minus parum videbatur vt solam scientiam habeamus a deo caritate ad qua precepta legis implentur habemus
a nobis / id qmodum pellagiani posuit q initium boni opis e hoi ex seipso dicunt consentit fidei p li arm /
sed consummatio e hoi a deo / preparatio ante ad initium boi opis ptinet / Vn ad errorem pelagianorum ptinet dice
q hd posset se ad gram prepae absq auxilio divine gre / et e q aplm q dicit ad phi. 1 Qui cepit in
nobis opus bonum ipse pficiet / Sed e go q hd indiget auxilio gre nd solum ad merendum / sed et ad hoc
q se ad gram preparet / aliter tamen et aliter / nam meretur hd p actum virtutis cum qd solum bonum agit s etiam bn
ad qd requiritur habitus vt in 2° Ethi. et ideo ad merendum requiritur habitualis gra / Sed ad hoc q hd se preparet
ad habitum consequendum nd indiget ad habitu / qnia sic eet procede in infinitum / Indiget at divino auxi° nd
solum ad exteriora monentia pnt sex divina providentia procurat hoi occasionem salutis pnt pdicaciones exa
et mediam egritudines et flagella s et qm ad interiorem motum pnt ds cor hois intus monet ad bonum s id
prov. 19 Cor regis in manu dei e quocumq voluerit vertet id / Et q hoc necessarium sit probat phs in quodam cu°
d bona fortuna / hd enim agit voto voluntatis cuius pncipium e electio et electionis consilium / Si at queratur que
consiliari incipiat nd pt dici q ex consilio consiliari incepit / qnia sic eet in infinitum procede / Non oportet ad
pncipium extius ee quod monet mentem humanam ad consiliandum de agendis / hoc at oportet ee ad melius humana
mente / Non it e corpus celeste quod e infra intellectuale virtute s ds / vt phus ibidem concludit /
Sic it oium motuum inferiorum corporum qui nd semper monet pncipium e motus celi / ita oium motuum interiore
mentium pncipium e a deo monente / Sic it nullus pt se ad gram prepae ~~per lim arm~~ nec aliud bonum face
nisi per divinum auxilium / Ad pmm go dcm q per hoc q hois e se ad gram prepae p lim arm nd
excludit necessitas auxilij divini / sic nec p hoc q ignis pt calefacere excludit necessitas celestis motus / Ad 2m
dcm q ds monet oia s modum ipsorum / et id motio divina a quibusdam participatur cum necessitate / a natura aute
racionali cum libertate / propter hoc q virtus racionalis se ht ad opposita / et id sic ds monet mentem humanam
ad bonum q tamen homo pt huic motum resiste / et ex deo e q hd se ad gram preparet / sed q gra
careat nd ht causam a deo sed ab hoie s id Osee 13 Ex te perditio tua Israhel tantum ex me auxilium
tuum / Ad 3m dcm q licet pctum nd sit a deo tamen ds aliquod pctum ordinat ad hoc q sit alicui salutis occasio
A d 3m sic procedit vr q primus hd in statu innocentie non dilexit deum sr oia et plus quam viij qo
seipsum / Sic enim dilige deum e maxime meritorium / Sed primus hd in statu 1° non habuit vnde
posset proficere meritum / vt dr in 2° di. 21 lib. sentenciarum / go primus hd in statu 1° nd dilexit deum
plus q seipsum et sr omnia / Preterea sic dilige deum e maxime prepatio mentis humane ad gram conse-
quendam / Sed primus at hd in statu 1° pt gram non habuisse sed sola nalia / go non dilexit deum plusq
seipsum et sr omnia / Itm nature in se recurva e qnia super oia que ht amat retorquet ad se / Sed
propter quod vnum quodque et id magis / go nali dilectione plus diligebat ~~deum plus q~~ seipsum quam deum
go non diligebat deum sr oia / Sed cont si nd diligebat deum plus q seipsum / aut go in se et
equalis s / et vtrumq modo sic / q seipso hd fruetur deum se non refert in deum / frui aute seipso

moriat per [pri]vitate[m] pecc[at]i ut Ans[elmus] d[ici]t. Ergo p[ri]m[us] ho[mo] in statu innocencie iam erat p[ro]n[u]s p[ro]p[ter] pecc[atu]m quod e[st] inp[ro]b[abi]le. Seq[ui]t[ur] ergo q[uod] dilexit deum sup[er] o[mn]ia. D[icendu]m q[uo]d si homo fuit fc[u]s in gr[aci]a ut tr[adun]t verbis Basilii et Angeli ut habetur, quod ista licet non h[abe]t. Manifestum e[st] en[im] q[uod] ex[isten]s in gr[aci]a p[er] caritate[m] diligit deum sup[er] se ip[su]m. Sed quia p[ossi]b[i]le fuit deo ut ho[m]i[n]em faceret in pu[r]is n[atur]alib[us], utile e[st] considerare ad q[uan]tu[m] se dilectio n[atur]alis extendere possit. Dixerunt ergo q[ui]da[m] q[uod] ho[mo] vel angelus in pu[r]is n[atur]alib[us] ex[isten]s diligit deum plus q[ua]m se ip[su]m n[atur]ali dilectione s[ed] amore concupiscencie, q[uia] s[cilicet] bono divino magis sibi desiderat q[uam] suu[m] et inamorari. S[ed] tu[m] amore amicicie n[atur]ali plus diligit se ip[su]m q[ua]m deum. Est en[im] amor concupiscencie quo dicimus amare id quo volumus uti vel frui, sic vinum et aliud h[uius]modi. Amor a[ute]m amicicie e[st] quo dicimur amare amicum cui volumus bonum. Sed ista posicio stare non p[otes]t. Dilectio en[im] n[atur]alis e[st] quedam inclinacio n[atur]alis indita n[atur]e a deo. Nil a[ute]m n[atur]ale e[st] p[er]versum. Inp[ossi]b[i]le e[st] ergo q[uod] aliqua n[atur]alis inclinacio vel dilectio sit p[er]versa. S[ed] p[er]versa a[ute]m dilectio e[st] ut aliquis dilectione amicicie diligat plus se q[ua]m deum. Non p[otes]t ergo talis dilectio esse n[atur]alis. D[icendu]m e[st] ergo q[uod] diligere deum sup[er] o[mn]ia et plus q[ua]m se ip[su]m e[st] n[atur]ale non solu[m] angelo et homini, sed eciam cuilibet creature s[ecundu]m quod p[otes]t amare vel s[ensi]b[i]l[ite]r vel n[atur]al[ite]r. Inclinaciones en[im] n[atur]ales maxime cognosci p[ossu]nt in hiis que n[atur]al[ite]r agunt absq[ue] racionis deliberacione. Sic en[im] agit unu[m]q[uo]dq[ue] in n[atur]a sic aptu[m] natu[m] e[st] agi. Videmus a[ute]m q[uod] unaqueq[ue] p[ar]s n[atur]ali quadam inclinacione operat[ur] ad bonum tocius eciam cum p[er]iculo aut detrimento p[ro]p[ri]o, ut p[ate]t q[uia] ho[mo] manum exponit gladio ad defensionem capitis ex quo dependet salus tocius corporis. Unde n[atur]ale e[st] ut quelibet p[ar]s suo modo plus amet totum q[ua]m se ipsam. Unde et s[ecundu]m hanc n[atur]alem inclinacionem et s[ecundu]m politicam virtutem bonus civis mortis p[er]iculo se exponit pro bono co[mmun]i. Manifestum a[ute]m e[st] q[uod] deus e[st] bonum tocius universi conti[ne]ns et o[mn]em p[ar]tem eius. Unde quelibet n[atur]a creatura suo modo n[atur]al[ite]r plus amat deum q[ua]m se ip[su]m. Insensibilia a[ute]m n[atur]al[ite]r, bruta vero alia s[e]n[s]itive, creatura vero racionalis p[er] intellectualem amorem q[ui] dilectio d[icitu]r. Ad primum ergo d[icendu]m q[uod] diligere deum no[n] e[st] p[ro]p[ri]um tocius esse ad n[atur]ale dilectionem p[er]tinet, sed diligere deum p[ro]ut e[st] obiectum beatitudinis e[st] gratuite dilectionis in qua meritum consistit. Nec in necessitati e[st] ut in hoc sustineam s[ententi]am magistri dicentis q[uod] homo in primo statu non h[abe]bat gr[aci]am p[ro]p[ter] qua[m] mereri posset. Ad 2m d[icendu]m q[uod] n[atur]ali dilectione qua deus sup[er] o[mn]ia diligit[ur] n[atur]al[ite]r ut a[liqui]s magis et min[us] uti et q[uia] in summo fuit tunc e[st] summa p[re]p[ar]acio ad gr[aci]am habenda[m]. Ad 3m d[icendu]m q[uod] inclinacio rei n[atur]alis e[st] ad duo, s[cilicet] ad moveri et ad agere. Illa a[ute]m inclinacio n[atur]e que e[st] ad moveri in se ipsa recurva e[st] sic ignis mo[vetu]r sursum p[ro]p[ter] sui conservacionem. Sed illa inclinacio n[atur]e que e[st] ad agere non e[st] recurva ad se ipsam. Non en[im] ignis agit ad generandum ignem p[ro]p[ter] semetipsum sed p[ro]p[ter] bonum generati q[uo]d e[st] forma eius et ulterius p[ro]p[ter] co[mmun]e quod e[st] conservacio speciei. Unde p[ate]t q[uod] non est verum e[st] q[uod] dilectio n[atur]alis sit in se recurva.

Deinde queritur de hiis que p[er]tinent ad bonum gr[aci]e. Et p[ri]mo de hiis que p[er]tinent ad ip[su]m bonum gr[aci]e. 2o de hiis que p[er]tinent ad malum culpe quod ei oppo[nitu]r. Circa bonum gr[aci]e q[ue]rit[ur] p[ri]mo q[ui]d de eo q[uo]d p[er]tinet ad omnes. 2o de hiis que p[er]tinent ad clericos. 3o de hiis q[ue] p[er]tinent ad religiosos. Circa ea vero que ad omnes p[er]tinent q[ue]rit[ur] de duabus p[ar]tibus penitencie. Primo de contricione. Utrum contritus teneat[ur] velle magis esse in inferno q[ua]m peccare. Secundo de confessione

Questio n[on]a

Ad p[ri]m[u]m sic procedit[ur] q[uod] contritus non debeat magis velle esse in inferno q[ua]m peccare. Pena en[im] inferni e[st] eterna et irremediabilis. De peccato a[ute]m liberari p[otes]t per p[enitenci]am. Ergo magis deb[e]t velle peccare q[ua]m in inferno esse. Preterea pena inferni [includit] culpa[m] includit. Pena en[im] de penis inferni e[st] vermis v[el] consciencie remorsus de culpa. Culpa a[ute]m non includit penam inferni. Ergo magis e[st] eligenda culpa q[ua]m pena inferni. Sed contra e[st] q[uo]d Ansel[mus] dicit in libro de similitudinibus q[uod] a[liqui]s magis debet eligere esse in inferno sine culpa q[ua]m in paradiso cum culpa, q[uia] innocens in inferno non sentiret penam et peccator in paradiso non gaudet de gl[ori]a. Responsio. [Dicendum] q[uod] contritus tenet[ur] in generali velle pati quamcumq[ue] penam q[ua]m peccare, et h[oc] ideo quia contricio non p[otes]t esse sine caritate p[er] quam o[mn]ia dimittunt[ur] peccata. Ex caritate en[im] ho[mo] plus diligit deum q[ua]m se ip[su]m. Unde caritas hoc requirit ut q[ua]lescumq[ue] pena[m] ho[mo] contritus eligat culpe. Sed in speciali descendere ad hanc penam vel ad illam non tenetur, quin ymmo stulte faceret si quis se ip[su]m vel alium sollicitaret sup[er] hiis p[ar]ticularibus penis. Manifestum en[im] e[st] q[uod] sic delectabilia plus movent in p[ar]ticulari consideracione q[ua]m in co[mmun]i. Ita terribilia plus terrent si in p[ar]ticulari considerant[ur]. Et aliqui sunt q[ui] in maiori temptacione non cadunt qui forte in minori caderet. Si a[liqui]s audiens adulterium non incitat[ur] ad libidinem sed si per consideracionem descenderet ad singulas mulieres magis movet[ur]. Et sic[ut] a[liqui]s non re[fugeret] pati mortem p[ro] Chr[ist]o sed si descenderet considerando singulas penas magis retraheret[ur]. Et ideo descendere in talibus ad singula e[st] inducere ho[m]i[n]em in temptacionem et p[re]bere occasionem peccandi. Ad p[ri]m[u]m ergo d[icendu]m q[uod] culpa mortalis de se p[er]petua e[st], sed ex sola dei mi[sericordi]a remedium h[abe]t. Plus en[im] ponderat bonum divinum con[tra] quod agit culpa bono

nae create tm exponit pena qz ppetuitas pene tpalis culpe / Ad 2m dom q remorsus conscie no e
culpa s q ad culpam et posset ee sine culpa / vt in eo qui ht conscia erranté de pcto comisso / vel
si aliquis credat a se pue comissum ee illicitu qd tamé licitu erat et ipe dum facit licitu reputabat
D Emde circa confessionem querunt tria / pmo vtru sufficiat q ad scripto confitea an oz q cofitea
verbo / secundo an quis teneat statim confiteri hita oportunitate / vel posset expectare vsqz ad xlma
Tercio vtru presbr prolis dēt crede suo parochiao dicenti se ee alteri confessum et dare ei Eucaristia
D Pmu sic proce vr q sufficiat si ad confitea scripto / Confessio em requit ad / an no
manifestatonem pcti sed pctm manifestari pt scripto sicut et verbo / go sufficit si confitea scripto / Sed con
e qd Ro x dr / ore confessio fit ad salute / Rndeo dicen e q confessio e quoda sacrametale / Sicut em in
baptmo requit ad ex pte ministri / vt ablnat verba proferat / et ad ex pte suscipientis sacrm / vt intendat
vel ablnat / Ita in sacramento pnie ex pte sacerdotis requit q absoluat sb aliqua forma verbor / Ex pte
vero penitētis requit q se clauibus ecclie subiciat vcia sua p confessionem manifestat / De necitate q
sacramenti e q sua pcta manifestet / et cont hoc nulla dispesare posset / sic nec cont baptm / Sed quod fiat
mai vo no e de necitate sacrati / alioqn nulla necitate alia posset ad effectm huius sacrati pcipe nisi ore
confitendo / qd pz ee fcm / Nam mutus vel qmsqz / q vo confiteri no pnt sufficit scripto vel nutibus
cofiteri / nulla ad necitate pt ad bapo nisi aqua / propt hoc q aqua e de necitate sacrati / Sed ex insti
tucione Ecclie te ho / qui pt vt vo confitea / Non propt hc solm vt ore confitens confitendo magis eru
bescat / vt qui ore peccat purget ore / Sed etia quia in oibus sacramentis accipit id cui e quior vsus
sic in sacrametali ablucoe bapmi accipit aqua / qua hoies comit vtunt ad abluend / et in eucaristia
panis q comior cibus / Unde et in manifestatoe sacrali pctor conuenit vti verbis / quibus hoies
conuenienciis et expressius suos conceptus sue consueuerut / Et attendend e / q in hoc sacto no imprimit
caracter sed solum confert gra qd remissionem pcti / qua remissionem nullus confer peccando / Peccat
at qui ordinacionem Ecclie pmittit / Sed in baptmo ille tm consuat ea que sunt de necitate sacrati pt
mittes statuta ecclie confer caracterem sacramenti / sed no sacrati effectum / hic at nil confer / Ratones aute
que ad vtraqz pte mouent non mltu cognit / Na neqz maifestato ita expsse pt fieri scripto sic verbo
neqz quod dr ore confessio fit ad salute intē de confessione pctor sed de confessione fidei / Ro vj
A D 2m sic proce vr q ad posset differre confessionem absqz pcto vsqz ad xlma / Quicumqz em fiunt
preceptum Ecclie no delinquit / Sed Ecclia statuit q semel in anno hoies propria pcta confiteat
go si quis expectat vsqz ad terim ab ecclia costitutu no peccat / Contra bapmu e sacrm necitatis sic
et penitencia / sed kathecuminus non peccat si differat bapm donec ad sabbtum scm / go para racone nc
contris peccat si differat confessionem vsqz ad xlma / Contra maioris necitatis e contricio qz cofessio / quia co
fessio sn contricone no valet ad salute / contricio at sn confessione pt in aliqno cu valet / Sed ie q e in pco
no te statim conteri ea intencione vt cesset pctare / alioqn pctor singla momenta peccaret / go nec contrit
te statim confiteri ita q peccet si secus agat / Sed con magis e subueniend morbo spuali qz morbo cor-
porali / sed ad subtus morbo corpali pculo se comitteret nisi remedu medicine quereret qnticito posset / et ex ne-
gligencia peccaret / multo go magis peccat q dit remedu confessionis adhibe con spuale morbu pcti / Rndeo
dicen q laudabile e q pctor qnticius comode pt pctm suum confitea / q p sacratm pnie confert gra que
hoiem reddit magis firm ad resistend pcto / Quida at dixerut q te confiteri qnticito oportunitas confite
ri se obtulerit / ita q si differat peccat / Sed hc e con racionem precepti affirmatiui q obligat sp no tn obligat
ad semp / sed pro loco et tempore / Temps at impleni preceptu de cofessione vr qn imminet aliquis casus
in quo necite e q homo sit confessus / puta si immineat ei mortis articulus / vel necitas accipiendi
eukariam / a sacrm ordis / a ad hc ad quod oz hoiem esse qsm purgatu pcti / Sed si ad horum
immineat et ad confiteri pmittat / peccat dum debita oportunitas assit accipere sacramentum / et quia
ex precepto ecclie omes fideles tenent salte semel i ano in festo pasche recipere corpus xpi / sacrm
io ecclia ordinat vt scil salte in anno qn imet tepus accipiendi Eukam oes fideles confitean / dico go q differe
confessionem vsqz ad hoc teps pse loquendo licitum e / sed pacius no pt fieri illicitum / puta si immineat

aliquis articulus in quo confessio requiratur vel si ad propter contemptum confessionem dicat / Et sic particulares
posset esse talis dilacio meritoria / puta si ad hoc differt vel prudenciori confiteatur / vel devocius propter sacratum
tempus / Opinatas ergo raciones concedimus / Ad id vero quod in contrarium obicitur / dicendum quod morbus corporalis nisi per me-
dicinae remedium extinguatur semper invalescat in peius / nisi ex forte virtute naturae fuit extinctus / morbus vero peccati

xij A
d 2m sic proceditur videtur quod sacerdos parochialis non debeat credere extinguitur per contricionem / Non non est sic
suo subdito dicenti se alteri esse confessum ut propter hoc ei eukaristiam det / frequenter enim in ipsa
confessione aliquem conterunt qui prius contriti non fuerunt / Sed sacerdos debet subditum quantum potest ad bonum
inducere ergo videtur quod omnino ab eo expetere debeat quod sibi confiteatur / Preterea prover. 2 8 de pastore ecclesie / Diligenter agnosce
vultum pecoris tui / Sed hoc nullo modo potest melius quam per confessionem / ergo debeat ab eo exigere quod sibi confiteatur
/ Sed contra si sibi confitetur posset dicere que vellet et crederet ei / ergo eciam de hoc sibi debet credere quod sit confessus /
Respondeo dicendum quod in foro iudiciali creditur homini contra se et non pro se / In foro autem penitenciae creditur ei pro se et contra
se / Et ergo distinguendum quod duplex sit impedimentum quo aliquis a percepcione eukaristiae impeditur / Si enim sit impedimentum ad
forum iudiciale pertinens contra excommunicacionem non tenetur sacerdos suo subdito credere quod excommunicatus non sit nisi ei
de absolucione constet / Si autem sit impedimentum quod ad forum penitenciae pertineat scilicet peccatum tenetur ei credere et iniuste faceret si
denegaret ei eukaristiam qui prohibet se confessum et absolutum ab eo qui absolvere potuit / vel auctoritate apostolica
vel episcopi / Ad primum dicendum quod id bonum quod in confessione hoc consequitur eciam consecutum est ei qui confessum se dicit
si verum dicit / Si autem falsum dicit / pari ratione posset falsum dicere confitendo / Nec potest aliquis animum hominis auctoritate compellere
ad confitendum peccatum quod alteri confessus est qui absolvere potuit / quia sic iam dictum est / confessio peccatorum quodammodo
sacramentale est divino imperio subiacens non humano / Ad 2m dicendum quod spiritualis pastor vultum pecoris sui debet dili-
genter agnoscere considerando exteriorem vitam eius sed per modum confessionis non potest dilucide perscrutari sed oportet quod credat ea que

D
einde queruntur duo de hiis que pertinent ad clericos / Et primo sibi a suo subdito dicuntur
de officio ecclesiae utrum ille qui est prebendatus in duabus ecclesiis in die quo diversum officium sit in utraque
ecclesia debet utrumque officium dicere / 2o de studio theologiae utrum aliquis teneatur dimittere studium theologiae eciam si sit
aptus ad docendum alios ad hoc quod intendat saluti animarum · Questio tredecima

A
d primum sic proceditur videtur quod aliquis in tali casu debeat utrumque dicere / Unius enim debet reddere emolumentum / Ille ergo qui habet emo-
lumentum accipiendi in duabus ecclesiis debet omnibus suffragia utriusque / ut scilicet utriusque ecclesiae officium dicat / Preterea
iustum esse videtur ut si habet maius emolumentum ab una ecclesia in qua forte cantatur prolixius officium quod eciam maius
onus subeat prolixius dicendo / Non ergo ad eum pertinet eleccio sed debet utriusque dicere / vel debet officium ecclesiae dicere
in qua habet pinguius beneficium / Sed in contrarium inducebatur consuetudo / Respondeo dicendum quod supposito quod aliquis licite sit
prebendatus in duabus ecclesiis scilicet ex dispensacione considerandum est quod ille qui in aliqua ecclesia prebendam accipit
duobus obligatur scilicet deo ut ei debitas laudes exolvat pro eius beneficiis / et ecclesiae de qua accipit stipendium
/ Ea vero que ad ecclesiam pertinet subiacent dispensacioni prelatorum ecclesiae / et ideo hoc debitum quod debet ecclesiae exolvere
debet 2m quod statutum est in ecclesia / et hoc scilicet vel per se ipsum si sit prebenda que requirat residenciam / vel per vicarium
si hoc sufficiat secundum ecclesiae statutum vel consuetudinem / Sed debitum quod debet deo / per se ipsum debet exolvere / non refert
autem quantum ad deum quibus precibus vel hymnis deum laudet ut puta utrum dicat in vesperis dixit dominus / vel
laudate pueri / nisi quantum ad hoc quod homo debet sequi maiorum tradiciones / Et quia laudes deo debet quasi unius
homo / sufficit quod solum officium dicat secundum consuetudinem alicuius ecclesiarum quarum est clericus / Sed de eleccione officii videtur
videtur quod debet dicere officium illius ecclesiae in qua maiorem gradum habet / puta si in una sit decanus / in alia simplex
canonicus debet dicere officium ecclesiae in qua est decanus / quod si in utraque ecclesia sit simplex canonicus / debet dicere officium di-
gnioris ecclesiae quamvis forte in minori ecclesia habet opulenciorem prebendam / quia temporalia nullius momenti sunt spiritualibus
comparata / Si vero ambe ecclesiae sint equalis dignitatis / potest sibi eligere quodcumque officium magis voluerit si fuerit
ab utraque ecclesia absens / Si autem fuerit in aliqua earum presens / debet se conformare illis cum quibus conversatur et

A
d 2m sic proceditur videtur quod aliquis qui potest saluti animarum curam / per hoc patet ad obiecta etc. · Quartadecima
impedire poterit si circa studium tempus occupat / Dicit enim ad Gal. ultimo capitulo dum tempus habemus operemur bonum
nulla enim iactura est gravior quam iactura temporis / Non ergo aliquis debet tempus in studio expendere dimissa saluti animarum = differendo
curam impedire / Preterea perfecti tenentur ad id quod melius est / Sed religiosi sunt perfecti / ergo maxime reli-
giosi debent dimittere studium et saluti animarum insistere / Preterea peius est errare in via morum quam in
via pedum / Sed prelatus tenetur revocare suum subditum si videat eum errare in via pedum / ergo multo magis
tenetur eum revocare ab errore qui est in via morum / Est autem error si homo pretermittat quod melius est / ergo prelatus
debet subditum cogere ut saluti animarum intendat studio pretermisso / In contrarium inducebatur consuetudo et racio

nulla iactura est gravior quam temporis

6

Ad 2m dicendum quod aliquando unum prout comparatur alicui vel simpliciter vel tamen aliquid tamen aliquid prevalet id quod melius est simpliciter in aliquo casu est minus eligendum sicut philosophari est simpliciter melius quam ditari sed in casu necessitatis ditari magis est eligendum Et sic pretiosa margarita est carior uno pane sed tamen instante necessitate famis panis preeligeretur sicut legitur quod dederunt pretiosa queque pro cibo ad refocillandas animas Est autem considerandum quod in qualibet arte sunt meliores et qui disponunt de artificiis artifices et architectores quam qui manualiter opere exequuntur sed quod ei ab aliis exponitur unde in edificiis construendis maiorem mercedem conducunt qui disponunt de edificio licet plura vel mobilia magis operentur quam manuales artifices qui dolant ligna et incidunt lapides In edificio autem spirituali sunt quasi manuales operarii qui particulariter insistunt circa animarum curam puta sacramenta ministrando vel aliquid huiusmodi particulariter agendo Sed quasi principales artifices sunt episcopi qui imperant et disponunt qualiter predicti suum officium exequi debeant propter quod et episcopi quasi superintendentes dicuntur et similiter theologie doctores qui sunt principales artifices qui inquirunt et docent qualiter alii debent salutem animarum procurare Sic ergo melius est docere sacram doctrinam et magis meritorium si bona intentione agatur quam impendere particularem curam saluti huius vel illius Unde apostolus de se dicit 1 Cor. 1 Non enim misit me Christus baptizare sed evangelizare cum tamen baptizare sit opus maxime conferens saluti anime et 2 ad Timotheum 2 dicit apostolus hec commenda fidelibus hominibus qui idonei erunt et alios docere Ipsa etiam ratio demonstrat quod melius est erudire de pertinentibus ad salutem eos qui in se et in aliis proficere possunt quam simpliciores qui in se tantum proficere possunt In aliquo tamen casu necessitate impellente vel imminente debent episcopi et doctores pretermisso suo officio particulariter saluti anime intendere

virtutem eius, unde non potest cognoscere omnia que deus facere potest, et ideo non cognoscit infinita simpliciter. Comprehendit
autem anima Christi totam potentiam creature. Sed potentia autem creature sicut infinita non simpliciter, quia potentia creature
non se extendit ad omnia que deus potest sed secundum aliquod genus, sicut continuum est in potentia ad infinitas
divisiones. Unde anima Christi scientia simplicis notitie cognoscit infinita secundum quid que sunt in potentia creature.
Et per hoc patet solutio ad obiecta. Nam prime due rationes procedunt de cognitione infinitorum simpliciter. Ad secundum
dicendum quod virtus anime Christi est virtus finita simpliciter sic et intellectus eius, meritum autem Christi habet infinitatem ratione
persone scilicet unionis dei et hominis.

Ad secundum sic proceditur videtur quod oculus Christi post mortem non fuerit equivoce oculus. In
Christo enim corpus Christi et queque partes eius sustentantur per hypostasim dei verbi, sed hypostasis dei verbi
mansit unita corpori Christi et eius partibus post mortem, ergo fuit idem secundum substantiam corpus Christi post mortem sicut
ante secundum totum et secundum omnes partes eius. Non ergo oculus Christi fuit equivoce oculus post mortem. Preterea

simplex

Et quia uniuscuiusque cognoscitur secundum formam et secundum quod est in actu, ideo infinitum secundum materiam

Duplex est scientia scilicet scientia visionis et simplicis notitie

ꝑ eadē rō spēȳ vn̄ n̄c non vniūr dr̄/ solū aūt hic nō aīa recedāt remāebit

Phī loquī non nouerāt nisi de hoīe puro/ sed xpūs nō fuit hō purus/ sed hō et deus/ go
ꝙ phūs dicit oclm̄ homīs mortui eē eq̄ce oclm̄ nō hʒ locum in xpō/ lz ḡ xpūs vniuoce
hō cum alijs hoībȝ et mors eius fuit vera sic et aliorȝ hoīm mors/ Cum go ocl̄s cuiuslibȝ
hoīs mortui equiuoce ocl̄s dicat/ vr̄ ꝙ etiā oclus x̄ p9 mortē sit eq̄ce oclus/ Rn̄o dom ꝙ
equiuocū et vniuocū dr̄ s̄m dissimitā ratoīs eandē et nō eandē/ Racō aūt dissimita cuiuslʒ spēȳ
sumit a forā spētā ipius/ forma aūt spētā hoīs ē aīa ronalis/ vn̄ remota aīa rōli nō pt remane
homo vniuoce/ sed equioce tm̄/ Oportet autē accipe in ptibus quod ē in toto/ Nā sic aīa
se hʒ ad totum corpus/ ita ps aīe hʒ se ad parte corporis/ vt visus ad oclm̄/ vt dr̄ in 2o de aīa
Vn̄ separata aīa a corpē sic nō dr̄ homo nisi equioce/ ita nec dr̄ oclus nisi eq̄ce/ et hʒ incidūt
sive suppōr altera forā sbalis in corpē ad aīam ronalē/ vt quidā volūt sive nō/ vt magr
hr̄ tosbini vitati/ Qualicūqȝ eīm cetatiūm pn̄or subtrahat ia nō remāebit corpus huianū et
ptes eius s̄m eandē ratoīm spēi/ si aīa nō vniret corpus vt forā/ Sʒ tunc sēr ꝙ n̄c ꝑ vniom
aīe eet sbalis gnāo/ nec ꝑ seperatoīm corrupcō/ quod quidē pone in corpē x̄ ē hereticū/ Dt eīm dam
in 2o li ꝙ corrupcōnis nomē duo sīt/ Sʒt eīm huāt has pas/ fames/ sitim/ laborē/ clauorȝ pforacōnē
morte/ s. seperatoīm aīe a corpē et cetuqȝ talia/ Sʒt ecā corrupcōȝ psītaō corporis in ea/ ex qbȝ gitū
ē s. elemētū/ destrucōni aūt et dissolucōni huiꝰ expimētā corpus diuinū nō hūit vt aīt propha
Nō dabis sctm̄ tuū vide diafcoron x̄ destrucōȝ/ Incorruptile aūt s̄m insipiēte Juliam et Gaiam
corpus domīni dicāt s̄m pm̄ corrupcōis s̄ctm/ an rōm inpim ē/ Si eīm incorruptile nō omoson r. gsbale
nob xpūs huit et nō vitute fcā sic que vitute ec̄ Ewangelista aīt/ et vpion et nō vite saluati sum
Dicūt ̄r xpūs in triduo mortis propt separacōm aīe a corpē que ē vera corrupcō nō dr̄ fuisse hō
vniuce sed hō mortuus/ Ita n̄c oclus eius in triduo mortis fuit vniuce oclus/ sed equioce/ sic oclus mortui
et eadē rō ē de alijs ptibus corporis x̄/ Ad pm̄ go dr̄ ꝙ sbā dr̄ dupr/ quādoqȝ eīm sumit ꝑ gpostam
et sic vn̄ ē ꝙ corpus x̄ sustentificatū mansit per gpostasī dei vi/ Nō eīm ꝑ morte solutā ē vnio vi
neqȝ ad aīam neqȝ ad corpus et remanet idē simpr corpus nūō s̄m gpostasim sive suppitū qd
ē ꝑa vi/ Alioo aūt sbā pro eēntia vel nā et corpus x̄ sustētificat ꝑ aīaz sic ꝑ suā foraz/ nō aute
per vim/ qr vim nō vniit corpus vt forā hoc eīm ē hereticū s̄m heresim Arrij et appolinaris
q posuerūt vim eē in xpō loco aīe/ sequet̄r eciā ꝙ eet vnio dei et hoīs fcā in nā/ quod ptiet ad
heresim eutices dicere corpus x̄ p9 morte ē simpr idē s̄m sbam que ē gpostasis nō aūt s̄m sbaz
que ē eēntia vel nā/ vniuocacō aūt et equiuocacō nō respicit suppitum/ sed eēntia vel naz/ quā
sit dissiō/ Ad 2m dr̄ ꝙ et si xpūs nō sit purus hō/ ē tm̄ verus hō et mors eius fuit vera
mors/ vn̄ quicqȝ ē vm̄ de hoīe ipm̄ ē hō et de morte hoīs/ totū verū ē et de morte eius
Ad 3m sic proceditr̄ vr̄ ꝙ xpc p9 rxōm vē comederit cibū sibi incorpādo/ qr vt dt augꝰ in li
83 qōm in falit/ veritas nō ē vbi nā ficcō decet xpm̄ q ē veritas/ Esset aūt ficcō si nō vere
cibum sibi incorpaet/ quē ipe comede videbāt/ vē r comedit incorporādo cibū/ Ad 3m ē qd dam
dt in 2o li ꝙ xpūs gustauit cibū p9 rxōm/ sed nō lege nāe/ sed dispēsacōnis mō/ vitute credere
faciēs rxōnis ꝙ hec eadē caro ē que passa ē et resurrexit/ Rn̄o dom/ ad dr̄ eē vm̄ dupr
vno vitute fcōr/ alioo vitute nalis spēi/ sic vox vera ē vite fcōr qn̄ sʒt eē ꝙ ē/ veritas
aūt nalis spēi dependet ex pn̄ijs spēi nō aūt ex effectibȝ vel ex hijs que quocūqȝ mō huīt/
vn̄ vox dr̄ vā veritē nālis spēi qn̄ forma debito insimet/ et ex ore alis profert cū quadā
ymaginacōne/ eciā si an̄o audiat quod ē effectus gsequēs voce/ legunt̄r aūt in scptuis absqȝ necitate
et angeli comedisse/ et xpūs p9 rxōm/ et vtraqȝ comestio fuit vā/ vt augꝰ dt xiii de ci dei
aliter tn̄ et aliter/ In angelis eīm fuit vā vite fcōr/ qm̄a vt augꝰ ibidē dt/ angeli comederūt
nō qr indigebāt sed quia volebāt et poterāt vt hoībȝ quadā sui ministerij huānitē congrueret
In xpō aūt fuit vera comestio vitute nalis spēi/ fuit eīm excitata nalibȝ instrūs ad huc aīm
ordinatis et eciā fuit vera vite fcōnis/ qm̄a fcābāt vitatē huānē nāe in corpe resurgēte/ Sʒ
aūt cibȝ coniūctā in corpe ē quoddā gsequēs comestiōȝ/ vn̄ eciā in nobis si cibȝ nō coniūctā sed statim
ꝑ vomitū eiciat̄r nichilis fuit comestio que pcessit/ Nō aūt debēbat vt in corpus x̄ cibȝ cōuerteret̄r qr
iam erat ex statu gnacōis et corrupcōis/ vn̄ cibus ille fuit vitute x̄ resolutus in pacente mām/ nō aūt
in corpus x̄ gūsȝ et tn̄ fuit vera comestio absqȝ aqua fcōn/ vn̄ pz visio ad obiecta oīa &c

Et ãm alit eīm absorbȝ aquā trā sicca alit radijs solis calefcā/ qr tra ex indigēncia attrahit/ radius sol ex ptate.
Dittus

Querendum consequenter est de angelis / Et circa hec questiones sunt tres / primo utrum aliquis angelus sit causa anime
rationalis / secundo utrum angelus influat in animam humanam / tertio utrum angelus malus et dyabolus incitet
q vi semper homines in quolibet peccato mortali / Ad primum sic proceditur videtur quod angelus sit causa anime rationalis / Quecumque enim
participant in natura / ita quod unum corpus prius est alio in ordine nature / quam anima humana id quod est prius est causa
illius quod est posterius / Sed anima et angelus in natura sunt pares in ordine disparens / angelus tamen est prius
in ordine nature quam anima humana quia est simplicior / ergo angelus est causa anime rationalis / Sed contra anima rationalis educitur
in esse per creationem sed creare cum sit potentie infinite est solius dei non ergo angelus potest esse causa anime rationalis
Respondeo dicendum quod simpliciter loquendo id quod per creationem producitur ab ea tantum quam a prima omnium causa / Cuius ratio
est secundum plerosque quia quanto aliqua causa est superior tanto eius causalitas ad plura se extendit / unde oportet ut in
effectibus id quod ad plura se habet / quod ad superiorem causam referatur / Manifestum est autem quod in ordine primo esse enim
quanto aliqua forma est posterior tanto est magis contracta et ad pauciora se extendit / Quanto autem forma
est prior et propinquior primo tanto oportet quod ad plura se extendat / Sunt ergo quod forme posteriores sunt ab inferioribus
agentibus / priores vero et communiores a superioribus causis relinquuntur quod id quod est per se subsistens in uno quod sit a prima
omnium causa / Quelibet causa ad causam preter primam / oportet quod agat presupposito subiecto quod est effectus eius proprie / Nulla causa causata
potest creare nisi prima causa que est deus / Nam creare est producere ad non presupposito subiecto / Quecumque non possunt
produci in esse nisi per creationem a solo deo causantur / Hec autem sunt talia que subsistentia sunt vel non sunt composita
ex materia vel forma / sed sunt forme in suo esse subsistentes sicut sunt angeli / vel sunt ea que etsi sint composita ex
materia et forma / tamen materia eorum non est in potentia nisi ad unam formam sicut est in corporibus celestibus / Utraque enim
hec non producuntur absque productione priori subsistenti in eis / possunt autem produci in actum absque productore priori
subiecto tamen composita ex materia et forma quorum materia est in potentia ad diversas formas / et in eadem materia possunt
sibi diverse forme succedere / tamen et forme que non sunt subsistentes in suo esse / que quidem non dicuntur esse quoniam
habeant esse / sed quia subiecta aliquam habent esse per ea / unde nec ipse per se dicuntur fieri vel corrumpi / sed magis in
subiecta fiunt entia in actu vel non entia secundum ipsas / Anima autem rationalis est subsistens in suo esse / alioquin
non posset habere operationem absque communione sue materie / unde relinquitur quod anima rationalis non possit produci
in esse nisi per creationem et ita oportet quod angelus nullo modo sit causa eius sed solus deus / Ad id vero quod in contrarium dicitur
dicendum quod prima propositio indicitur vel includit omnia / Si enim anima et angelus participarent in natura angelus non esset prior
anima secundum ordinem nature / nisi dicantur participare in natura quia conveniunt in natura / non quidem in natura speciei sed generis / Non
autem oportet quod omnia que conveniunt in natura generis / id quod est prius sit causa omnium aliorum / Et quidem in eadem specie non potest
esse unum prius alio proprie loquendo ordine nature / quia omnes sunt equaliter de omnibus individuis ut dicitur in 3o
metaphysice / In generibus autem non est sic / Nam inter species unius generis una est natura prior et perfectior alia / Est autem
in individuis unius speciei unum altero tempore prius / et quamvis individuum quod est prius tempore sit causa alterius quod est
posterius ut pater est causa filii sicut in obiciendo tangebatur / non tamen hoc est verum universaliter / Non enim omnes antiquiores
sunt causa omnium iuniorum / Sed et contingit quod id quod est prius inter species eiusdem generis est causa aliorum que sunt post
ut motus localis aliorum motuum et triangulus aliarum figurarum rectilinearum / non tamen hoc est universaliter verum / Non enim homo
qui est perfectissima species animalium est causa aliarum specierum / unde non oportet quod angelus sit causa facta anime / Procedit autem
hec ratio secundum opinionem quorundam ponentium deum agere per necessitatem nature / et sic ab uno simplici non potest nisi unum
immediate quod sit causa alius et usque ad ultimam naturam / Nos autem ponimus deum agere omnia per suam sapientiam per quam
ordinem rerum disponit et ab ipso diversi gradus rerum immediate per creationem producuntur / q vii
Ad secundum sic proceditur videtur quod angelus non possit influere in animam humanam / Duorum enim distantium unum non influit
in alterum nisi per aliquod medium / sed angelus et anima distant abinvicem / cum ergo non sit dare aliquod medium
per quod influat influxus ab angelo in animam / videtur quod angelus non possit influere in animam / Sed contra Dionysius dicit
8 c. celestis ierarchie homines purgantur illuminantur et perficiuntur ab angelis / sed hoc non fit nisi per quedam
influxum / ergo angelus potest influere in animam humanam / Respondeo dicendum quod unumquodque agens agit secundum modum
sue nature / et ideo ubi ignoratur modus nature rei necesse est etiam ut modus actionis eius ignoretur / Modus autem nature
angelice est ignotus nobis sed quid in se est / non enim in hac vita scire possumus de eis quid sunt / sed aliqualem
cognitionem de eis habere possumus per similitudinem sensibilium rerum ut dicit Dionysius / et 1o c. celestis ierarchie / unde et
modos actionis eorum non possumus scire nisi per similitudinem sensibilium agentium / Invenimus autem in sensibilibus agentibus
quod id quod est actu agit in id quod est in potentia / et oportet quod agens coniungatur patienti secundum situm per
corporalem contactum / Quanto autem natura intellectualis est superior tanto est magis actualis ut potentior deo
propior qui est actus purus / unde superiores angeli possunt agere in inferiores angelos et in animas nostras / sic id
quod est in actu agit in id quod est in potentia et hec actio dicitur influxus / Sed autem in corporibus est situs / et in spiritualibus ordo

Licet autem sit quidam ordo peccatorum corporalium secundum locum / et licet ipse ordo servare spiritualium admixtionem sufficit
ad hoc quod una insinuat in alteram / nec requiritur ibi medium corporale sive locale / quia huiusmodi actiones
sunt supra locum et tempus que in corporibus sunt et per hoc patet solutio ad obiecta. Questio octava
Decimo octavo sic proceditur videtur quod dyabolus sit substantialiter inhabitet hominem quandocumque mortaliter peccat / Culpa enim mortalis
Respondetur quod sed spiritus sanctus semper inhabitat hominem cum gratia / secundum illud I. Corinthiorum: Templum dei
estis et spiritus dei habitat in vobis / ergo eodem modo spiritus sanctus inhabitat hominem cum culpa mortali / Sed contra
est quod dyabolus per peccatum inhabitat hominem sicut per suum effectum / sed non omne peccatum mortale est a dyabolo / sed quedam
a carne et a mundo ergo dyabolus non semper inhabitat hominem cum culpa mortali. Responsio dicendum quod dyabolum
inhabitare hominem potest intelligi dupliciter / uno modo quantum ad animam / alio modo quantum ad corpus / Quantum ad animam quidem
non potest dyabolus inhabitare hominem substantialiter quia solus deus illabitur menti / Nec ita dyabolus causat culpam sicut
spiritus sanctus gratiam / spiritus enim sanctus intendit operatur sed dyabolus exterius suggerit vel quantum ad sensum vel
quantum ad ymaginacionem / dicitur tamen inhabitare effective homines per effectum malicie non solum quando ex eius
suggestione peccatum perpetratur / sed etiam per quodlibet mortale peccatum / quia ex quolibet peccato mortali homo servituti
dyaboli subicitur / Sed quantum ad corpus dyabolus hominem substantialiter potest inhabitare sicut patet in arreptiviis
sed hoc magis pertinet ad racionem pene quam ad racionem culpe / pene autem corporales huius vite non semper
consequuntur culpam / quandoque enim peccantibus non inferuntur / et quandoque non peccantibus inferuntur ut dicitur Iohannis 9
de ceco nato / Et hoc est secundum altitudinem incomprehensibilem iudicii dei / unde non in qualibet culpa mortali
dyabolus inhabitat hominem substantialiter etiam quantum ad corpus / et per hoc patet solutio ad obiecta. Questio
Deinde queritur de hominibus / Et primo questiones sunt quedam particulares ad quosdam homines excellentis status
scilicet ad doctores et religiosos / secundo quedam pertinentia ad homines infimi status scilicet laycos / Tertio quedam
pertinentia generaliter ad omnes homines / De doctoribus sacre scripture quesita sunt duo / primum utrum liceat quod ad
doctorat pro se licenciam in theologia docendi / secundo utrum auditores debeant magistrorum theologie contrarias opiniones
habentium excusentur a peccato si sequuntur falsas opiniones magistrorum suorum. Questio nona
Ad primum sic proceditur videtur quod nemini liceat pro se petere licenciam docendi in theologia / doctores enim sacre scripture
adhibentur ministerio verbi dei sicut et prelati / Sed non licet alicui petere prelacionem ymmo ut Gregorius
dicit in Registro / recusantibus dignitates eme sunt offerende / petentibus autem sunt denegande / ergo neque alicui licet
petere kathedram magistralem ad docendum in sacra scriptura / Preterea Augustinus dicit 19 de civitate dei locus superior sine
quo plus regi non potest / et si administretur ut decet / indecenter tamen appetitur / ergo et indecenter petitur pari
racione kathedra magistralis / que etiam est locus superior / Sed contra est quod Gregorius dicit in pastorali quod gradus
magisterii est periculosus / gradus autem doctorum est securior / sed hoc videtur ad perfectionem pertinere ut aliquis propter aliquid
bonum periculis se exponat / ergo videtur esse laudabile / quod ad cathedram appetat et pro se petat. Responsio quod
ad evidenciam huius questionis oportet triplicem differentiam considerare kathedre magistralis et pontificalis / quarum prima est
quod ille qui accipit kathedram magistralem non accipit aliquam eminenciam / quam prius non habuerat / sed
solum opportunitatem communicandi scientiam quam prius habebat / non enim ille qui licenciat dat aliquam scienciam ei sed
licentiam docendi / Ille vero qui accipit kathedram episcopalem accipit eminenciam potestatis quam prius non habebat
sed quantum ad hoc in nullo ab aliis differebat / Secunda differentia est quod eminencia sciencie que requiritur ad cathedram
pontificale est hominis per comparacionem magistralem est perfectio hominis secundum se ipsum / Eminencia vero potestatis que pertinet
ad cathedram pontificalem est hominis per comparacionem ad alium / Tercia differentia est quod ad kathedram pontificalem sit
ab eo dominus Iohannis diligis me plus hiis ut dicitur Iohannis ultimo / Ad cathedram vero magistralem homo redditur
ydoneus ex sufficientia sciencie / Hiis ergo consideratis manifestum est quod appetere id quod pertinet ad perfectionem
suipsius est laudabile / unde appetitus sciencie est laudabilis / dicitur enim Sapientie 6 quod concupiscencia sapiencie perducit
ad regnum perpetuum / Appetitus autem potestatis secundum se est vitiosus / quia ut dicit Gregorius Conatur namque superbie
naturam sapiencie dare sic qui promovet ad cathedram magistralem posset eminenciam
expostenda / Cum tamen petere excellenciam potestatis sit turpe / Cum autem ille qui accipit licentiam ad cathedram
magistralem accipit solam opportunitatem communicandi quod habet / petere huiusmodi licenciam quantum est in se nullam
videtur turpitudinem continere / quia communicare aliis scientiam quam quis habet laudabile est / et ad caritatem pertinens
secundum illud Sapientie 8: Quam sine fictione didici et sine invidia communico / Et sicut petere est virtuosum sic accipere potest
esse ... potest tamen turpitudinem continere racione presumpcionis que
esset si ille qui non est ydoneus ad docendum peteret docendi officium / Sed hec presumpcio non equaliter

et in petentibus licenciam ad docendum et in petentibus pontificatum / Nam sicut peccat quia aliquis est ydoneus
ad docendum potest aliquis scire se per certitudinem se habere / Caritatem autem per quam aliquis est ydoneus ad officium pa-
storale non potest aliquis per certitudinem habere se scire / et ideo sicut est vitiosum pontificatum petere / non sic autem vitiosum
est petere docendi licenciam / tamen honestius sit quod per alium rogetur nisi forte ex aliqua causa specialiter. Et
per hoc patet responsio ad primas duas rationes / Ad 3m dicendum quod quicumque non timet pericula vel con-
tempnit ideo tunc dominium pericula inducit peccatum / Et quia laudabile est quod homo contempnat bona cor-
poralia propter bona spiritualia laudabile est quod aliquis periculis corporalibus se exponat propter spiritualia
bona sed contempnere spiritualia bona valde vitiosum est et ideo quod aliquis periculis spiritualibus se exponat est
valde vituperandum / Imminet autem pericula spiritualia hiis qui habent magisterii locum / sed pericula
magisterii cathedre pastoralis non deterreat homo per scientiam de caritate / quam nescit homo se per certitudinem
habere / pericula autem magisterii cathedre magistralis deterreat homo per scientiam quam potest homo scire se habere / Et ideo non est
Ad 4m sic proceditur videtur quod auditores diversorum magistrorum tenentium diversas sole de vitiis q° xi
opiniones excusentur a peccato si opiniones magistrorum suorum sequantur / Dicit enim Dominus Mat 23 super
cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei omnia que dicunt vobis servate et facite / Aliud ergo magis
servanda sunt ea que traduntur a doctoribus sacre scripture / ergo non peccat qui eorum opiniones sequitur / Sed contra
est quod dicitur Mat 15 Si cecus ceco ducatum prestet ... Sed quicumque errat cecus est magister errat ergo
quicumque sequitur opiniones errantium magistrorum in foveam peccati cadit / Respondeo dicendum quod diverse opiniones doctorum
sacre scripture si quidem non pertineant ad fidem et bonos mores absque periculo auditores utramque opinionem sequi
possunt / Sic enim habet locum quod apostolus dicit Ro 14 unusquisque in suo sensu habundat / In hiis vero que
pertinent ad fidem et bonos mores nullus excusatur si sequitur erroneam opinionem alicuius magistri / In talibus enim ignorantia
non excusat alioquin immunes a peccato fuissent qui secuti sunt opinionem Arrii et Nestorii et aliorum heresiarcharum
seu heresiarcharum / Nec potest excusari hoc propter simplicitatem auditorum / si in talibus erroneam opinionem sequuntur
In rebus enim dubiis non est de facili prestandus assensus / quinimmo ut Aug dicit in li 3o de doctrina
Christiana Consulere debet quis regulam fidei quam de scripturarum planioribus locis et ecclesie auctoritate percepit / Cui ergo
consentit opinioni alicuius magistri contra manifestum testimonium scripture sive contra id quod publice tenetur secundum auctoritatem
ecclesie non potest ab erroris vicio excusari / Ad id ergo quod in contrarium obicitur dicendum quod id premisit super cathe-
dram Moysi sederunt scribe et pharisei etc. et quod subdit postea omnia quecumque dixerint vobis servate et fa-
cite / de illis intelligitur que ad cathedram pertinent / ad quam non pertinent ea que sunt contra fidem vel contra bonos mores /
Deinde quesitum est de hiis que pertinent ad religiosos / Et primo quantum ad ingressum religionis / 2o quantum
ad ea que fiunt in religione iam existentibus / Circa primum quesita sunt tria / Primo utrum liceat iuvenes
inducere ad religionis ingressum per obligationem voti vel iuramenti / 2o utrum sic obligati voto vel iuramento
possint absque peccato in seculo remanere / 3o utrum liceat pueros ad religionem inducere / Ad primum sic proceditur
Ad primum sic proceditur videtur quod non liceat qui aliquos iurare faciunt ne religionem ingrediantur q° xii
iuvenes inducere ad religionem voto vel iuramento / Illicitum est enim contra ecclesie inhibitionem agere / Sed
Innocentius papa prohibuit in quadam decretali ad religiosos directa huiusmodi voti susceptionem / ergo peccat
qui voto vel iuramento alios ad religionem obligare presumit / Preterea extra de regularibus et transeuntibus
ad religionem c. 1 dicitur / non tondeatur nisi legitima etate et spontanea voluntate / sed qui adolescentes obligati
voto vel iuramento ad religionem suscipiuntur tonsurantur non in legitima etate neque propria voluntate / sed necessitate
obligationis voti vel iuramenti / ergo videtur esse illicitum / Preterea magis est necessarium ut aliquis adducatur ad fidem
quam ad aliquam religionem / sed ad fidem non sunt inducendi necessitate sed voluntate / dicitur enim extra de Iudeis
quod non vi sed libera voluntate et facultate convertendi suadendi sunt / ergo nullo modo imponenda est necessitas
voti vel iuramenti ut aliqui ad religionem inducantur adolescentes / Preterea hoc videtur contra honestatem religionis
Sicut enim facilis est ingressus ad religionem ita facilis est egressus / Sed ex hoc religio dehonestari videtur
quod de facili recipiat eos qui de facili exeunt ergo nichil videtur adolescentes ad religionem recipere / Preterea
non sunt facienda bona ut eveniant mala sed ex isto bono quod iuvenes inducuntur ad religionem sequuntur
multa mala quia apostotant et illicitas nuptias contrahunt et multa alia illicita committunt / ergo
non sunt ad religionem advocandi / Preterea Mat 23 dicitur Ve vobis scribe et pharisei qui circuitis mare et
aridam ut faciatis unum proselitum et cum fuerit factus facitis eum filium gehenne duplo quam vos quod pro-
posito videtur competere / efficiuntur enim sic intrantes gehenne filii dupliciter primo quidem quia male intrant contra
prohibitionem ecclesie / 2o etiam quia male exeunt apostatando / ergo qui eos inducunt incidunt in ... male-
dictionem ... / Preterea hoc videtur contra necessitatem probationis / dicitur enim 1 Johannis 4 nolite omni spiritui credere sed probate
spiritus an a deo sint / an autem hoc ... non videtur esse a deo ... religionem ingredientium sequitur

exeant post ingressum. Dicit enim Act. 5: si est ex hominibus consilium hoc et opus dissolvetur; si vero ex Deo est consilium
non poteritis dissolvere eos. Ergo videtur quod contra Deum faciat qui eos inducit. Sed contra. Quicumque potest se obligare
homini potest etiam obligare se Deo. Sed pueri possunt se obligare homini pecunido ut dicitur extra De delictis puero-
rum et pueris. Ergo etiam possunt se obligare voto vel iuramento ad serviendum Deo in religione. Praeterea, xx q. 1 dicitur quod
firma erit virginitatis professio ex quo adulta aetas esse incepit et quae solet apta nuptiis
deputari. Ergo possunt etiam in tali aetate aliqui obligari ad religionem voto vel iuramento. Respondeo dicendum quod huiusmodi
actus propter diversos casus uniforme iudicium habere non possunt. Nec tamen si contingat aliquem casum in aliquo tale esse malum
propter hoc est iudicandum esse simpliciter illicitum. Posset enim contingere aliquis casus in quo aliquos adolescentes ad religionem
obligare vel etiam recipere illicitum esset, puta si constaret vel probaretur credentium de eis inconstantia, vel si quod
aliud esset huiusmodi quod diligenter consideratur in religionibus bene institutis. Dicere autem quod malum est recipere adolescentes
ad religionem est contrarium ei quod scribitur Exod. 5: Quare Moyses et Aaron sollicitatis populum ab operibus suis,
dicit glosa Origenis. Hodie si quis Moyses et Aaron, idest propheticus et sacerdotalis sermo animam sollicitet
ad serviendum Deo exire de saeculo renuntiare omnibus quae possidet attendere legi et verbo Dei, quomodo audies inimicos
et amicos Pharaonis dicentes: vide quomodo seducunt homines et pervertunt adolescentes et pigra. Haec erant tunc
verba Pharaonis et nunc amici eius loquuntur. Est enim contra Christi praeceptum. Dicitur enim Matth. 19 quod oblati sunt ei parvuli
ut manus eis imponeret et oraret. Discipuli autem increpabant eos. Ihesus autem ait eis: Sinite parvulos et
nolite prohibere eos venire ad me. Quod exponens Origenes super Matth. dicit quod discipuli Ihesu priusquam didicerant
rationem iustitiae reprehendebant eos qui pueros et infantes offerebant Christo. Dominus autem hortatur discipulos suos condescendere
utilitatibus puerorum. Hoc itaque attendentes nos ne per aestimationem sapientiae excellentioris contemptui quasi magni pu-
sillos ecclesiae prohibentes pueros venire ad Ihesum. Si tamen pueri intra essent iuvenes, ut non haberent usum
rationis, haberent illicitum esset eos ad religionem attrahere absque consensu parentum. Non quia pueri infra
annos pubertatis in religione recipi non possunt nisi de consensu parentum, ut dicitur xx q. 2 c. Addidicisti. Et monachi
et quicumque pueri in infantiae annis a parentibus monasterio tradi possunt. Sed huius ratio est quia pueri quousque
ad annos discretionis pervenerint sunt secundum ius naturale in potestate parentum. Unde sicut invitis parentibus non sunt in-
fidelium filii ad baptismum rapiendi, ita etiam non sunt religioni applicandi. Iam vero usum rationis postquam habuerint
per unum autem sunt sui ipsius potestate in his quae ad animae spectant salutem. Unde invitis parentibus possunt et ad baptismum
et ad religionem induci. De voluntate autem parentum etiam in infantia ad baptismum recipiuntur ex ordinatione Ecclesiae,
ut dicit Dionysius ult. c. Ecclesiasticae hierarchiae, ut in rebus divinis pueri imitantur et non habeant aliam vitam divina contem-
platione, ut eadem ratione in infantiae annis monasteriis pueri a parentibus offeruntur, ut dictum est. Sed quia in quaestione
additur de obligatione iuramenti et voti, ne hic remaneat indiscussum considerandum est quod secundum diversa conditionis in-
venitur in talibus processus. Si enim essent adeo firmi quod non timeretur a religionis proposito resilire non esset
necessarium eos iuramento vel voto obligare, et similiter si essent adeo ~~[illegible]~~ mobiles quod etiam nec crederetur iuramento vel voto
posse firmari. Sed quia ut plurimum contingit quod simul propositum defunctum mutatur, obligationes autem voti vel iuramenti
omnes observant, unde tamen voto vel iuramento ad frugem melioris vitae obligantur magnum beneficium eis praestatur.
Unde Augustinus dicit in epistola ad Armentarium et Paulinam: Non te vovisse paeniteat, immo gaude iam tibi non licere
quod cum tuo detrimento licuisset. Felix est necessitas quae in meliora compellit. Ad primum ergo dicendum quod Innocentius
in quibusdam litteris ad religiosos directis quae incipiunt non solum in favorem, sic dicit: vobis fratribus de fratrum nostrorum
consilio in virtute obedientiae sub poena excommunicationis auctoritate praesentium districtius inhibemus ne ante annum probationis elapsum
quod est maxime in sepedictis flagiliter huiusmodi regularis institutum quemquam ad professionem vestri ordinis sive ad abrenuntiationem
saeculi faciendam recipere praesumatis. Quod autem ad probationem non recipiantur iuvenes vel quod voto vel iuramento
non obligentur ad intrandum sine pueritiae temporis et probationis minime prohibitum. Ad secundum dicendum quod legitima
aetas inducitur tempore pubertatis, scilicet per eam inducitur; tunc enim maxime incipit homo liberum usum rationis habere
de his quae pertinent ad suam salutem. Est autem sciendum quod est duplex necessitas: quaedam excludit voluntatem, scilicet necessitas
coactionis, et alia quae ex voluntaria obligatione oritur et voluntatem non excludit. Et haec est obligatio iuramenti
vel voti. Unde per coactionem non sunt attrahendi homines vel ad fidem vel ad religionem, sed voto vel iuramento
ad hoc eos obligare nihil prohibet. Et de hac necessitate Augustinus dicit: Felix necessitas quae in meliora compellit.
Et per hoc patet solutio ad tertium. Ad quartum dicendum quod in rebus voluntariis sicut et in naturalibus non est iudicandum facile
quod contingit in paucioribus, sed quod contingit ut in pluribus. Plures autem intrantes remanent ut experimento proba-
tur quam exeant. Ad quintum dicendum quod cum dicitur non sunt facienda bona ut veniant mala, si hoc possit teneri,
talis est ordo verborum: peccaret enim si quis ea intentione aliquos ad intrandum religionem induceret ut peremptorie

apostataret / Si vero ut teneatur ordinari vel consequenter per ab omnibus bonis esset abstinendum / quia vix fit aliqua
humana bona ex quibus ordinate non possit sequi aliqua mala / vt dicitur Ecclesiastes xi Qui obseruat ventum
non seminat / et qui considerat nubes numquam metet / Tale enim aliquod bonum non est permittendum propter contingens
malum quando malum non esset multo maius quam bonum et frequentius accidet / Dominus autem non permisit eligere xii
discipulos ex quibus vnus erat futurus dyabolus vt habetur Johannis 6 Nec apostoli permiserunt eligere septem dyaconos
propter Nicolaum qui ex eis periit / Nullo igitur modo religiosi deberent permittere minorum salutem propter paucos
qui apostatare inveniuntur / Ad secundum dicendum quod illi qui obligati iuramento vel voto religionem intrant non fiunt
eorum prohibitione eterne vt consultum est / Unde ex hoc quod intrant non efficiuntur gehenne filii / sed filii vite eterne quam
dominus promittit / Math. 19 relinquentibus temporalia propter ipsum / Sed ex hoc quod exeunt post professionem efficiuntur gehenne
filii / sed hoc non preiudicat recipientibus eos nisi eorum malis exemplis sint peiores / vnde signanter dominus dicit / Facitis
eum filium gehenne duplo quam vos / quia vt dicit Crisostomus malorum magistrorum provocatus exemplo fiebat peior magistris
Ad tertium dicendum quod ratio ista sapit manicheorum heresim / que hanc rationem ad duas erroneas conclusiones adducunt
Prima quidem ad hoc quod omnia corporalia non sunt a deo / Si enim inde a deo essent non dissoluerentur / Secundo ad hoc quod caritas
semel habita numquam amittitur / et ita quod peccat mortaliter numquam gratiam habuit / Si enim inquiunt gratiam habuisset
hoc fuisset opus dei et ita dissolutum non fuisset quod esse habet contra intentionem vt sic ut autem non perseveret in
religione / quod propositum intrandi religionem a deo non fuit / Est igitur sciendum quod ratio ista non dicitur ad omnia que ista que sunt
a deo imperium maneat et corrumpi non poterit / sed ad omnia infallibiliter diuine providentie / Non enim potest esse
vt dei providentia fallatur / vnde signanter non dicit opus dei indissolubile sed consilium / secundum quod diuina providentia
quibusdam dat donum gratie ad presentem iusticiam / et tamen non dat eis donum perseverantie vt patet per Augustinum in libro de bono
perseverantie
Ad quartum sic procedendum videtur quod illi qui obligati sunt voto vel iuramento ad intrandum religionem non Dominus
teneantur intrare / Omnis enim casus actio nostra est in instructione / sed dominus non imponebat necessitatem hominibus / sed hoc relinquebat
eorum libero voto / vnde dicebat cuidam vt habetur Matthei 19 Si vis ad vitam ingredi serua mandata / Et
iterum Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus / Et apostolus i ad Corinthios vii de virginibus preceptum
domini non habeo consilium autem do ergo videtur quod non ex necessitate teneantur religionem intrare propter iuramentum vel votum /
Praeterea nullus potest iuramento vel voto obligari ad aliquid in quo detrimentum perfectionis patitur / Sed per hoc quod aliqui religionem
intrant perfectionis detrimentum patiuntur / Impeditur enim per religionis obseruantiam a visitatione infirmorum et collatione
elemosinarum et aliis operibus pietatis in quibus summa christiane religionis consistit / vt Ambrosius dicit super i ad Thimotheum 4
pietas ad omnia vtilis est / ergo illi qui iurauerint vel vouerint religionem intrare non tenentur / Praeterea Prosper dicit
in 2o de vita contemplatiua / Sic abstinere vel ieiunare debemus vt nos ieiunandi vel abstinendi necessitati non subdamus
Sed illi qui sunt in religione ex necessitate voti vel obedientie abstinent vel ieiunant / ergo minus merentur / Non ergo ad religionis
statum aliquis iuramento vel voto obligari potest / Praeterea virtus est circa difficile bonum / sed difficilius est bene viuere in seculo
quam in religione / ergo magis est virtuosum / Non ergo ad statum religionis aliquis iuramento vel voto obligari potest / Praeterea
communis vtilitas preferenda est bono priuato / Sed per hoc quod aliquis religionem intrat / derogatur communi vtilitati / Si enim
omnes religionem intrarent non essent qui plebium curam agerent / et sic ita populi sine rectoribus remanerent / ergo melius
faciunt qui non intrant religionem quam si intrarent / Sed contra est quod dicitur in psalmo / Vouete et reddite domino deo vestro
vbi dicit glosa quod vouere voluntati consulitur / sed post voti emissionem redditio necessario exigitur / Item Ecclesiastes 7 dicit
Si quid vouisti deo ne moreris reddere / displicet enim deo infidelis et stulta promissio / melius est enim deo
non vouere quam vota promissa non reddere / Praeterea Augustinus dicit in epistola ad Armentarium et Paulinam / Quia iam vouisti
iam te astrinxisti aliud tibi facere non licet / priusquam esses voti reus liberum fuit quod esses inferior quamuis non sit gratulanda
libertas qua fit vt non debeatur quod cum lucro redditur / Respondeo dicendum quod dicere quod illi qui voto vel iuramento sunt
obligati ad intrandum religionem non teneantur / est manifeste hereticum / Quicumque enim dicit non esse peccatum id quod est contra
preceptum dei / hereticus iudicatur / sic heretici iudicantur quicumque dicunt quod fornicatio simplex non sit peccatum
mortale / Est enim contra hoc preceptum / Non mechaberis vt sancti exponunt / Sunt autem excellentiora precepta prime tabule
que ordinantur ad dilectionem proximi / vnde quicumque dicit quod sine peccato preterire possit aliquid pertinens ad precepta prime tabule
est manifeste hereticus / Cum autem impletio voti pertineat ad latriam / manifestum est quod quicumque dicit votum non esse implendum
loquitur contra preceptum prime tabule quod est de cultu latrie soli deo exhibendo / Qui vero dicit iuramentum non esse implendum
loquitur contra preceptum prime tabule / quod est non assumes nomen dei tui in vanum / vnde manifeste est hereticus quicumque hoc
dicit / Nisi forte dicat quod intrare religionem sit illicitum / Iuramenta enim vel vota facta de rebus illicitis non sunt
obligatoria secundum Isidorum In malis promissis rescinde fidem / Sed hoc iterum est hereticum dicere quod non sit licitum
intrare religionem / Est enim expresse contra consilia / vnde quicumque dicit quod ille qui est obligatus voto vel iuramento ad intrandum
religionem potest absque peccato in seculo remanere est manifeste hereticus / Si tamen in hoc pertinaciter perseveret / Ad primum
ergo dicendum quod necessitas voti vel iuramenti non excludit voluntatem vt dictum est / Sic enim aliquis ex lege quem obligatur

ad suadere dei propria quod tamen voluntate servat / Vnde et dominus dicit si vis ad vitam ingredi serva mandata
Sic ille qui emisit iuratum vel votum obligatur ex quadam privata obligacione et tamen voluntate implet iuratum
vel votum ita tamen quod iuratum vel votum licitum sit ei facere vel non facere / Vnde dominus dicit si vis perfectus
esse / Et paulus de virginitate consilium dicit / sed post iuratum vel votum / illicitum est non implere / Ad 2m
dicendum quod ita non continet heresim dampnatam sed quod melius sit in seculo remanere et operibus preceptorum vacare
quam religionem intrare / Continetur enim inter errores vigilancii / Vnde quem Jeronimus scribens dicit Iste venena
perfidie katholice fidei immiscens conatur impedire virginitatem odisse pudiciciam in convivio secularium contra
sanctorum ieiunia declamare Et postmodum contra similium articulos a vigilancio propositos disputans venit ad istum
articulum dicens / Quod autem asserit eos melius facere qui utuntur rebus suis et paulatim fructus possessionum pauperibus
dividunt quam hos qui possessionibus vendant simul omnia largiuntur / non a me eis sed a domino christo sit / si vis
perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni et sequere me / Iste quem tu laudas
29 vel 30 gradus est quem et nos recipimus / dummodo sciamus sibi prima et tercia sedenda preferenda / Et ideo in libro de
ecclesiasticis dogmatibus cum aliis erroribus etiam ille dampnatur cum dicitur / Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus
erogare / melius est pro intencione sequendi dominum / in simul donare et absolutum sollicitudine egere cum christo / per solum
statum religionis perfectionem ~~electio~~ eligendus quam quis sit in hoc seculo / sed etiam virginitati in seculo observate / Dicit enim
Augustinus in libro de virginitate / Nemo quantum puto ausus fuerit virginitatem preferre monasterio / Ad 3m dicendum / quod idem factum
ex voto laudabilius et magis meritorium est quam si fiat sine voto / Quod ex hoc patet quia omnis actus dicitur tanto est magis
laudabilior et meritorior quanto ex digniori virtute procedit / Sicut opus iusticie si fiat ex caritate laudabilius est
quam ex alia virtute / Sicut cum aliquis ieiunat absque voto fit actum virtutis que est abstinencia / Cum autem ieiunat implens
votum abstinencie fiat ex ~~alia~~ latria que tamen erigit nos ad deum est nobilior virtus quam abstinencia / vel quecumque
alia virtus que ordinat nos circa bona creata / propter quod et Augustinus dicit in libro de virginitate quia nec virginitas quia
virginitas est honoratur / sed quia est deo dicata quam fovet et servat continencia pietatis / Vnde ergo prosper dicit sic
abstinere vel ieiunare debemus ut non nos ieiunandi vel abstinendi necessitati subdamus / intelligendum est de necessitate coactionis
que voluntate excludit / vnde subdit / Ne iam non devoti sed inviti rem voluntariam faciamus / Necessitas autem voti
vel iurati non excludit voluntatem / ut dicetur / Ad 4m dicendum est autem ultimum quod si illi qui ieiunat ex voto non placeat secundum
se ieiunium placet tamen sibi implecio voti / et magis meretur ceteris paribus quam ille ieiunans cui placet et
secundum se ieiunium / quia magis meritorium est delectari in actu latrie quam in actu abstinencie / Ad quintum dicendum quod duplex
est difficultas / vna est ex arduitate operis sicut virginitate servare et huiusmodi / et hec difficultas facit ad augmentum
virtutis / Alia difficultas est ex impedimentis et periculis imminentibus / et hec difficultas non facit ad augmentum virtutis
sed ad diminucionem eius / non enim virtus est prudens nec multum amans bonum virtutis quia periculum non timet
et hec difficultas ad bene vivendi imminet in seculo remanentibus / Ad 7m dicendum / quod ita fuit racio vigilancii
heretica ut patet per Jeronimum qui dicit in libro contra vigilancium / Non sunt a studio suo monachi deterrendi / quamvis
a lingwe vipere morsu scorpionis pariatur / quibus argumentatur et dicit si omnes se clauserint et fugerint
in solitudinem quis celebrabit ecclesias / quis seculares homines lucrifaciet / quis peccatores ad virtutes poterit
exhortari / quis peccantes ad penitenciam poterit revocare / hoc enim modo si omnes tecum fatui sapientes esse quis
poterit / et virginitas non erit approbanda / si enim omnes virgines innupte fuerint / nuptie non erunt / et
peribit genus humanum / Rara est virtus nec a pluribus appetitur / stultus est in hiis huiusmodi timor / cum religionis bonum sit tam
difficile et arduum ut pauci religionem intrent in comparacione multitudinis in seculo remanentis / Sic si quis tiecez

Ad 2m sic procedatur videtur quod illi qui sunt in seculo peccatores non sunt in hauriere aqua ne fluens deficiat **Vlterius** religionem admittendi / Dicit enim plus exacti in operibus preceptorum quam intrare ad implecionem
consiliorum vt de minori perveniant ad maius / sed illi qui sunt peccatores in seculo non sunt exacti in operibus preceptorum
ergo non sunt recipiendi in religionem in qua oportet servare consilia / sed contra est quod dominus Matheum publicanum ad
statum perfectionis vocavit / vt habetur Mathei ix / omnis autem christi accio est nostra instructio / ergo etiam et nos debemus peccatores
qui sunt in hoc seculo vocare et recipere / Respondeo dicendum quod maxime est utile peccatoribus ut ad religionem transeant / peccatoribus
enim duo sunt necessaria ad salutem / primo quidem ut de peccatis preteritis penitenciam agant / Secundo ut deceterro a peccatis absti-
neant / Ad vtrumque autem horum maxime operatur religio / primo enim status religionis est status perfecte penitencie
vnde nulla satisfaccio adequatur sicut penitencie religiosorum / que et se et sua totaliter deo dant / vnde pro nullo peccato
pro penitencia imponi potest ut religionem intrat cum in commutacione satisfaccionis quantumcumque gravis consulitur
religionis ingressus / vnde 33 questio 2 c. Admonere vbi Stephanus papa quendam qui vxorem interfecerat inducit ut
ingrediatur monasterium et humiliatur sub manu abbatis cuncta consuetudine que sibi imperantur / alioquin
iniungit ei gravissimam penitenciam si elegit in seculo remanere / Sed etiam ad evitanda peccata plurimum valet

religionis status / Difficile enim e q in seclo remanentes a rebus mundi no alliciant / propt qd Mt
19 s expon Cris dt hic e impossle q dives q scz divitijs inhet p amore, intret in regnu
celorz / scz q dives q habet divicias intret e valde difficile / vn et Eccl 31 dr beatus dives q inventus
e sine macula / Et ad huius difficultatis remediu subdit dns / Quis e hic et laudabis eu / propt
qd vt dt Greg dcs viri ut ab illicitis abstineant etia licita pmittunt / vn manifestu e q no
peccat sed laudandi sunt / qui peccatores ad religionem inducunt / Nam et dns dicit de seipso / no veni
vocare iustos sed peccatores ad pniam / Ad id go qd in contrariu dr / dicendu q racio illa procedit et con
racionis doctrine Evangelice / et q contra philosophie / Contrarium doctrina qda erronea q consilia evangelica ad hc dantur
vt p ea hoies facilius salutem consequantur / vn status secularium periculosior dr ee q status religionis / Stultum
go e dicere q alium q debilior e propt peccata que commisit / no sit ad securiore vitam fugiendu / Et eciam q
doctrina philosophi q docet 10 q si ad vicia pmum in contrariu debet reflecti / sic faciunt illi q tortuosa lignorum
directum se procedunt / vn q aliquis absque peccato posset aliquem iuramento astringere ad hoc / in contrariu dicitur / XIV
Mq religionem no intret / Quod enim licitum e fieri licitum e iurare / sed licitum e alium secularem q nunquam
religionem intret / go licite pt hoc iurare / q go talis iuramento aliquem astringit no peccat qr no facit eum iurare
ad illicitum / Sed contra propositum intrandi religionem a spu sto e 19 q 1 dur / Sed resistere instinctui spus
sti grave peccatum e de quo beatus Stephanus reprehendit Iudeos Act 7 dns vos semper spui sto
resistitis / go ille q aliquem iuramento astringit ad no intrandum religionem graviter peccat / Rndeo dicendum q sicut supra
dictum e In actibus humanis no e ad simpliciter iudicandum licitum vel illicitum propt id qd accidit in aliquo
particulari / sed propt id quod e in pluribus / sic eciam in rebus naturalibus consideratur qd in pluribus se / Contingit
autem in aliquo casu q absque peccato pt aliquis astringere aliquem iuramento ad hoc q religionem no intret puta si esset in
muiolo ligatus et vellet absque consensu uxoris religionem intrare / vel in similibus casibus / Simpliciter autem loquendo
inducere aliquem ad iurandum q religionem no intret grave e peccatum / Si enim aliquis vellet religionem intrare et immineret
opportunitas temporis et oes ad christiane convenirent graviter peccaret / q eum ab ingressu religionis prohibet
vn dns Mt 23 comminatur phariseis dicens / Ve vobis pharisei q nec ipsi intratis in regnum celorum nec alios intrare
sinitis / Cum autem aliquis aliquem iurare facit q religionem no intraret impedit eum quantum in se e ab ingressu
religionis sm quodcumque tempus et sm quamcumque christianam opportunitatem / qr in vsu multum via periculosa / vn
manifestum e q graviter peccat / Ad id vero qd in contrariu obicitur dicendum q quamvis licitum sit ab aliquo bono opere
abstinere / tn illicitum e vel sibi vel alijs impedimentum apponere quominus in id bonum opus procedere possit
/ Sic licitum e no dare elemosinam huic pauperi / illicitum tn e se vel alium iuramento astringere ad hoc q
alicui elemosinam no det / Cuius racio e quia pmittere actum virtutis pt aliquis absque peccato / eo q precepta affirmativa
que sunt de actibus virtutum no obligant ad semper / Sed impedimentum actui apponere boni operis directe virtuti
contrariatur / et id cadit sub prohibicione precepti negativi qd obligat ad semper / Non oia tamen iuramenta sunt illicita
nec sunt observanda / Sed illi q hoc iurant iurando peccaverunt / quia iuramentum horum obligare no pt
contra caritatem dei et proximi / vn quamvis licitum sit alium religionem no intrare / illicitum tn e impedimentum
iuramento apponere sibi vel alijs / Est enim contra perfectionem vite et contra consilium Christi
Deinde quesitum fuit Utrum de hijs que competunt in religione existentibus / Po utrum religiosi q nichil dicuntur
habere in proprio vel communi possunt elemosinas facere de hijs que eis in elemosina dantur / 2o utrum aliquis in religione existens
sciens parentem suum gravi necessitate oppressum posset exire absque licencia sui prelati vt subveniat parenti / 3o
utrum status religionis sit perfectior quam status sacerdotum parrochialium et archidiaconorum / XVI
Ad primum sic proceditur vr q religiosi q nichil habent in proprio vel communi no possunt elemosinam facere que eis
proficiat / Non enim perficit elemosina facientem nisi debito modo fiat / sed talis religiosi no possunt elemosinam debito modo
facere / dicitur enim elemosina de proprio fieri sm id Thobie 4 Si multum tibi fuerit habundanter tribue / si autem
modicum id ipsum libenter impertiri stude / Tales go religiosi q nichil suum habent nec in proprio nec in communi
no possunt elemosinas facere que eis proficiat / Sed si quas elemosinas de elemosinis sibi factis faciunt eis proficiat
a quibus elemosina percepit / Sed contra mit ad opera elemosinarie largiendo plenum invenit fructuosa / dicitur enim
Dan 4 peccata tua elemosinis redime / Si go religiosi elemosinas facere no possunt que eis proficiant videtur conditio
peyor ee quam alijs eciam in spiritualibus bonis quod e absurdum dicere / Rndeo dicendum q religiosi quamvis habere
no possunt tamen tn aliquam rerum dispensacionem habere possunt sive de fructibus possessionum communium sive eciam de elemosinis
pter eis collatis / Nec refert quantum ad propositum pertinet utrum huiusmodi dispensacionem habeant auctoritate sui ordinis
vel auctoritate alicuius superioris prelati / Sic in quibus dispensacio commissa e possunt meritorie facere elemosinas de bonis
que eorum dispensacioni committuntur sm quod eis committitur / et talis elemosina meritoria e / et eis q inde misericordiam

executur et illis quorum usibus huiusmodi res deputate noscuntur. Si vero aliquis religiosus sit cui non sit huiusmodi
rerum dispensatio commissa ei non licet elemosinas facere. Et per hoc patet solutio ad obiecta. q. xvij
Ad 2m sic proceditur videtur quod religiosus si videat parentem suum esse in necessitate etiam absque prelati sui licencia
possit claustrum exire ad subveniendum patri. Non enim permittendum est mandatum dei propter tradiciones hominum
ad ulterius obligatur quod si in hac vita non persoluat in purgatorio exsoluet / et ergo si sacerdos
imponat maiorem penitenciam quam penitens facere teneatur pensata remissione que est facta per virtutem clauium et
contricionem precedente, nichilominus penitens tenetur facere quod sibi est iniunctum si absolute satisfaciat / Secundo considerandum est quod opus quod
quis facit ex iniunctione sacerdotis penitenti dupliciter habet efficaciam / et valet penitenti uno modo ex natura operis
Alio modo ex vi clauium / Cum enim satisfactio a sacerdote absolute iniuncta sit pars penitencie / manifestum est quod in eam operatur
vis clauium ita quod amplius valet ad expiandum peccatum quam si proprio arbitrio homo faceret idem opus / Tercio considerandum
est quod satisfactio ad duo valet / valet enim ad expiacionem culpe preterite / valet etiam ad cautelam culpe future
sed cum homo reuiuat et per hoc prebeatur ei remedium contra futuras concupiscencias carnis / Ex quo consideratur quod sacerdos potest pe-
nitenti satisfactionem iniungere vel ex proprio arbitrio vel ex consilio alieno / Est ergo dicendum quod sicut potest sacerdos
iniungere satisfactionem penitenti ex arbitrio alieno ita ex arbitrio ipsius penitentis / sicut si dicat satisfacias hoc sicut
potes et si non potes satisfacias sic / Et sicut videtur tunc sacerdos dicit / Quicquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum
videtur autem satis congruum quod sacerdos non oneret penitentem graui onere satisfactionis / quia sicut paruus ignis a multis suppositis
desuper extinguitur ita posset contingere quod paruus affectus contricionis in penitente nuper excitatus propter grauitatem oneris
satisfactionis extinguere peccator totaliter desperaret / unde melius est quod sacerdos penitenti indicet quanta penitencia
esset sibi pro peccatis iniungenda, et iungat sibi nichilominus aliquid quod penitens tolerare fecerit / ex cuius impletione assue-
fiat ut maiora impleat que sacerdos sibi iungere non attemptasset / et hoc modo que potest iniunctionem expressam fuerit
penitens accipiunt maiorem vim expiatiue culpe preterite ex illa generali iniunctione qua sacerdos dicit / Quicquid
boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum / unde laudabiliter consueuit hoc a multis sacerdotibus dici / licet non
habeat maiorem vim ad prebendum remedium contra futuram culpam / et quantum ad hoc satisfactio tota est facta licet
in mitiori virtute clauium est culpe commisse expiatiua / Et per hoc respondetur ad obiecta. Questio 4

Ad 4m sic proceditur videtur quod ei qui obmisit dicere diuinum officium sit iniungendum quod iterato dicat / Cum enim te-
neretur ad aliquod debitum spirituale implendum non potest liberari ideo nisi idem debitum soluat / Sed iste tenebatur
ad hoc debitum scilicet ut diuinum officium diceret videtur quod non possit absolui nisi hoc debitum soluat / Sed contra
est quod penitencie sunt arbitrarie / ergo pro peccato talis obmissionis que est pena secundum arbitrium sacerdotis potest imponi / Responsio
dicendum quod in omni diuino officio est hoc commune quod pertinet ad laudem dei et ad suffragium fidelium / Sed
distinguitur unum officium ab alio secundum diuersitatem temporum et locorum / Racionabiliter enim institutum est ut diuina
deus laudetur secundum congruenciam temporum et locorum / et ideo sicut in diuinis officiis exsoluendis obseruanda est congruitas
temporis loci ita et congruitas temporis que quidem obseruari non posset si oporteret iniungere obmittenti quod horas
diceret quas obmisit / forte enim in completorio diceret Iam lucis et in tempore paschali diceret officium
de tempore passionis / quod esset absurdum et ideo non videtur esse iniungendum ei qui obmisit diuinum officium quod horas
easdem repetat / sed aliud ad diuinam laudem pertinens puta quod dicat septem psalmos vel unum psalterium
vel aliud secundum quantitatem delicti / Ad id vero quod in contrarium obicitur / dicendum quod tempore debito officium pretermittere
iam est impotens ad soluendum tempore debito et ideo quia hoc non potest facere iniungenda est ei aliqua alia penitencia

Deinde questum est de creatura pure corporali / Et circa hoc quesita sunt duo / primo de arcu nubium
Quod dicitur Iris / utrum sit signum diluuii non futuri / Secundo utrum possit demonstratiue probari quod mundus non
sit eternus. Ad primum sic proceditur videtur quod arcus nubium non sit signum diluuii non futuri / Illud enim quod
fit ex necessitate nature non videtur esse institutum ad aliquid significandum / sed arcus nubium prouenit ex necessitate nature propter
oppositionem solis ad nubem roridam ergo non videtur esse signum diluuii non futuri / Preterea huiusmodi apparitiones
aerie sicut Iris et halo id est circulus circa solem et lunam et alia huiusmodi causantur precipue ex vaporibus humide
in aere existentibus ex quibus sequuntur pluuie que diluuium faciunt / ergo apparicio iris magis est signum di-
luuii futuri quam non futuri / Preterea si signum est diluuii non futuri aut est signum diluuii numquam futuri aut est signum
diluuii non futuri usque ad aliquod tempus / si est signum diluuii numquam futuri / non oportuisset quod appa-
ruisset nisi semel / Si autem est signum diluuii non futuri ad aliquod tempus oporteret esse determinatum / quod quidem determinari non
potest nec auctoritate scripture nec racione humana / ergo frustra huiusmodi signum datur / Sed contra est quod dicitur Gen 9 / arcum
meum ponam in nubibus celi hoc erit signum federis inter me et terram / Et postea subditur Et non erunt ultra
aque diluuii ad delendam uniuersam carnem / Responsio / dicendum quod in hiis que in veteri testamento
dicuntur / primo quidem obseruanda est veritas litteralis / sed quia vetus testamentum est figura noui / plerumque in veteri
testamento sic aliqua ponuntur ut ipse modus loquendi aliquid figuraliter designet / dicendum est ergo quod quia tamen
rerum multe sunt latentes / Effectus autem sunt manifestiores / ideo effectus ponitur in designacionem cause
Est autem considerandum quod pluuiarum causa efficiens quidem est sol materialis vero vapor humidus eleuatus de terra

penitencia moderanda pro et contra

amp

et aquis per virtutem solis. Hec autem duo in triplici dispositione possunt se habere. Quandoque enim calor solis omnino consumit
vapores et extrahit eos et tunc pluvie sequi non possunt, unde in Egipto et in terris multum calidis raro
sunt pluvie in estate etiam propter propinquitatem solis sunt pluvie rariores. In yeme vero frequentiores.
Quandoque vero e contrario virtus solis ad hoc usque valet quod vapores multiplicat sed tamen non potest eos desiccare et
tunc superhabundat pluvie et est ratio diluvii aquarum. Quandoque vero medio modo se habet scilicet ut virtus solis non sit om-
potens ad elevationem vaporum sed equaliter habet victoriam super eos ut non tantum multiplicentur quod diluvium inducere
possunt, neque etiam ut vapores omnino consumantur ut pluvia non sequatur et ex hac media dispositione vel comparatione
solis ad vapores tunc apparet Iris que non apparet vaporibus omnino desiccatis neque etiam eis in aere omnino superhabun-
dantibus et ideo Iris est signum diluvii non futuri, maxime procedit ex tali causa que repugnat diluvio. Deo
autem septima talis modo loquendi vel per similitudinem scribitur ipsius per que protegimur a speciali diluvio. Ad primum
ergo dicendum quod ~~potest facere pluvias sed non superhabundantes usque ad hoc quod fiat diluvium~~ quod Iris procedit
naturaliter ex talibus causis que repugnant diluvio et ideo convenit ponere dici signum diluvii non futuri. Ad secundum
dicendum quod potest facere pluvias sed non superhabundantes usque ad hoc quod fiat diluvium. Ad tertium dicendum quod Iris
semel apparens signat quod tamdiu non erit diluvium quamdiu sol et vapores in eadem dispositione consistunt et ideo non est
superfluum quod frequenter appa-
Ad tertium sic proceditur. Videtur quod demonstrative probari possit mundum non esse eternum. Si enim
mundus esset eternus non posset computari numerus annorum ab initio mundi. Sicut ut narratur scribitur in pasch. cereo
sic ergo non posset paschalis cereus in ecclesia benedici. Preterea computatur secundum existentiam annorum lunarium
super annos solares, sed talis existentia computari non posset si mundus esset eternus, ergo mundum non esse eternum.
Sed contra id quod est fidei non potest demonstrari quia fides est non apparentium ut dicitur ad Hebreos xi. Sed mundum esse
ex quodam principio temporis est fidei articulus, unde et prophete a Moyse dictum est: In principio creavit Deus celum et
terram, ut Gregorius dicit in prima omelia Ezechielis, ergo mundum non esse eternum non potest demonstrative probari. Respondeo dicendum quod
ea que simpliciter voluntati divine subsistunt demonstrative probari non possunt, quia ut dicitur prima ad Corinthios 2o, que
sunt Dei nemo novit nisi spiritus Dei. Creatio autem mundi non dependet ex alia causa nisi ex sola Dei voluntate,
unde ea que ad principium mundi pertinent demonstrative probari non possunt, sed sola fide tenentur prophetice per spiritum
sanctum revelatam sicut Apostolus predicta premissa verba subiungit: Nobis autem revelavit Deus per spiritum sanctum. Est autem vide-
tandum ne de eis que fidei sunt aliquis demonstrationes adducere presumat propter duo. Primo quidem quia in hoc
derogatur excellentie fidei cuius veritas omnem rationem humanam excedit secundum illud Ecclesiastici 3: Plurima super sensum
hominis ostensa sunt tibi. Que autem demonstrative probari possunt ratione humana subduntur. Secundo quia cum plerumque rationes
frivole sint dant occasionem irrisionis infidelibus dum putant quod propter huiusmodi rationes hiis que sunt fidei
assentiamus, et hoc expresse apparet in rationibus hic inductis que derisibiles sunt et nullius momenti.
Quod enim primo inducitur de cereo paschali est dubitabile, probatur autem per auctoritatem non est demonstrative probare sed fidei
semper oportet facere et tamen multo validior esset auctoritas sacre scripture quam cerei. Presertim cum sine assumptione annorum
mundi cereus paschalis benedici possit. Non enim est de necessitate paschalis cerei talis assumptio, unde in multis terris non
est consuetum quod aliquid cereo asscribatur. Secundum quod secundo opponitur derisibile est. Non enim existentia annorum lunarium ad
solares computatur ab initio mundi sed ab aliqua determinata radice puta ab aliqua operatione solis et lune
vel ab aliqua coniunctione vel ab aliquo huiusmodi, sicut et in omnibus aliis computationibus astronomicis. Relinquitur enim

Consequenter consideratum est de rebus divinis et humanis. Circa res divinas consideratum est primo de essentialibus, secundo de personalibus.
Circa essentialia questitum est primo de scientia Dei, secundo de eius potentia. Circa scientiam questitum est utrum
in Deo sint plures idee. Et videtur quod sic. Dicit enim Augustinus in libro 83 q. quod Deus singula propriis rationibus creavit,
et aliam rationem hominis, aliam rationem equi, sed rationes rerum in mente divina dicuntur idee, videlicet per Augustinum
ibidem, ergo sunt plures idee. Preterea secundum hoc sunt aliqua distincta quod Deus distinctionem eorum cognoscit. Cognoscit
autem distinctionem aliorum in seipso, ergo distincta rerum sunt in Deo plures et distincte idee. Sed contra omne
nomen quod in divinis dicitur aut est essentiale ut Deus aut personale ut pater aut notionale ut generans. Sed
hoc nomen idea non est personale neque notionale quia non convenit tribus personis, ergo est nomen essentiale. Sed nullum
essentiale multiplicatur in divinis, ergo non possumus dicere quod in Deo sint plures idee. Respondeo dicendum quod duplex
est pluralitas, una quidem pluralitas est rerum et secundum hoc non sunt plures idee. Nominat enim idea formam
et rem. Est enim una res que est eorum exemplar scilicet divina essentia qua omnia imitantur in qua sunt et bona
sunt. Alia vero pluralitas est secundum intelligentie rationem et secundum hoc plures sunt idee. Licet enim omnes res imitentur
divinam essentiam non tamen uno et eodem modo omnia imitantur ipsam sed diversimode et secundum diversos modos. Dicitur
divina essentia secundum quod est imitabilis hoc modo ab hac creatura est propria ratio et idea huius creature et sic
de aliis, unde secundum hoc plures sunt idee. Sed quod intelligitur divina essentia secundum diversos respectus quos res
habent ad ipsam eam diversimode imitantes, huiusmodi autem respectus non solum intelliguntur ab intellectu creato, sed etiam ab

ab intellectu creato ipius dei / sciat enim deus et ab eterno sciuit quod diuerse creature diuisde essent eius essentiam imitatione / et secundum hoc ab eterno fuerunt in mente diuina plures ydee sunt rationes rerum intellecte in deo / hoc enim sonat nomen ydee vt sit quedam forma intellecta ab agente / ad cuius similitudinem exterius opus producere intendit / sicut edificator in mente sua preconcipit formam domus que est quasi ydea in materia fiende.

Ad primum ergo dicendum quod Augustinus intellexit esse aliam et aliam rationem secundum diuersitatem respectuum vt dictum est. Ad 2m dicendum quod cum dicitur secundum hoc sunt res distincte / prout deus earum distinctionem agnoscit / hec locutio est duplex / quod enim dicitur secundum quod deus cognoscit potest referri ad cognitionem diuinam ex parte cognoscentis / vel ex parte cognoscibilis / si ex parte cognoscentis sic est vera locutio / est enim sensus quod hoc modo res sunt distincte sicut deus cognoscit earum distinctiones / si vero referatur ad cognitionem ex parte cognoscibilis sic locutio falsa est / erit enim sensus quod res cognite illum modum distinctionis habeant in intellectu diuino quem habent in seipsis quod falsum est quia in se res sunt diuise essentialiter / non autem in intellectu diuino / sic etiam res in seipsis sunt materiales / in intellectu autem diuino immateriales et in hoc vltimo sensu procedebat obiectio. Ad 3m dicendum quod ratio illa procedit de pluralitate reali / talis enim pluralitas in nominibus essentialibus non inuenitur sed solum pluralitas que est secundum intellectum rationis.

Deinde questio est de pertinentibus ad potentiam dei / Et primo vtrum in deo sit virtus / secundo de quodam effectu diuine virtutis vtrum scilicet aque sint super celos / 3o ad quod virtus diuina se extendere possit / 14

Ad primum sic proceditur videtur quod in deo non sit virtus / quia vt philosophus dicit in primo de celo virtus est vltimum potentie sed diuina potentia non habet vltimum cum sit infinita / ergo in deo non est virtus / Sed contra omne immediatum operationis principium virtus est / operatio enim a virtute aliqua procedit / sed in deo est aliquod immediatum operationis principium quia deus immediate aliqua operatur / ergo in deo est virtus. Respondeo dicendum quod qualitercumque virtus accipiatur sicut potentie complementum / et inde est quod virtus vniuscuiusque rei que bonum facit habentem / et opus eius bonum reddit vt dicitur in 2o ethicorum / tunc enim ostenditur potentia esse completa quando et agens est perfectum et actio perfecta / Cum igitur potentia dei sit maxime completa potissime in deo virtus inuenitur / vnde dicitur sapientie xij virtutem ostendis tu qui non crederis in virtute consummatus et in psalmo magnus dominus et magna virtus eius.

Ad primum ergo dicendum quod quandoque virtutes notificantur non per id quod de virtute essentialiter predicatur sed per id ad quod virtus ordinatur et ab eo speciem habet / sicut Augustinus dicit quod fides est credere quod non vides / credere enim non est ipsa fides sed actus ad quem fides ordinatur / et hoc modo philosophus diffinit virtutem cum dicit quod virtus est vltimum potentie quia scilicet virtus rei attenditur in ordine ad hoc in quod vltimum potest / sicut virtus eius qui potest ferre centum libras vt ipse ibidem dicit / non consistit in hoc quod ferat x sed in hoc vt ferat id vltimum in quod potest non tamen paruum sed totum quod potest / virtus igitur diuina non potest attendi secundum aliquod vltimum opus ipsius / quia nullum opus est quod adequet eius virtutem / vt dicitur amplius facere non possit / sed virtus eius attenditur secundum totum in quod potest / hoc autem infinitum est / quia deus infinita facere potest / vnde et virtus est infinita et hoc est vltimum et infinita posse sicut virtutis finite vltimum est aliqua determinata posse

Questio tercia

Ad 2m sic proceditur videtur quod aque habentes veram speciem aque elementaris super celos existant / hoc enim dicit Armor mundus propter similitudinem quam habet cum mundo maiori / sed videmus quod in corpore humano supraponitur cerebrum quod habet naturam aque corde habente proprietatem ignis maxime in eo est fons naturalis caloris / ergo etiam in mundo maiori aqua supponitur aliis elementis / Et hec ratio videtur esse Augustini in xi de ciuitate dei vbi dicit de quibusdam quod ponderibus elementorum mouentur et id non putant aquarum fluida quem quasi maior in superioribus mundi locis potuisse constitui quam secundum rationes suas si ipsi homines facere potuissent non et pituitam quod grece fleuma dicitur et tamquam in elementis corporis nostri aquarum vicem obtinet in capite ponerent. Sed contra partes mundi optime et ordinatissime sunt disposite secundum suam naturam / sed id quod habet speciem aque naturaliter est ponderosum / et ita naturaliter subsidet corporibus leuibus aeri et igni / non ergo aque habentes veram naturam aque super celos existunt. Respondeo dicendum quod sacra scriptura que mentiri non potest / expresse dicit aquas esse supra celum / dicitur enim Genesis i quod diuisit aquas que sunt sub firmamento ab aquis que sunt super firmamentum / Et in psalmo dicitur aque super celos sunt laudent nomen domini / Et ideo sicut Augustinus dicit in 2o super Genesim ad litteram quo et qualescumque aque ibi sint / ibi esse eas minime dubitemus / maior quippe est scripture huius auctoritas quam omnis humani ingenii capacitas / Sed sicut Augustinus in i eiusdem libri dicit / Turpe est nimis et perniciosum et maxime cauendum vt christianum de his rebus scilicet naturalibus quasi secundum christianas litteras loquentem / ita delirare quilibet infidelis audeat vt quemadmodum toto celo errare conspiciens risum tenere vix possit et non tam molestum est quod errans homo deridetur sed quod auctores nostri ab eis qui foris sunt talia sensisse creduntur et tamquam indoctos reprehenduntur atque respuuntur / et ideo sicut ipse ibi ingerit in huiusmodi exerceo tum salubre sustinendum est / et excepta vna expositione quod alteri expositiones vitandum est quas ipse posuit in libris Genesis /

expositionem non preiudicet que forte melior est / Dic ergo quod dicitur de aquis supra celos existentibus materialiter
potest intelligi / uno modo per firmamentum vel per celos non intelligimus firmamentum scilicet celum in quo sunt sidera sed
hunc aerem in quo aves dicuntur volare super quem aerem aque vaporabiliter elevantur et exinde pluvie
generantur / Et de hac expositione dicit Aug. in 2o sup. gen. ad litteram hac consideratione dignissimam iudico
Nec enim dicitur / neque contra fidem est / et promptu positum docuit credi potest / Si autem per firmamentum vel celos intelligimus
firmamentum ubi sunt sidera posita sic secundum est de hoc firmamento opiniones fuisse Quidam enim posuerunt firmamentum
ex minoribus elementis compositum / Que videtur fuisse positio Emp. / et secundum hoc nichil prohibet dicere
supra celum sidereum esse aquas elementares tamquam simpliciores / et etiam super ignem a quo vocatur celum
empireum / Aliorum autem positio est quod celum sit vel ignee nature sic posuit Plato vel non potest de natura minorum ele-
mentorum sed habens aliorum naturam sic posuit Aristoteles / utroque horum supposito magis videtur super firmamentum id aqua ele-
mentare materiam esse dispositum / Nunc enim sic Aug. dicit in 2o sup. gen. quemadmodum deus instituit naturas rerum
nos oportet querere non quod in eis vel ex eis ad miraculum potentie sue velit operari sed tamen aquas equales
super huiusmodi firmamentum ponere possumus / uno modo ut per aquas intelligimus totam materiam corporalem sic accipitur
in primo gen. et secundum expositionem Aug. / Et ideo secundum hanc intellectum aquas esse super celos sidereos nichil aliud est
dicere quam quod de materia corporali super hos celos existere / et hoc etiam a dictis philosophorum modernorum non discordat
qui ponunt supra octavam speram in qua sunt stelle aliam speram in qua nulla est stella / Et hanc expositionem
ponit Aug. sup. Gen. contra manicheos / Alio modo potest dici quod sic celum empireum dicitur igneum non quia habet speciem
ignis sed propter splendorem / Ita etiam aque super celos dicuntur non quia habeant speciem aque / sed quia habent
dyaphanitatem ad modum aque ut supremum celum sicut quod empireum dicitur sit totum splendidum / sidereum autem pro hoc
quod aqueum dicitur sit totum dyaphanum / Tertium autem celum quod dicitur sidereum sit partim lucidum partim dyaphanum
/ Sic igitur quantumcumque potest vias suscipere salvari diversimode / unde non est contradicendo satisfaciens ad aliquid horum
Ad primum ergo dicendum quod hoc assimilatur aliqui modo quantum ad aliquid / quoniam sicut constituit ex corporali et spirituali natura / sic
et totum universum / non tamen quantum ad omnia assimilatur universo / ordo enim partium in homine non est secundum quod exigit
corporum natura sed prout exigit ratio finis / Posuit enim cor in medio ut ex eo diffundantur operationes vite de facili per
totum corpus / cerebrum autem posuit in supremo ut operationes naturales que ibi quodammodo perficiuntur non impediantur per diversas
corporum transmutationes / Sic etiam ordo cognitionis humane non est secundum ordinem naturalem sed quo ad nos Auge
autem non inducit quod asserendo sed obviando hiis qui scripturas pervertunt Questio iiij
Deinde quesitum est de hiis ad que divina potentia se extendere potest / Et circa hoc queruntur duo / primo utrum deus
possit aliquid in nichilum redigere / Secundo si aliquid esset in nichilum redactum utrum deus possit reparare
id idem in numero Ad primum sic proceditur videtur quod deus possit aliquid in nichilum redigere / Equalis enim est distantia
non entis ad ens / et entis ad non ens / Sed deus potest ex nichilo aliquid facere / ergo deus potest ex aliquo facere
nichil / Sed contra deus non potest esse destructiva / sed causa que facit tendere in non esse est causa destructiva / ergo deus non
potest redigere ad in nichilum Respondeo dicendum quod de potentia dei loqui possumus dupliciter / uno modo absolute considerando
eius potentiam / Alio modo considerando ipsam in ordine ad sapientiam vel prescientiam suam / loquendo primo absolute de
dei potentia sic potest deus universam creaturam redigere in nichilum / Cuius ratio est quia creatura non solum producitur
in esse a deo agente / sed etiam per actionem dei conservatur in esse secundum illud Hebr. j portans omnia verbo virtutis sue Unde
Aug. dicit x sup. gen. ad litteram quod virtus dei si aliquando ab eis que creata sunt regendis cessaret simul
et eorum cessaret species omnisque creature natura concideret / Sic autem deus propria voluntate agit et non ex necessitate
nature ad rerum productionem ita etiam ad earum conservationem et ideo potest subtrahere suam actionem a rebus conservandis et sic
omnia in nichilum decidere / Si vero loquimur de potentia dei in ordine ad eius sapientiam vel prescientiam sic non potest fieri quod
res in nichilum redigantur / quia non habet hoc divina sapientia / Creavit enim deus ut essent omnia ut dicitur Sap. j non ut in
nichilum caderent Ad secundum quod tamen destructiva alicuius potest esse dupliciter / uno modo ex propria intentione sicut tu ad abstra-
hendo lucem causat tenebras / et hoc modo non oportet quod sit causa destructiva id quod causat per destructionem / Sic autem deus potest esse aliquo
destructiva tamen / vel excecationis vel obdurationis vel adnichilationis si vellet / Alio modo aliquid est causa destructiva preter
intentionem et sic oportet quod causa destructiva sit destructiva quia ex destructione agentis habet quod non inducat perfectionem in suo effectu
Ad secundum sic proceditur videtur quod deus non possit id Secundum autem deus non potest esse causa destructiva / sed tendendi in non esse ut
quod in nichilum redactum est idem numero reparare / Dicit enim philosophus in 2o de generatione quod ea quorum substantia corrumpitur non
reiterantur eadem in numero / sed eorum que in nichilum rediguntur substantia corrumpitur ergo eadem numero reiterari non potest Sed
contra est quod Aug. dicit x de ci. dei si caro humana omnibus modis nec ulla eius materies in nullis latebris perisset
remansisset / unde si vellet eam repararet omnipotens / sed nulla materia remanente de re corrupta que corrumpitur in
nichilum redigitur ergo deus id quod est in nichilum redactum potest idem numero reparare Respondeo dicendum est cum nichil sic dam
sed secundum nullum modum sint aliqua divisa quia non entis non sunt species neque dicitur secundum philosophum / ergo id quod reparatur
sive non entis

a deo pt ee vnu et idem nuo quius in nichilu fuerit redactu / Ad 2m dicendum qd in hiis que in nichilu redigi
pnt e quedam dra attendenda / quedam em sunt quorum vnitas in sui racone hz duracoe continuitatis sic pz
in motu et tpe et io interrupcio talium dicit contrariam vnitati eorum sm num / Ea vo que contradiccionem im
plicat no continet sb numo deo possibili quia deficiunt a racone entis et sic si huiusmodi in nichilu rediguntur ideo
/ Deus ea no pt eadem nuo reparare / hoc est dicere facere contradictoria simul ee vera puta qd motus interruptus esset vnus /
/ Alia vo sunt quorum vnitas no hz i sui racone continuitatis duracoem sic vnitas rerum permanencium nisi
pacianf in ppm eorum ee subitum e motum / sic em et mensurat huiusmodi tpe et eorum ee e vnum et continuum
sm vnitatem et continuitatis tpis / et qz nat agens no pt istud producere sine motu / Inde e qd nale agens no
pt huiusmodi reparare eadem nuo si in nichilu redactum fuerit sbstancia eorum corrupta / sed deus pt reparare hoi sine
motu / quia in eius ptate e qd producat effectus sine causis mediis et io pt ea eadem nuo reparare / eciam
si in nichilu elapsa fuerint / Vnde pz rno ad pm et ad 2m / Ad 3m dicendum / qd nichilu no e dra aliquam entis
sed p hoc qd ad reducta in nichilu interrupcio continuacionis essendi que ptinet ad vnitatem motus et eorum que
vii
Deinde qsitum e de personalibus que ptinent ad psonam / continuat ad motu
filii / primo qntum ad naturam diuinam / 2o qntum ad naturam assumptam / Circa pm quesita sunt duo / pmo vtrum
pater eode vbo dicat se et creaturam / 2o vtrum filius sua filiacone distinguatur a spu sco / Ad pm sic proce
ditur qd pater eode vbo dicat se et creaturam / dicere em se soli patri convenit vt Aug dt vii de tri / sed dicere
creaturam ct toti trinitati / Ea em que importat respectum ad creaturam toti trinitati conveniunt vt pz p dyo n e de
dei no. ergo pr no eode vbo dicit se et creaturam / 2o / Creatura procedit a deo p modum volutatis / filius at qui e vbum
quo pr dt seipsum procedit a deo p modum nature / quia vt hilarius dt in lio de synod omnibus creaturis
sbam voluntas dei attribuit / filio at dei naturam dedit nativitas ergo no ide e vbum quo pr dicit seipsum et
quo dicit creaturam / Rno dicendum qd sic Aug li de trinitate dt vbum dei respectu alicuius p vbum nostri
intellect quod nil aliud e qz quedam accepcio actualis nre noticie / Cum em id quod scimus actu cqsidero
hapius hic vbum nre intellectus e et hoc e qd vo exterius significamus / sed quia nos no totum id quod habi
scimus actu mente concipimus sed de vno intelligibili mouemur ad ad / Inde qd in nobis no e pm solum vbum
mentale sed multa quorum nullum adequat nram scienciam sed deus quicquid scit actu intelligit et io in mente
eius no succedit vbum vo / Et sic eadem sciencia scit se et oia alia / ita et eode vbo exprimit seipsum et oia
alia / Nec est eius vbum respectiuum vt Aug in eode li dt si ad nichil esset i eius vbo qz in sciencia sua quicquid
pz scit totum vnico suo vbo dt / vnde necesse e qd ide sit vbum quo dt seipsum et quo dt creaturam / Ad pm
ergo dicendum qd dicere si proprie sumatur e producere vbum quod soli pri ct / et ergo si dicere i diuinis proprie sumatur
solus pr dt qz solus ipse generat vbum / hic tn vbo exprimit quicquid tota trinitas scit qz trinitas p naturam vna
e sciencia et ex hac racone vbum importat respectum ad creaturam inquantum e expressio quedam sciencie quam pr hz qntum
de aliis psonis tum creatura / Ad 2m dicendum / qd aliud e vbum et id qd dicitur vbo / hic em vbo quod e lapis
de aliis psonis tum creatura et quo
hz res que no e vbum sed creatura / vnde nil prohibet creaturam procedere ex deo p modum volutatis vbum at quo
/ Sic creatura p modum nature
viii q°
Ad 2m sic proceditur qd filius distinguatur filiacone a spu sco / Eode em
modo aliquid constituitur et ab aliis distinguitur sz psona filii constituitur filiacone que e proprietas psonalis
constituens psonam filii / ergo filiacone distinguitur a spu sco / Sed contra e qd Boecius in lio de trin dt qd sola relacio
in diuinis multiplicat trinitatem / Et Anselmus dt in lio de processione spus sancti / qd ibi solum distinguitur psone
vbi occurrit relacionis opposicio / sed filius no opponitur relacione spui sco filiacone sed solum pri / ergo filius
no distinguitur filiacone a spu sco sed solum a pre / Rno dicendum qd hoc modo se hnt proprietates psonales
in diuinis ad distinguendas psonas sic se hnt in rebus naturalibus forme sbales ad distinccionem ipsarum rerum / sed tn
qd a creaturis extra ad deum assumpta no omnino similia sunt / In rebus at naturalibus distinccio ad pformam sua
ab aliis duplex / vno sm directam opposicionem forme ad formam / et hoc modo distinguitur vnaqueque res nalis
ab omnibus speciebus sui generis que hnt formas oppositas sm qd genus diuiditur oppositis differentiis sic zaphirus distinguitur
ab omnibus speciebus lapidis / alio distinguitur res nalis p suam formam tamen p hanc
formam suam ab omnibus aliis formis vel speciebus lapidis / sic zaphirus
et no hnt et hoc modo qd hz formam nalem distinguitur ab omnibus no hntibus illam formam / sic zaphirus
p suam formam nalem distinguitur no solum ab aliis generibus lapidis / sed a speciebus aliis et platanus / Sic igitur
dicendum e qd filius sua filiacone distinguitur a pre sm opposicionem relacionis filiacionis ad paternitatem / sed a spu
sco distinguitur filiacone p hoc qd spus sanctus no hz filiacionem quam filius hz / Et p hoc pz rno ad obiecta
viii q°
Deinde quesitum e de filio qntum ad naturam assumptam Et circa hoc quesitum e vtrum sit vnum numero
corpus xpi affixum cruci et iacens in sepulcro / Et videtur qd no / quia que diuidunt spe diuidunt

nuo sed corpus eius appensum in cruce et iacens in sepulcro dicuntur simpliciter eo modo quo mortuum et vivum dicitur
simpliciter ergo non est unum et idem numero ¶ Sed quecumque sunt unum et idem suppositum vel ypostasi sunt unum et idem numero
sed corpus christi iacens in sepulcro et appensum cruci est unum et idem supposito seu ypostasi quia ypostasis verbi dei
numquam separata est ab eius corpore ergo corpus christi est unum et idem numero appensum cruci et iacens in sepulcro ¶ Secundo
dicitur quod circa hec cavende sunt due dampnate hereses quarum una est arrianorum qui cum ponerent christum animam
non habuisse sed verbum corporis loco anime unitum corpori posuerunt quod verbum separatum est in morte a corpore sicut manifeste patet in
quodam sermone arrianorum contra quem augustinus disputat ¶ Alia vero est heresis gabanitarum que est in sexta synodo
dampnata qui cum ponerent unam naturam compositam ex humanitate et divinitate posuerunt illam naturam semper incorrup-
tibilem et ita posuerunt corpus semper incorruptum non solum corruptione putrefactionis sicut fides catholica tenet secundum
illud psalmi non dabis sanctum tuum videre corruptionem sed etiam corruptione que pertinet ad rationem mortis quod est
impium quod patet per damascenum in libro 3o ¶ Tertio ad excludendum heresim primam oportet nos ponere ydemptitatem secundum
suppositum in corpore christi appenso cruci et posito in sepulcro ¶ Ad excludendum vero secundam heresim oportet nos ponere christum diversum
mortuis et vite quia prima unitas animae fuit cum secunda dicitur ¶ Damascenus est quod est idem numero corpus christi appensum cruci
et iacens in sepulcro ¶ Ad primum ergo dicendum quod ratio illa non tenet in corpore christi propter unitatem ypostasis x q^o

Deinde questum est de rebus humanis et primo de gratia 2o de gratie sacramentis 3o de actibus humanis ¶ Circa
primum querebatur utrum deus semper faciat novam gratiam ¶ Et videtur quod sic ¶ Augustinus enim primo super genesim ad litteram
comparat infusionem gratie illuminationi sed nequaquam aer presente lumine non factus est lucidus sed sit quasi si fuerit esset
non fieret et etiam absente lumine lucidus non manet sic homo deo presente illuminatur absente autem continuo tenebratur
a quo non locorum intervallis sed voluntatis aversione discedit sed sol semper facit novum lumen in aere
ergo deus semper facit novam gratiam in anima ¶ Sed contra nobilioris creature nobilius est esse sed gratia nobilissima creatura
est quia est perfectio nature rationalis create ergo eius esse est nobilissimum non ergo datur solum in momento et ita non
semper deus facit novam gratiam ¶ Respondeo dicendum quod duplex est actio quedam fit cum motu et talis actio semper est cum aliqua
innovatione quia semper in motu aliquid fit et aliquid desinit esse ipsius accedit ad terminum et recedit a termino
et propter hoc philosophus dicit in 8 physicorum quod in omni motu est quoddam fieri et corrumpi ¶ Alia est actio que est
sine motu per similitudinem generationis forme ignis sed agens suam similitudinem imprimit recipienti disposito et talis actio
in principio quidem est cum innovatione sed cum de novo acquiritur forma in subiecto sed continuo ipsius actio sine illa huiusmodi motu gtinuacio – nulla
secundum simplicem influxum sive continuationem ita etiam nulla fit innovatio et hoc modo creatur gratia a deo in anima ¶ Unde
dicendum quod quamdiu gratia durat in anima deus in anima operatur causans eam non tamen quod faciat semper novam gratiam et quod singulis
momentis existens corrumpatur sed quia eandem gratiam quam primo infudit semper operatur in anima conservando ipsam quod
semper difficile est ad intelligendum non valentibus abstrahere considerationem suam ab actionibus que sunt cum motu in successivis
semper aliud innovatur ut dictum est ¶ Ad primum ergo dicendum quod lumen semper fit in aere quia semper a talique sole illuminante
continuatur non quod semper fiat aliud et aliud lumen

Deinde questum est de sacramentis et primo de sacramento penitentie utrum per absolutionem sacerdotis remittatur culpa ¶ 2o
de sacramento matrimonii utrum vir possit accipere uxorem si timeatur de incontinentia uxoris non valentis reddere debitum
Ad primum sic proceditur videtur quod per absolutionem sacerdotis culpa remittatur ¶ Dicit enim hugo de sancto victore in libro
de sacramentis quod sententia petri sequitur sententiam celi sed sententia celi est de remissione culpe ergo remissio culpe sequitur
per sententiam petri que est sacerdotis absolventis ¶ Preterea sacramenta sunt medicina contra peccata sed per medicinam
sanantur vulnera vel egritudines ergo egritudo vel vulnus peccati sanatur per sacramentum penitentie quod consummatur in
hoc quod sacerdos dicit ego absolvo te sicut sacramentum baptismi in hoc quod dicit ego te baptizo ergo per absolutionem
sacerdotis dimittitur culpa ¶ Sed contra est quia per solam contritionem dimittitur peccatum secundum illud psalmi Confitebor adversum
me iniustitias meas domino et tu remisisti impietatem peccati mei ¶ Preterea contritio precedit absolutionem sacerdotis
quia sacerdos non debet aliquem absolvere nisi estimet eum contritum ergo remissio culpe precedit absolutionem
sacerdotis non ergo per absolutionem sacerdotis culpa remittitur ¶ Respondeo dicendum quod sacramenta dupliciter operantur uno modo
secundum quod exhibentur in actu alio modo secundum quod habentur in voto et hoc ideo quia sacramenta operantur ut instrumenta divine
iustitie et misericordie iustificantis deus autem est respiciens ad hominis cor secundum illud 1 Regum 16 homines vident ea que
apparent deus autem intuetur cor ¶ Et ideo sicut res naturales non agunt nisi presentialiter adhibite ¶ Sacramenta tamen
agunt etiam secundum quod sunt in voto sed plenius sacramentalem effectum inducunt quando actu exhibentur sicut patet in baptismo
nam cathecumus si sit adultus et habeat baptismum in voto iam consequitur effectum baptismi quantum ad
emundationem a peccato et constructionem gratie que est proprius effectus dei sed quando actu baptismum accipit suscipit
caractere et remissionem totius pene si quis tamen esset qui non prius haberet baptismum in voto quando
actu baptizaretur sicut precipue patet in pueris sic recipit per baptismum gratiam remittentem culpam

et omne aliud sacramentum effectum / et hoc contingit in adulto qui si sic cum baptizatur votum baptismi recipit / et
idem etiam est in sacramento penitentie quod consumatur in dispensatione ministri absolventis / Cum enim ad actum absolutionis
consequitur plenarie sacramenti effectum / sed si antequam absolutionem habeat sacramentum in voto scilicet quando propter se subicit
clavibus ecclesie iam virtus clavium operatur in ipso et consequitur remissionem culpe / Si quis tamen in ipsa absolutione
incipit conteri et claves ecclesie habere in voto in ipsa absolutione sacerdotis culpa ei dimittitur per gratiam
que infunditur in hoc sacramento sic et in aliis sacramentis nove legis / Unde quandoque contingit quod aliquis non perfecte
contritus virtute clavium gratiam contritionis consequitur dum non ponat obicem spiritui sancto / Et idem est in aliis sacramentis
nove legis in quibus gratia confertur / ut tamen est differentia inter baptismum et penitentiam propter quod sacramentum penitentie semper
exhibetur adultis in quibus ut plurimum contritio precedit tempore confessionem et absolutionem / Baptismus autem multotiens
confertur pueris in quibus votum baptismi non precedit / Quod autem sic appareat si eo baptismus exhibetur adultis /
Ad primum ergo dicendum quod verbum hugonis non est sic intelligendum quod sententia petri in sacerdote absolvente precedat tempore sententiam
celi id est dei remittentis culpam / sed quia in sententia petri apparebat sententia dei / Ad secundum dicendum quod medicina
sacramentalis operatur non solum actu adhibita sed etiam in proposito existens / et ideo quandoque sanando vulnera precedit
sacramentalem absolutionem / Ad tertium dicendum quod numquam potest esse vera contritio sine voto clavium ecclesie quantumcumque sit dolor
de peccato preterito et propositum abstinendi in futurum ut ideo in contritione culpa remittitur

Questio xii

Ad duodecimum sic proceditur videtur quod vir possit accipere crucem ad transeundum ultra mare nolente uxore si de eius incontinentia
timeatur / Non enim debet homo pretermittere propriam salutem pro salute aliena / sed hic procurat salutem propriam
per hoc quod cruce signatus consequitur plenam remissionem peccatorum / ergo non debet hoc pretermittere ut provideat saluti
uxoris / Sed contra est quod Augustinus dicit / Si abstines sine voluntate uxoris tribuis ei fornicandi licentiam / et peccatum illius
tue imputabitur abstinentie / Sed accipiendo crucem impeditur a redditione debiti / ergo videtur quod peccatum uxoris si non
contineat imputabitur viro / Respondeo dicendum quod ea que sunt necessitatis non sunt pretermittenda propter ea que sunt propter
utilitatis / unde et dominus mathei xv reprehendit phariseos qui docebant pretermittere mandatum dei de honoratione
parentum ut aliquis vel aliquid oblationis deo offerat / Ex necessitate autem viro imminet ut gerat curam uxoris quia
caput mulieris est vir ut dicitur j ad Corinthios xi dicendum quod accipiat crucem ad transfretandum / Placet propter votum
Non si uxor talis que secum non posset propter aliquod licitum impedimentum / et de eius continentia timeatur / non est
ei consulendum ut accipiat crucem et dimittat uxorem / Verum autem est si uxor continentem voluntatem proponat
vel velit vel possit secum ire sum / Ad primum ergo dicendum quod hoc est ad salutem propriam viri pertinet ut gerat
curam de salute uxoris que viri regimini committitur

Questio Tredecima

Deinde considerandum est de actibus clavium / Et primo de actibus pertinentibus ad prelatos / secundo de actibus qui possunt pertinere
ad omnes / pertinet autem ad prelatos precipere / dispensare in precepto / excommunicare rebelles / precepta et bene-
ficia ecclesiastica conferre / Circa primum queruntur iiiior / primo de obedientia circa precepta prelatorum / utrum scilicet religiosus sub-
ditus teneatur obedire prelato suo precipienti ei in virtute obedientie quod revelet ei crimen fratris occultum / Secundo circa dispen-
sationem / utrum papa possit dispensare in bigamia / Tertio circa excommunicationem / utrum aliquis teneatur vitare excommunicatos
illos de quorum excommunicatione est inter peritos diversa sententia quibusdam dicentibus eos excommunicatos esse et aliis
non esse / Quarto circa collationem beneficiorum utrum prelatus ecclesie licite possit dare beneficium consanguineo suo ydo-
neo existenti si quamvis sciat et alius magis ydoneus

xiii

Ad primum sic proceditur videtur quod subditus non teneatur obedire prelato precipienti revelationem criminis occulti
Nullus enim tenetur obedire alicui in hoc quod non subditur eius iudicio / sed occulta non subduntur iudicio
humano / sed soli iudicio divino / ergo circa talem revelationem nullus tenetur obedire prelato precipienti / Sed contra quod prelatus
in tali religioso potest precipere id de quo iudex secularis vel ecclesiasticus potest exigere iuramentum ab aliquo ut
revelet id quod scit de aliquo occulto ut dicitur quadam decretali de purgationibus / ergo pari ratione prelatus
in talibus potest religiosis precipere in virtute obedientie ut dicant ei si quid sciunt de aliquo crimine occulto / Respondeo
dicendum quod peccatum dupliciter potest esse occultum / uno modo simpliciter ita quod ad multorum notitiam / nullo modo provenit / et tale peccatum
occultum nocet solum facientem / et ideo quod tale peccatum occultum sit / solum hoc debet intendere ut frater peccans sa-
lute proveniat / unde institutus est sic a domino ordo correctionis fraterne / ut primo quidem corripiat fratrem occulte
peccantem inter se et ipsum solum / postmodum adhibeat duos vel tres testes / et tunc tandem si non corrigitur
dicat ecclesie / Contra quem ordinem si prelatus precipiat ut peccatum fratris occultum dicatur / ei non est obediendum /
et ipse peccat precipiendo / quia oportet deo magis quam hominibus obedire / Si autem peccatum fratris non sit adeo occultum
quin et per aliquas suspiciones in multorum notitiam perveniat / unde multorum scandalum oriatur / iam peccatum non
solum nocet illi sed multis / et quia bonum multitudinis prefertur bono unius / ideo prelatus debet discernere veritatem
de facto ut scandalum sedet multitudinis / vel per penam peccati / vel per eius excusationem / et ideo in tali ca-

pt pape sicut cumen fris q manifestet / et ic tu precipi tu prelato obedie / sic eni tu pro pt omio
petum eme ptinet ad iudiciu prelati et i hc ca lo decret no at i pmo / vn pz ind ad obiecta
Ad 2m sic proce vi q papa no possit dispensae in bigamie irreglarite / No eni pt ab hoie xiiij
dispensari in hys que sut diuinit istituta / vt Bndus dt in lio de dispesacon et precepto /
sz doctrina apli in qua cotinet q bigamus no promouea vitz j ad Thy iij et Em j e diuit
promulgatu sm id Apli 2e ad Core vlt / An experimenta quritis eius qui in me loq xpe / go
papa no pt cu bigamis dispesae / Sed q e q in decret dis l. dt / q papa cu quoda bigamo
dispesat / Rndo dom q papa ht plenitudine ptatis in ecclia ita q quecuqz sut instituta per
eccliam vel ecce prelatos sut dispensabilia a papa / hec eni sut que dicut ee iuris huani vel
positiui / Cetera ca vero que sut iuris diui vel iuris nalis dispensae no pt / quia ista hnt efficacia
ex institucione diuina / Ius aut diuinu e qd ptinet ad lege noua vel veterem / Sed hec e dria
inter lege vtraqz quia lex vetus determinabat multa tam in preceptis cerimonialibus ptinentibus ad cultum
dei qz eciam in preceptis iudicialibus ptinentibus ad iusticiam inter homines cnsuada / Sed lex noua que
e lex libertatis precepta huiusmodi determinatore no ht / sed e contenta preceptis moralibus nalis legis
et articulis fidei et sacris gre / vn et dicit lex fidei et lex gre propter determinacoz articuloru fidei et
efficacia sacroz / Cetera vero que ptinet ad determinacoz huanoz iudicioz vel ad determinacoem diui cultus
libe pmisit xpus q e noue legis lator prelatis ecce et principibus xanoz populoz determinanda /
vn omes huiusmodi determinacoes ptinet ad ius huanu i quo papa pt dispesae / In his solis vero que
sut de lege nae et articulis fidei et sacris noue legis dispesae no pt / hoc eni eet posse pro
veritate cotra veritate / Manifm e aut q bigam no promoueri neqz e de lege nae neqz ptinet ad articulos
fidei / neqz eciam e de necitate sacri / Et pz ex hoc q si bigam ordinet recipit ordis sacrm / sed
hc ptinet ad quada determinacoem diui cultus / vn in hoc papa pt dispesae licet dispesae no debeat
nisi ex magna et euidenti ca / Sic eciam posset dispesae in hoc q aliquis sacerdos no indutus vestibus
sacris consecrerret corpus x / Et eade ro e de oibus alys huiusmodi que ex institucone huana processerit
Ad pmu ergo dicendu q Apostolus dupl aliqua i sua doctrina proposuit / Quedam quidem sic pmulgans
ius diuinu / sicut id qd habet Gal 5to si circumdimini xpus vos nil proderit et multa alia huiusmodi
et i hc papa no pt dispesae / Quedam vero sic propria auctoritate aliqua statuens / Na ipse dt j Core
xj Cetera cu venero disponam / Et ibid xvj mandat vt collecte q fiut in sctos p vna sabbati
fiat / quod no ptinet ad ius diuinu / Et silr eciam qd dt de bigamo no promouendo no e iuris
diui sed institucio auctoritatis huane diuinitus sibi concesse Questio xiiijta xv
Ad 3m sic procede vi q no debeant vitari illi excoicati ca quoz excoicacom sapientes qua
oppinat q sm iura epus no pt auferre bnficiu quod clico concessit sine culpa / Sz no min
debet comio fidelium cuilibet fideli qz bnficiu clico 3 ab epo collatum / ergo nec comio fidelium est
alicui subtrahenda sine culpa / Sed qn dubitat an ca subsit / promptior debet ee ad boni vel ad
interpretandu mitiore parte / ergo ex quo dubitat de excoicacone aliquoz / magis debet stare pro hoc
q no sut excoicati et tunc no debet eos vitare / Sed q e q si aliquis in bello moriat si ignoret qs percussit
eu percussit propter dubiu qlz q fuit in bello irreglaris habet sm iura / ergo a silr vi q ex quo
dubiu e de aliquibus an sit excoicati q propter maiore cautela sit vitandi / Rndo dom q
dubitacio de excoicacone aliquoz aut precedit sntiam iudicii / aut sequit / Si precedit puta cu nondu declaratu p iudiciu cossm aliquos ee excoicatos / no sut vitandi quousqz cto iudicio determinent / In
hc eni ca vm q in mitiore pte interpretari debe / vn de regu 2 l dt si difficile et ambiguum
apt te iudiciu ee prospexeris et iudicii inter portus tuas videris verba variari venies ad sacerdotes
et ad iudice queres qz ab eis et facies quodcuqz dixerit / Sed si ambiguu oriat p contde iudi
cu declaracom magis standu e sntie iudicii duplici racone / pmo quidem q iudices sollicite discuciendo
negociu plenius sciut percipe veritate / cetera si sint viri periti qz alij q presumptorie cosiderant et exordinare / 2o q hc eet in magnu nocumtu vtilitatis cois stat hoim si sntie no astaret si
quilz p suo libito vellet sntie calumpnia inferre quia sic litigia essent immortalia / et io in tali
ca magis e astandu sntie iudicii nisi forte sit p appellacoz suspesa / et p hoc pz solo ad obiecta
Ad 4m sic proce vi q prelat ecce no possit curam comitte suo cosanguineo minus ydoneo q. xvj
postposito meliori / Pr eni sue filie querit sposu que magis pt ydoneu / et sposo sue

Ipa dispensat cum bigamo contra preceptum apostoli cum petro succedit qui fuit actor in ministracione contra paulum 22 ... Sacramenta extra media est ordinatio bigamie ab homine et non a deo et non constringit papa pro illa prohibicione cum eius potestas non sit ab homine sed a deo ut de maioritate Nomine et de Elec. Significasti

que sunt ad finem quod posito fine ponuntur etiam ea que sunt ad finem / sed positis preceptis non ponuntur consilia / multi
enim observant precepta / qui non observant consilia / ergo consilia non ordinantur ad precepta sicut ad finem / Praeterea
Augustinus dicit in libro de virginitate / miraculo despiciunt / qui propter premium celorum virginitatem solam esse observandam sentiunt
sed conservacio preceptorum pertinet ad premium celorum / ergo consilium virginitatis non est implendum propter precepta / et eadem
racio est de aliis consiliis / Praeterea precepta pertinere videntur ad vitam activam / consilia autem ad vitam contemplativam
unde cum Matthei xix ubi enumerantur precepta legis dicit glossa Ecce vita activa / ubi autem postea subditur / si vis perfectus
esse etc dicit / Ecce vita contemplativa / sed vita activa ordinatur ad contemplativam et non econverso / ergo precepta or-
dinantur ad consilia et non econverso / Praeterea dominus miraculose legitur bis refecisse / primo quidem saciavit quinque milia
hominum ex quinque panibus et duobus piscibus / ut legitur Matthei xiv / secundo de septem panibus et paucis pisciculis
saciavit quatuor milia hominum ut habetur Matthei xv / Et dicit glossa Matthei xiv quinque milia pro quinque sensibus corporis / hii sunt qui
in seculari habitu exterioribus recte uti noverunt / hii quinque panibus id est legalibus preceptis adhuc necesse est ut alantur
/ illa qui mundo integre renunciant quatuor milia sunt / et septem panibus id est evangelica perfectione sublimes et
spirituali gratia restaurantur / Sed prius pavit dominus quinque milia hominum quinque panibus quam minora milia ex septem / ergo
precepta sunt priora consiliis / et non econverso / Praeterea dispositiones precedunt perfectionem et ordinantur ad ipsam / sed
precepta sunt disposiciones ad consilia dicit enim glossa Ieronimi in principio Matthei Evangeliorum sunt gradus virtutum quibus
sancta Ewangelia contexuit / precepta mandata testimonia et exempla / In preceptis iusticia / In mandatis caritas / In
testimoniis fides / In exemplis perfectio ad quam pertinent consilia / ergo videtur quod precepta ordinentur ad consilia et non
econverso / Praeterea prius non est aliud prius / Sed sicut dicit quedam glossa super psalmum Caritas prius movet pedem ad recordatum
operis / De actu autem cuius tamen dantur precepta / ergo nichil est prius in vita spirituali quam precepta / non ergo consilia or-
dinantur ad precepta / sed potius econverso / Praeterea super illud psalmi / sicut ablactatus super matre sua etc dicit glossa
sicut in tempore nove in procreacione carnali / ita et in spirituali / primum ergo tempus est conceptionis / secundum est in utero alicuius
conceptionis emissionis / tertium portacionis et lactacionis / quartum ablactacionis / Fuit enim in utero matris ecclesie primo
concepimus dum fidei rudimentis instruimur / Inde quasi in utero alimur in eisdem primordiis proficientes /
Deinde ecclesie manibus portamur et lacte nutrimur / donec iam grandiusculi a lacte matris accedamus ad
mensam patris / Et postea subditur / Multi vero hunc ordinem pervertunt ut heretici et scismatici se ante
tempus a lacte separantes / unde extinguntur / sed separari a lacte est facilibus omissis ad difficiliora
transire / Cum ergo consilia sint difficiliora quam precepta / videtur quod periculo extinccionis se exponant qui ad consilia

accedūt nisi pius eduçati i precept / precepta g° ordinat ad ꝯsilia et nō cō ꝯtra / greg' dt s' Ezech q̄
q̄ precepto bonū fuīt inchoatum ē / sed id quod ē inapieciū ordinā ad id quod ē pfectō et nō
eō / g° precepta ordinat ad ꝯsilia ⁊ nō eō / vtuts inita nōs / sed nā pius opat i core alis
ea que ptinet ad eē / sic mebra pri lia q̄ ea que sūt de bn eē / g° i pgressu vtuts pora sūt
precepta que sūt de eē vtuts q̄ ꝯsilia que sūt de bn eē ipiq et id q̄ pius / sic ē ordo i
addiscedo ita etc in opando / s; in addiscedo ozt incipē a facilioribꝫ vt ad dfficilioā pueniā / g°
in opando ozt pius imple precepta q̄ sūt faciliora / etc trāsie ad ꝯsilia / cnt ⁊ dr in
glōa q̄ smo diuin ē nob via qua tenimq / sed smo diuinq pordinat prec ꝯsiliis vtz cnt ⁊ vbi
po po id qd preceptū ē antiqꝫ et pga supaddit id qd pfectū ē / g° vr q̄ obsuātia preceptoꝝ
sit pordiata obsuacōi ꝯsilioꝝ / id qd ē min i aḡo gnē ordinā ad id qd ē maxim i
io gnē / sed mīt ē miq i vitu xana q̄ obsuāna preceptoꝝ / mīt at magꝫ q̄ obsuāua ꝯsilioꝝ
/ g° precepta ordinat ad ꝯsilia / Ieron dt sup mat. Qui precepta legis imple negligit pfectora
imple nō pt / g° ozt q̄ pō aqui impleat precepta q̄ ꝯsilia / et precp ordinat ad ꝯsilia / pus
ē a quo nō ꝯuertit ꝯna eendi / sed a precept nō ꝯuerti ꝯna eendi ad ꝯsilia / Non em se si aqs
suat precepta q̄ suet ꝯsilia / g° obsuacō preceptoꝝ nāt precedit et ordiā ad obsuāna ꝯsilioꝝ / cōz
q̄ ē qd Aug' dt i euch / Queteꝝ madat deus ex q̄bꝫ vnū ē non mechabꝫ / et quidꝫ nō iubet
sed spualī ꝯsilio monet ex q̄bꝫ vnū ē / bom ē hoi mlieꝝ nō tange / tuc rēte fiut cu referat
ad dilcō deū et proxim propt deū / sed hec duo cadut sb precepto vtz cnt 22 / g° ꝯsilia ordinat
ad precp / id qd ē electiq ordinat ad id qd ē necī / q̄ electiō ē coꝝ qe sūt ad fine sed ꝯsilia
sūt electiq precp at necīa / g° ꝯsilia ordinat ad precp / id p quod plenius ad pfiat ordiā ad id
fiat p quas ad remisse / s; per ꝯsilia plenius et tutius ꝯsuāt precp / g° ꝯsilia ordinat ad precp
Rn° dd q̄ precp dat de actibꝫ vtutū / dupx ē at actus vtutū s. intior et extior / et vteqꝫ act cadit
sb legis precepto / vn Aug' dt con faustū / q̄ quia Iudei nō intelligebāt homicidiu nisi p empcōꝝ
corꝑis humam / Aperuit dns omeꝫ iniqu motū ad nocend fr i homicidij gnē deputari / silr etc intimo
corpale cu fēia illicitā cohitacōꝫ vocā mechia qe eāt i lege prohibita / sed dns demrat etiā
intiore ꝯcupiaꝫ ad hoc ptine / vn maim ē q̄ intioes actus vtutū sb precepte cadut / ꝯsilia igit
nō ad intioes act vtutū ordinat sic ad fine / omes em intioes actus vtutū moraliū ptinet ad
mētis puitate / vt s. mes hom a passioibꝫ iordinat et ab extioꝝ reꝝ cupiditē sit libea / et
vltius oēs vtutes tā morales q̄ theol ordinat ad dilcōꝫ dei et pxi / et ad hoc oīa ꝯsilia
nos ad vtute cord dirigūt to vtē secundū ē / quicq at ab hac retrahit / vt pniciosū ac vitiosū vitii
vōs vniusa cotepmit / vt s. puitas cord ppetua retinea / Et pga sedit pro hac reiuōꝫ media
vigiliis labor corꝑis nuditates lectōꝫ cetiq q̄ vtutes debē nos sistere / nouiꝫ vt piꝫ
ab vniusis passioibꝫ noxiis illesos ꝑuāe cor nrm et ꝯsuāe possiꝫ / et ad pfectōꝫ tam v
gmbꝫ tbōꝫ q̄ pollut sed corrupie p domacō et dilcāoꝫ frenā retip de ivigilat oīꝫ intēc / Et
ibid dr Castitas pcipue custō sl tati vtq. tacitū smo taliti thel appetā / vn et apls i ad Coꝝ
i virgint ꝯsiliu ad hc ordinacō docet vt mlr inupta cogitet qe dei st / quō deo placeat / Et dns
cnt 19 paupts ꝯsiliu ad hoc ordiat vt ho deū sequa / quod fit p rectitudiꝫ et puitate intioꝝ
affectus / Sic i ꝯsilia ordinat i fine ad precepta / s. q̄ sūt de intioribꝫ actibꝫ vtutū / s; tn q̄
sūt de extioribꝫ puita / nō occidere nō furtu facies tc ordinat ꝯsilia ad precepta nō sic ad fine
/ nō em ho propt hoc virginitē suat vt ab adulterio abstieat / Neqꝫ i fine ali suis abrenūciat
vt nō furet alīea / tn extioa opa ꝯsilioꝝ sūt maiora q̄ miora opa preceptoꝝ / ordinat tn ad
ea inqzm faciut ea tutius et firmius ꝯsuari / Q' em sua dimittit / mlto magꝫ abstiet a rapiende
aliea / vn et Aug' i 19 li° dt ꝯ faustū Oia ex hebreoꝝ lege ꝯmedrata ita dns ꝯmedat
vt quicq ex pna sua isup loquet ad expōm ꝯmedacōu valet / si qd ia obsuaꝝ st postulsset
vel ad tutius ꝯsuacō q̄ ia uoluisset / Et in li° de smoē dm i mōte dt q̄ du fiut qe addūt
ad pfectōꝫ / mlto magis ye pmissa st ad inchoacōꝫ / Sic g° pzt q̄ ꝯsilia ordiat ad precepta
sic ad fine prout sūt de intioribꝫ actibꝫ vtutū / sed ad precp s. q̄ sūt de extioribꝫ actibꝫ
ordinat ꝯsilia ad hc q̄ tutius et firmius suet p mod remotiꝫ / Et pim hoꝝ ē tu si / ꝯfirma

em interioru actu actuu obseruacio tut ex interiori affectione mentis bn disposite. Ad pm go dd qd sm quosda diues ille mentitus e dicens se precepta obseruasse et papue qm ad vm preceptu qd ibi comemorat ptinet ad interiore actu s. diliges proximu tuu sic teipm. vn Aug dt sup mt. Scriptu e i ewa. s. hebreos qd cu dns dixisset ei vade et vende oia que hes cepit diues scalpere caput suu et no placuit ei. Et dixit ad eu dns. Quo dicis feci leges et phetas. Scriptu e i lege diliges proximu tuu sic teipm. et ecce multi fres tui et filij abrahe amicti sut stercore morientes p fame. et domus tua impleta e multis bonis et no egredit ex ea oio ad adeos. Impossibile e em implere pfectm madatu et ee diuite et maxie tales tantas possiones. Et hoc id afirmat p Jeron q dt sr mt. Mentit adolens. Si em quod positu e i madato diliges pxim tuu sic teipm ope complesset quo pacto audies vende oia que hes et da pauperib tristis abisset. Sed quia Cris et alij expositores dicut adolescente illu no fuisse mentitu. vtruqz saluari pt. Na hoc preceptu diliges pxim tuu sicut teipm dupl pt obseruari. vno impfecte vt sl als no faciat q proximu qd s. no wlt fieri. et vt sic detrimeto proximo subueniat. Alio vt s. ad subueniendu necessitatib prioru corporalib ita se heat sic ad subueniedu necessitatib proprijs. Hoc em modo no implet hc preceptu q cu multis diuicias heat, z. eas retinuit permittes pxim egere. Consilia at ad hc ordinat vt precepta pfectius custodiat. et io dns obseruati precepta impfecte sup addidit consilia p que precepta pfectius conpleret. Ad 2m dd qd pfectio vite in preceptis sm qd sut de interiorib virtutu actib consistit eentr. Na caritas e vinculu perfectionis sic dt apls ad Col 3. et io cu dns preceptu caritatis posuisset mt. 7 subiugit. Estote go pfecti. Sed in consilijs que sut de quibusda exteriorib actib consistit pfectio instrualis. s. qr huiusi consilia sut qda quedam instrua p que facilius ad pfectioz puenit. vn i collacionib prim dr. Jeiunia vigilie meditacio scripturaru nuditas ac priuacio oim facultatu no pfectio. sed pfectois instrua sut. qr no i ipis consistit disciplie illius finis. sed p ea puenit ad fine. Et Aug dt li de pfectione iusticie. Dr adeamus precepta pfectionis ne tre negligas ad pfectoni cu. Et Jero sup mt dt exponeos id Ecce nos reliqm omnia et secuti sumus te. Quia igit no sufficit tm relinque. iugit qd pfectm e et secuti sumus te. quid go erit nob q d. fecimus qd iussisti. quid go dab pmi. Precepta go impfecte obseruata ptinent ad comune iusticiam. sed pfectio vite consistit i ipa plena obseruancia madatoru. Ad 3m dcm qd als ordinat ad fine dupl. vno vt necciu ad fine. sine quo finis ee no pt. sic cibus ad vita corporis obseruada. Alio sic neccium ad fine sn quo ad fine no ita bn peruenire pt. sic equs ordinat ad iter. no qr sn equo als ire no possit. sed quia i equo melius vadit. Silr et consilia ordiat ad precepta. no qr sn consilijs precepta adimpleri no possunt. et quatu ad actus interiores. Na abraha qui et coniugio et diuicijs vtebat fuit cora deo pfectus. sm id Gen 17 ambula cora me. et esto pfectus. Sed qr p consilia facilius et expedicius ad pfectam preceptoru obseruacia puenit. Ad 4m dd qd Aug i vbis illis intendit excludere quorunda errore q credebat virginitate ee neccium soli ad curando dolore corporis. que i matrimonio sustinet. Obseruacio vo preceptoru. et si i hoc seclo fiat. non tn ptinet ad hoc seclm sed futuro seclo coniugit. Ad 5m dcm qd precepta ptinet ad actiua et contemplatiua vita. Consilia vo sut instrumeta contemplatiue vite. sed ibi pcessit merito de preceptis ordinantib ad proximu que ptinet ad actiua. Ad 6m dcm qd i ipo textu preceptoru gt inueniuntur dradus pfectois. vn no pt dici qd nus 7 millesimu ptineat ad precepta. et nus 100 millesimu ad consilia. sed pfectio pm ptinet ad impfectam obseruaciam preceptoru. qual et in secularis vita. intendi het. Scdm vero ptinet ad pfectam obseruancia preceptoru ad qua ordinat consilia. Nec tn quia po dns parauit 7 millesimu, qm maior millesimu. dt qd als pus exerceat i vita seculari qz trasseat ad religionem. quia et religiosi intrates no statim pfectionem adipiscunt. sed ad pfectioz assequenda se exercitat. sic et intrantes scolas no efficiunt statim docti. sed ad hc se exercitat. vn etia religio queda pfectionis scola e. Ad 7m dcm qd exa que traduntur in ewangelio sut exa que ptinet no solu ad consilia sed etiam ad pfectam obseruanciam preceptoru. vn etia ibide subdit exa vt hoc. discite a me quia mitis sum. Ad 8m dcm qd caritas ht motus gradus. Na pmo e caritas incipiens. et pacca proficiens. et vltio pfcta. vn caritas in spualis vita e et primum et finis. Ad 9m dd qd obseruacio consiliorum e difficilior qz obseruacio preceptoru qm ad interiores actus. tn obseruacio preceptoru pfcta quatu ad exteriores actus e longe difficilior. difficilius e em deponere ai cupiditatem qz possiones. et tn difficilius e obseruare exteriores actus preceptoru sn consilijs. sic ex premissis appaet. Ad 10m dd qd incipientes sut i ordine infimi medioru ab alijs. et io ex precepto mouet ad aliud faciendu ta in vita

seculari qz in religione / sed quando iam professiouit operantur ex motiuo huius qz ex sequitur non solum consilia sed etiam precepta / Ad xiiim dicendum quod sicut caritas est perfectio spiritualis vite et sicut caritas etiam ipsam precedit inchoata tamen exercitiis spiritualis vite et ipsa se habet ut principalis ad perfectum esse spiritualis vite / et in ea que sunt de bene esse ordinatur ad observationem eorum que sunt de esse rei / Ad xiiim dicendum quod etiam in disciplinis prius addiscuntur ea per que perfectius intelliguntur quamuis sic facilius sit intellectus vel hec secundum communem modum sic facilius est sic arguendo eo modo quo etiam ydiote utuntur quamuis quadam licet sine regulis logice et in paddiscatur rex logice ad hoc quod ad perfectum argumentatio valeat quam ydiote communiter argumentantur / Et sic facilius est observare precepta secundum imperfectum modum quam observare consilia et tamen qui tendunt ad perfectam observationem preceptorum oportet quod incipiant a consiliis / sic a quibusdam instructis / Ad xiiim dicendum quod illa que ibi deus superaddidit non sunt consilia sed precepta ut patet tum ex ipsis verbis domini que ibi ponuntur / tum etiam ex expositione Augustini in libro de sermone domini in monte / Ad xvm dicendum quod observantia preceptorum secundum imperfectum modum est minimum in spirituali / sed est maximum si observentur perfecte / Ad xvim dicendum quod perfectiora divina non solum sunt consilia / sed etiam precepta ut patet ex dictis / Ad xvim dicendum quod id a quo non conuertitur quamuis esse est et si sit prius natura quodammodo / non oportet tamen quod sit prius tempore / Ad xvim angelis vnde predicitur intellectus quamuis non omne viuens sit intelligens / quia statim a principio angeli perfectum vitam habuerunt que est intellectualis / ex sic quis voluerit plenius precepta custodire / statim a principio consilia assumere debet / licet non omnes observantes precepta observent consilia / Quodlibetum IIIum

Quesitum est de deo et angelis et hominibus / de deo quesitum est et primum ad diuina naturam et secundum ad naturam humanam / Quantum ad naturam diuinam quesitum est et de scientia et de potentia dei / Circa scientiam dei quesita sunt duo / primo utrum deus sciat primum instans in quo potuit mundum creare secundo utrum prescitus possit a deo demereri / Ad primum sic proceditur videtur quod deus sciat primum instans in quo potuit mundum creare / Deus enim potuit mundum creare antequam crearet / non autem potuit creare tempore infinito ante / quia sic ei esset coeternus / ergo est dare aliquod instans in quo primo potuit mundum creare / Sed quod deus nihil sciat quod eius omnipotentie preiudicet / preiudicaret autem eius omnipotentie si esset aliquod instans in quo primo potuit creare mundum / quia sic eius potentia ad illud instans limitaretur ergo deus non scit primum instans in quo potuit mundum creare / Respondeo dicendum quod dupliciter aliquid dicitur fieri in aliqua mensura loci vel temporis / uno modo presupposita ipsa mensura / et particulares effectus producuntur a deo vel aliis agentibus in loco vel tempore / alio modo ut simul cum eo quod sit producatur mensura loci vel temporis / et hoc modo mundus a deo in esse productus / non quidem quod in aliquo loco vel tempore preexistente / sed quod sic cum mundo et locus et tempus producatur / Non est autem intelligendum quod deus potuit facere aliquem particularem effectum puta equum vel hominem antequam fecerit vel esse alibi quam fecerit et aliter cum de hoc modo dicitur / Nam cum de hoc homine vel equo dicitur / significatur aliquod tempus vel locus ad esse in quo hoc a deo fieri potuit / sed cum de hoc mundo dicitur / non significatur quod sit aliquod tempus ante mundum nec aliquis locus extra ipsum / sed significatur quod deus potuit mensuram loci vel temporis facere maiorem / Si ergo queratur utrum potuit mundum facere in infinitum antequam fecit / si hoc quidem referatur ad potentiam facientis / manifestum est quod in infinitum antequam fecit facere potuit / dei enim potentia est eterna cui nihil accrescere potuit / ut inciperet quandoque facere mundum cum prius non poterit / Si vero referatur ad ipsum mundum sic non potuit fieri ut esset secundum presuppositionem catholice fidei vite quia scit mundum quandoque non fuisse / Sicut enim deus non potest facere quod id quod fuit non sit factum ut dicitur / ita non potest facere ut quod fuit tempore nunquam non fuit / Secundum hunc ergo sensum dicitur quod deus non potuit mundum facere infinitum antequam fecit / Sed ad hoc intelligendum est quod infinitum dicitur dupliciter / uno modo in actu / et hoc dicitur secundum modum priorem quod deus non potuit facere mundum infinitum antequam fecerit / quia duratio mundi in infinitum ante precessit / alio modo dicitur infinitum secundum potentiam / et potuit deus infinitum mundum facere antequam fecit / quia quantumcumque ante detur eum fecisse / adhuc potuit eum prius facere / et non est dare primum instans in quo deus potuit facere mundum / Est autem dare primum instans in quo fecerit sic etiam est dare supremum angelum / non tamen est supremum ultra quem facere non potuit / et per hoc patet responsio ad obiecta / 4 i

Ad secundum sic proceditur videtur quod prescitus a deo non possit demereri / Sicut enim aliqui sunt electi a deo ab eterno ad gratiam habendam / Ita et aliqui sunt presciti a deo ad hoc quod sine ne relinquantur sed naturalibus non merentur nec demerentur / ergo presciti a deo non demererentur / Sed quod nullus dampnatur a deo nisi propter demeritum / cum deus sit iudex iustus / sed presciti dampnantur a deo / ergo demerentur / 4 ii

Rn̄o dicendum quod scientia dei compatur ad res creatas sicut ars ad artificiata / unde sicut ars non solum est cognoscitiva
sed factiva aliorum que secundum artem fiunt / peccatorum vero quibus ab artis regulis deviatur est
cognoscitiva tantum / Ita etiam scientia dei est factiva et cognoscitiva omnium bonorum / malorum vero sicut peccatorum que
sunt deviationes quedam ab eterna lege ipsius scientia dei est cognoscitiva / non autem factiva / et etiam quod boni
qui per gratiam iustificantur non solum sunt a deo ab eterno preogniti / sed etiam electi ad gratiam consequendam
peccatores autem qui non iustificantur per gratiam / non sunt electi nec preordinati a deo ad culpam / sed solum
cogniti quod sint gratiam habituri / sed sue nature sunt relinquendi / Natura vero omne agens potest in id quod
est infra se / non autem in id quod est supra se / natura sibi relicta non potest in actum meritorium qui est secundum
sup facultatem nature / potest autem in actum peccati qui est demeritorius / sicut in aliquod infra naturam humanam existens
homo enim peccando descendit a dignitate nature sue / et sic potest demereri. Ad primum ergo dicendum quod ad hoc quod
dicitur natura non meretur neque demeretur potest intelligi dupliciter / uno modo sic quod naturalia ipsa non sunt merita
vel demerita / et verum est quia merita sunt supra naturam / demerita sunt infra naturam / Alio modo potest intelligi
quod naturalia non sunt principia merendi / sed autem relicta possunt esse principia demerendi ut dictum est. Questio quarta
Deinde circa potentiam dei quesita sunt duo primo utrum deus possit virginem corruptam reparare / Secundo
utrum deus possit peccare si vult. Ad primum sic proceditur videtur quod deus possit virginem reparare / Ad
omnipotentiam dei pertinet quod non sit impossibile apud deum omne verbum / ut dicitur Luce primo / sed hoc est quoddam
verbum virginem reparare post lapsum / Sed contra est quod Ieronimus dicit Cum deus possit cetera non potest reparare
virginem post ruinam / Et habetur in decretis 32 q 1 c. Rn̄o / dicendum quod in virginitate duo possumus considerare
quorum unum est ipsa integritas mentis et corporis / et deus potest virginem reparare post ruinam / potest enim et
mentem reintegrare per gratiam et corpus consolidare per miraculum / Alia autem causa est integritas pro eo quod sic virgo
non fuerit cognita viro / et quantum ad hoc deus non potest virginem post ruinam reparare / Non enim potest
facere ut ea que iam cognita est a viro suo non fuerit cognita / sicut nec de aliquo quod iam factum est
potest facere quod non fuerit factum / Potentia enim dei se extendit ad omne ens / unde solum id a dei potentia
excluditur quod repugnat rationem entis / et hoc est simul esse et non esse / Et eiusdem rationis est quod fuit non
fuisse / unde Augustinus dicit 26 contra Faustum Quisquis dicit si omnipotens est deus faciat ut ea que facta
sunt / facta non fuerint non videt hoc se dicere / si omnipotens est faciat ut ea que vera sunt falsa sint /
unde cum verum sit conceptus mentis nihil quod implicat contradictionem verum dici potest / quod non cadit
Ad primum ergo dicendum quod cum verum sit conceptus mentis ut patet in 6 metaphysice. Questio quarta
Ad secundum sic proceditur videtur quod sicut sit falsa deus potest si vult / pt conceptu mentis ut patet in contra metaphysice
peccare si vult / De quocumque enim possumus dicere quod homo potest facere si vult / potest etiam dici similiter quod
homo facere id / Si ergo hec propositio est vera deus potest peccare / sed hoc est erroneum ergo et primum. Sed contra
Quicumque vult peccare / peccat / sed sic deus vult potest peccare / ergo sic si vult potest peccare. Rn̄o
dicendum quod hec conditio si ordinem quendam importat / potest autem in proposito duplicem ordinem importare
unde quod hec conditio sit ordine quendam importat. Voluntas enim dei est principium et causa rerum
uno quidem modo ordinem cause sicut principium / et hic modo falsa est propositio / Voluntas enim dei est principium et causa rerum
creatarum non rerum eorum que pertinent ad divinam naturam / unde non dicimus quod pater genuit filium voluntate sed natura
ut dicit Hugo in libro de sacramentis / Potentia autem dei ad ipsam divinam naturam pertinet / unde hoc principium quod
est posse peccare non est subiectum divine voluntatis / aliogin votus dei esset principium immutationis divine nature quod
est impossibile / Alio modo potest importare ordinem consequentie / et hec conditio est vera si deus vult peccare potest peccare
sed enim sic conditio si antecedens ex impossibili posito deus vult peccare / ergo potest peccare / Omnia
enim que vult potest sed non econtra. Ad primum ergo dicendum quod cum dicitur si homo vult currere potest currere / antecedens est
possibile et antecedens est simpliciter possibile / sed cum dicitur si deus vult peccare potest peccare / antecedens est impossibile ergo nihil
prohibet quod esse verum contra existente impossibili
Deinde quantum ad naturam assumptam quesita sunt duo / primo utrum totus sanguis quem Christus in sua passione effudit / in resurrectione ad corpus
eius redierit / Secundo in quo Christus nobis signum maioris dilectionis exhibuit / utrum in hoc quod Christus
est passus pro nobis / vel in hoc quod corpus suum dedit nobis sub sacramento in cibum. Questio quinta
Ad primum sic proceditur videtur quod totus sanguis Christi qui est in passione eius effusus / ad corpus eius in resurrectione
redierit / Resurrectio enim nostra conformis erit resurrectioni Christi / secundum illud Philippenses 3 Reformabit corpus humilitatis
nostre configuratum corpori claritatis sue / Sed ad corpus nostrum in resurrectione redibit totum quod fuit de
veritate humane nature / et sanguis autem Christi in passione effusus fuit de veritate humane nature / et sic sanguis Christi
in passione effusus / ergo videtur quod ille sanguis in passione effusus
secundum illud Quem sacer cruor perunxit fusus agni corpore / ergo videtur quod ille sanguis in passione effusus
in resurrectione ad corpus eius redivit. Respondeo / unde verbum dei nunquam deposuit quod in natura semel assumpsit
partibus humane nature abiicere in passione separatum / sed verbum dei assumpsit in natura nostra non solum corpus

sed etiam sanguinem / ergo sanguis ille nunquam fuit a verbo depositus reddit ergo ad ipsum in resurrectione / Sed
hoc est quod in quibusdam ecclesiis sanguis christi usque ad hodie dicitur reservari / Ad hoc dicendum quod secundum hoc quod mi.. non vrae
totum quod fuit de veritate humane nature reparabit / non autem ea que de veritate humane nature non sunt / Et quoniam
circa ea que sunt de veritate humane nature sunt diversa diversorum opinio / Secundum quamlibet tamen opinionem non totus
sanguis nutrimentalis qui ex cibis generatur pertinet ad humane nature / Cum ergo xpus ante passionem comederit veritate
et biberit nil prohibet in eo fuisse aliquem sanguinem nutrimentalem qui ad veritatem humane nature non pertinet / et quem
non oportet ad corpus eius redire / Sed quia specialiter fit questio de sanguine in passione effuso pro redemptione
humani generis / etiam hoc magis dicendum videtur quod totus ille in resurrectione ad corpus christi redierit triplici ratione / Quarum
prima accipi potest ex etate christi patientis / passus est enim in perfectissima etate qua maxime ea que in homine
invenitur ad veritatem humane nature pertinere videntur tamquam ad maximam perfectionem adducta / Secunda sumitur ex merito
passionis / Si enim sancti martires pro corporis in quibus passionem pro xpo sustinuerunt quedam privilegium fulgoris in
resurrectione habebunt ut augustinus dicit 22 de civitate dei / ergo multomagis sanguis quem pro salute humani generis effudit
ad gloriam resurrectionis reparatus est / Tertia ratio potest sumi ex ipsa virtute passionis / Sanguis enim ille in passione
effusus humanum genus sanctificavit secundum illud hebreos ultimo / Ut ihesus sanctificaret per sanguinem suum populum
extra portam passus est / humanitas autem christi salutifera virtute habuit ex unitate verbi sibi uniti / Ut damascenus dicit
in 3o libro Sed multo maius est quod sanguis christi in passione effusus qui maxime fuit salubris / fuit divinitati unitus
et ideo oportuit quod in resurrectione ingereret aliis humanitatis partibus / Sanguis autem christi qui est in ecclesiis quibusdam
dicitur ex quadam ymagine christi passa miraculose profluxisse / vel etiam aliter ex corpore christi / et per hoc patet responsio

A d 3m sic proceditur videtur quod xpus maius dilectionis signum nobis ostendit / tradendo corpus in cibum ¶ VI
quam patiendo pro nobis / Caritas enim patrie perfectior est quam caritas vie / Sed beneficium id quod
nobis contulit corpus suum dans nobis in cibum magis assimilatur caritati patrie in qua plene fruimur deo
passio autem quam pro nobis subiit magis assimilatur caritati vie in qua nobis pro xpo imminet patiendum
ergo maius est dilectionis signum quod corpus suum xpus nobis tradidit in cibum / quam quod passus est pro nobis / Sed
contra est quod dicitur Johannis xv maiorem caritatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis / Dicendum
dicendum quod id quod est potissimum in unoquoque genere mensura est omnium eorum que sunt illius generis ut patet per philosophum in x methaphysice
potissimum autem in genere amoris humani est amor quo quis amat seipsum / et ideo ex hoc amore necesse est mensuram
accipere omnis amoris quo quis alium amat / Unde etiam in 9o ethicorum philosophus dicit quod amicabilia que sunt ad alium
sunt ex amicabilibus que sunt ad seipsum / pertinet autem ad amorem quo quis amat seipsum ut velit sibi bonum
unde tanto aliquis alium amare probatur quanto maius bonum quod sibi vult propter alium permittit secundum illud proverbiorum
xii Qui negligit dampnum propter amicum iustus est / Ut enim homo sibi tria bona petit que sunt anime corporis
et res exteriores / Est igitur aliquod signum amoris quod in rebus exterioribus propter eum aliquod detrimentum
patiatur / maius est autem amoris signum si etiam animam deponere velit propter eum detrimentum patiatur vel
labores vel verbera pro amico sustinendo / Maximum autem dilectionis si etiam animam deponere velit pro amico moriendo
/ Cum ergo xpus pro nobis patiendo animam suam posuit / fuit maximum dilectionis signum / Cum autem corpus suum dedit
in cibum sibi subtracto ad nullum detrimentum ipsius pertinet / unde patet quod primum est maius dilectionis signum unde
et hoc sacramentum est memoriale quoddam et figura passionis christi / nobis autem pervenit figuram et res memorialem / Ad primum
ergo dicendum quod exhibicio corporis christi habet quandam figuram quandam caritatis qua diligit nos deus in patria / Sed passio
eius pertinet ad ipsam dei dilectionem nos a perditione ad patriam revocantem / Dilectio autem dei non est maior

D einde circa angelos quesitum est unum / scilicet utrum lucifer sit supremus in patria quam sit in principio ¶ VII
eius / Et videtur quod sic / Sicut subiectum temporis est primum temporale simplicissimum eviterni / Ita subiectum evi
esse simplicissimum eviternum / hoc autem est lucifer qui inter angelos supremus fuit secundum suam naturam creatus / Evum
autem non respondet gratie sed nature / Alioquin corpora celestia que non sunt susceptiva gratie evo mensurarentur non putat
/ tamen ergo dona naturalia integra remanserunt in demonibus post peccatum sicut dionisius dicit 4 c. de divinis nominibus / videtur quod
evum sit lucifero sicut in subiecto / Sed quia evum est quedam eternitas participata / sed angeli beati magis sunt
in participatione eternitatis quam lucifer qui est beatitudine expers / ergo lucifer non est subiectum evi sed magis
supremus beatorum angelorum / Dicendum dicendum quod ex ignorantia lingwe grece provenit quod quidam dicunt apud
omnes evum ab eternitate distingwi / acsi distingueretur anthropos ab homine / Aion enim in greco dicitur evum
in latino dicitur eternitas / et etiam dionisius x c. de divinis nominibus pro eodem utitur eternitate et evo / Sed quia nobis
utendum est ut plures / si utrumque distingwimus / dicemus evum nihil aliud erit quam eternitatis participatio
ut secundum eminentiam eternitas ipsi deo attribuatur / evum autem quod participat eternitatem subiectis spiritualibus que sunt
supra tempus / Ratio vero id quod per eminentiam dicitur semper est mensura ipsius quod dicitur per participationem / ut dici

quod prima mensura omnium eviternorum est ipsa dei eternitas. sic etiam substantia dei est mensura omnis substantie ut dicit
glossa in x° ethicorum / Si quis tamen velit accipere mensuram omogeneam in eisdem generibus / dicunt quidam quod non
est una mensura generis sed quodlibet eviternum habet suum evum / Sed hii propter vocem ignorant / Sic enim esset
verum quod dicunt / si omnia eviterna essent equalia / Sic enim unum eorum non esset mensura alterius / Hoc autem
non est verum quia in angelis est accipere primum medium et ultimum non solum secundum diversas ierarchias et
ordines sed etiam secundum diversos angelos in eodem ordine ut patet per dyonisium x c. ce. ierarchie. Et quia semper id quod
est simplicissimum est mensura in quolibet genere sicut dicitur in x metaphysice. ideo necesse est ut duratio simplicissimi
eviterni sit evum omnium eviternorum / et ita simplicissimum est subiectum evi / Sed est attendendum quod substantie spiritua-
les mensurantur evo non solum quantum ad earum substantiam sed quantum ad earum propriam operationem / unde in libro
simplicissimo de causis dicitur quod sunt in momento eternitatis secundum substantiam et operationem / et sic ostenditur quod ille angelus qui est subiectum
evi non est lucifer. Ad primum ergo dicendum sit supremus non solum quantum ad essentiam sed etiam quantum ad operationem
/ hic autem est supremus bonorum angelorum cuius operatio maxime est in uno quod est deus unitas / unde supremus
bonorum angelorum est subiectum evi non autem lucifer / Ad primum ergo dicendum quod aliqui posuerunt luciferum non fuisse
supremum angelorum. sed sicut damascenus dicit fuit primus eorum qui preerant ordini celesti terrestri / Si vero concedamus
secundum gregorium quod fuit supremus omnium. tunc dicendum est quod sua operatio aversa est ab uno primo et conversa ad multitudinem
inferiorem rerum / quarum primatum tenuit / et secundum hoc demones ceciderunt a summa simplicitate evi / unde dicit dyonisius iiii
de divinis nominibus quod demones dicuntur mali propter hoc quod infirmantur circa operationem naturalem
Deinde quesitum est de hominibus / et primo quantum ad ea que possunt esse omnibus communia / 2° quantum ad ea que
pertinent ad quosdam hominum status / Circa communia vero quesitum est quadrupliciter / primo quidem de hiis que
pertinent ad naturam hominis / 2° de hiis que pertinent ad sacramenta / 3° de hiis que pertinent ad virtutes / 4° de hiis que
pertinent ad precepta / Circa primum quesita sunt tria / primo quantum ad personam hominum utrum scilicet si adam non peccasset
iidem homines salvarentur qui nunc salvantur / 2° quantum ad intellectum utrum scilicet verum credibile sit intelligibile / 3° quantum ad
voluntatem utrum scilicet ea que fiunt per timorem sint voluntaria q. viii
Ad primum sic proceditur videtur quod si adam non peccasset non iidem numero salvarentur qui nunc salvantur / Si enim
adam non peccasset soli electi nascerentur / ergo non fuissent nati illi peccatores / qui finaliter sunt reprobati
et per consequens nec eorum filii / quia si non sunt idem patres / consequens est neque filios esse eosdem / Multi autem nunc salvantur
ex reprobis parentibus nati / ergo si adam non peccasset non iidem salvarentur qui nunc salvantur / Preterea secundum
philosophum semen est superfluum alimenti / secundum alius cibus fuisset in paradiso si non peccasset ab hiis quibus
nunc utimur / ergo aliud fuisset semen et per consequens alii filii / Sed contra est quod gregorius dicit xxx moralium si primum parentem
nulla putredo corrumperet peccati nequaquam filios gehenne generaret / Sed hii qui nunc per redemptorem salvandi
sunt soli ab eo electi nascerentur / Responsio dicendum quod cum in generatione hominis pater et aliorum animalium semen
patris sit sicut agens / materia vero a matre ministrata sit sicut patiens / ex quo corpus humanum formatur in-
dividuale est eundem filium nasci sive sit alius pater sive alia mater / sicut etiam non est idem numero sigillum sive
sit alia cera / sive sit aliud corpus sigilli ex cuius impressione cera sigillatur / Et quamvis superfluum ali-
menti sit semen secundum philosophum / diversitas tamen alimentorum non sufficeret ad diversificandos filios qui ex semine
partu nascuntur / quia ex illis cibis non fiunt semen nisi quantum conversi aquantur in substantiam totius / Dicunt autem quidam
sequentes anselmum quod si homo non peccasset in illa prima temptatione statim confirmatus fuisset et ipse et
omnes qui ab eo nascerentur / ita quod omnes qui nascerentur fuissent electi / unde cum nunc multi qui salvantur ex peccato
nascuntur sicut in obiciendo tangebatur consequens est quod erunt alii parentes salvandorum et per consequens alii filii / Sed
hoc potest non videtur esse verum quia secundum augustinum ix de civitate dei status corporis in homine proportionatur condet statum anime
/ Quamdiu ergo homo habuit corpus animale potens mori et non mori indigens alimentis / tamdiu habuit animam
potentem peccare et non peccare / habuit autem corpus animale quamdiu fuit in statu innocentie quod etiam fuisset post
illam primam temptationem / si non peccasset et ideo possibile fuisset si primus homo tunc non peccasset ut ipse
vel eius posteri postmodum peccarent / ut dicit hugo de sancto victore unde ex hoc non sequitur parentum diversitas
quod nunc sunt aliqui peccatores tunc autem non essent / sed est aliud unde necesse est ponere diversitatem parentum / quia in
primo statu unus homo non habuisset plures uxores / nec etiam aliqui ex fornicatione vel adulterio nascerentur
quod nunc contingit et in hiis qui salvantur / Multi enim filii unius parentis ex pluribus uxoribus nati sal-
vantur sicut patet de filiis iacob multi etiam ex fornicatione et adulterio nati salvantur / alioquin ecclesia frustra
sacramenta salutis adhiberet / unde relinquitur quod aliqui nunc salvantur qui si primus homo non peccasset non nascerentur
et per consequens non salvarentur / nec tamen dei predestinatio falleretur quia deus predestinat homines secundum statum futurum
eventum / Ad autem subdit gregorius quod si primus homo non peccasset nequaquam ex se filios gehenne generaret indu-
bitanter verum est / Non enim in filios transfunderetur peccatum originale. secundum quod homines filii ire nascuntur / Ad autem subdit
quod hii soli qui nunc nascendi et salvarentur salvandi sunt nascerentur / intelligendum est quod priorum sit superior demonstratio
quod scilicet soli electi nascerentur quantum ex conditione originis non autem demonstratio possibile quod alie persone essent hominum qui salvarentur
et per hoc patet responsio ad obiecta [illegible]

Ad 2m sic procedit videtur quod aliquod verbum cordis sit species intelligibilis / verbum enim cordis est id quod intellectus videt
hoc autem est species intelligibilis / ergo verbum cordis est species intelligibilis / Preterea cognitio intellectualis a sensitiva oritur / sed id quod
sensitivus sentit est species sensibilis / ergo verbum cordis quo intellectus intelligit est species intelligibilis / Sed contra verbum cordis interius
est quod exteriori voci similatur / sed verbum exterius non significat speciem intelligibilem / ergo verbum interius non est ipsa species intelligibilis
Respondeo dicendum quod secundum Augustinum xv de trinitate verbum cordis importat quoddam procedens a mente sive ab intellectu
procedit autem aliquid ab intellectu in quantum est constitutum per operationem ipsius / Est autem duplex operatio intellectus
secundum philosophum quedam vocatur indivisibilium intelligentia per quam intellectus format in seipso diffinitionem vel conceptum alicuius
incomplexi / Alia autem operatio est intellectus componentis et dividentis secundum quam format enuntiationem et utrumque
istorum per operationem intellectus constitutorum vocatur verbum cordis / quorum primum significatur per terminum incomplexum / secundum vero
significatur per orationem / Manifestum est autem quod omnis operatio intellectus procedit ab eo secundum quod est factus in actu per speciem intel-
ligibilem / quia nihil operatur nisi secundum quod est in actu / unde necesse est quod species intelligibilis que est principium operationis intel-
lectualis differat a verbo cordis quod per operationem intellectus formatur / quamvis ipsum verbum possit dici forma vel species intelligibilis
secundum quod est per intellectum constituta / prout forma artis quam intellectus adinvenit / dicitur quedam species intelligibilis Ad primum
ergo dicendum quod intellectus intendit ad duo / uno modo formam et intentionem speciei intelligibilis qua fit in actu / Alio modo sicut instrumentum quo
utitur ad aliud intelligendum et hoc modo intellectus verbum intelligit quod format verbum ad hoc quod intelligat rem Ad 2m dicendum
quod cognitio sensus exterioris perficitur per solam immutationem sensus a sensibili / unde per formam que sibi a sensibili imprimitur
sentit / non autem ipse sensus exterior format sibi aliquam formam sensibilem / hoc autem facit virtus ymaginativa cuius forme

Ad 3m sic proceditur videtur quod ea que fiunt ex timore non fiunt voluntarie quodammodo / sicut est verbum intellectus

Necessitatis enim voluntati contrariatur ut dicitur in 3o methe / sed ea que fiunt ex timore dicuntur ex necessitate fieri /
non ergo sunt voluntaria Sed contra omne quod quis operatur propter finem est voluntarium / sed ea que quis operatur
ex timore operatur propter finem scilicet ad vitandum malum quod timet sicut patet prout mercator in mari vitat sub-
mersionem navis / ergo huiusmodi fiunt voluntarie Respondeo dicendum quod cum bonum sit voluntatis obiectum hic modo se habet ad
ad hoc quod sit voluntarium quo se habet ad hoc quod sit bonum / Contingit autem in uno quod considerari esse bonum quod tamen secundum
aliquas particulares circumstantias sit malum / sicut occidere secundum se est malum / sed occidere hominem pernitiosum multitudini
est bonum / et quia actiones fiunt secundum quod sunt circa singularia iudicantur bone vel male et per consequens voluntarie vel involuntarie
sicut quid considerata singularibus circumstantiis / secundum quid autem secundum quid in universali consideratur / Ea autem que ex timore
fiunt in universali considerata sunt mala et involuntaria / sed si considerentur secundum circumstantia que instant sic sunt bona et voluntaria
Sicut proicere merces in mari secundum se consideratum est malum et non voluntarium / In tali autem casu est bonum et
voluntarium / unde et philosophus in 3o Ethicorum dicit quod huiusmodi mixta sunt ex voluntario et involuntario / Simpliciter autem sunt
voluntaria / secundum quid autem involuntaria et ex necessitatibus facti et per hoc patet responsio ad obiecta

Deinde circa sacramenta quesitum est primo de sacramento eucharistie / 2o de sacramento penitentie / Tertio de sacramento matrimonii /
Circa eucharistiam quesita sunt duo / primo utrum forma panis annichiletur / 2o utrum sacerdos debeat
dare hostiam non consecratam peccatori hoc petenti occulte XI questio

Ad primum sic proceditur videtur quod forma panis in sacramento Eucharistie annichiletur / Illud enim annichilari videtur quod
desinit esse et in nihil convertitur / sed forma panis in consecratione desinit esse / nec est dare in quod convertatur
non enim convertitur in materiam corporis Christi / nec etiam in formam eius que est anima / alioquin anima esset ibi ex vi
sacramenti / ergo forma panis annichilatur Preterea Augustinus dicit super illud Iohannis 1 Clarificamini me pater etc / Si humana
natura convertitur in verbum sic diligentia cogitationis hoc periret in deo / sed id annichilari dicitur quod perit / ergo si panis
convertitur in corpus Christi videtur quod annichiletur Sed contra est quod Augustinus dicit libro 83 q. Deus non est actor tendendi in non
esse / Est autem actor eucharistie / ergo in isto sacramento nihil annichilatur Respondeo dicendum annichilatio quedam motum importat
omnis autem motus nominatur a termino ad quem / unde terminus annichilationis est nihil / Consecratio autem panis in
sacramento non terminatur ad nichil / sed ad corpus Christi / alioquin non esset dare quod corpus Christi inciperet esse sub sacramento
non enim incipit ibi esse per motum localem alioquin desineret esse in celo / relinquitur ergo quod in consecratione
panis non est aliqua annichilatio secundum transsubstantiatio panis in corpus Christi Ad primum ergo dicendum quod sicut in generatione naturali
neque forma generatur aut corrumpitur sed totum compositum / Ita etiam in sacramento altaris non est querendum seorsum de forma
aut materia in quid convertatur / sed totus panis convertitur in totum corpus Christi in quantum est corpus / quia si in triduo
mortis Christi fuisset consecratio facta non fuisset ibi anima / sed corpus exanime sicut in sepulchro iacebat /
Ad 2m dicendum quod pie dicitur natura humana si convertitur in verbum in quantum esse desinet quantum scilicet ad terminum a
quo / non autem annichilatur quantum ad terminum ad quem Questio duodecima

Ad 2m sic proceditur videtur quod sacerdos non debeat dare hostiam non consecratam peccatori occulte hic petenti
Non enim debet sacerdos peccatum occultum publicare / publicaret autem si ei daret hostiam non consecratam

cu alijs socijs daret confectu / ergo sacerdos non debet dare hostiam non consecratam petenti occulte petenti / Contra
hostia consecrata a sacerdote coram fidelibus porrecta a circumstantibus adoratur / si ergo exhibet hostiam non
consecratam loco consecrate / quantum est in se facit populum ydolatrare quod est graue peccatum / Non ergo sacer
dos debet peccatori occulte petenti hostiam dare non consecratam / Sed contra est quod sacerdos est medicus
anime / Sapiens autem medicus vitat quantum potest periculum infirmi quem accepit in curam / peccatoris autem cuius
curam habet sacerdos imminet magnum periculum si in conscientia mortali peccati corpus christi accipiat / quod qui
manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit / vt dicitur 1 ad Cor xi / ergo sacerdos bene
facit si eius periculum euitet porrigens ei hostiam non consecratam / Responsio / Dicendum quod ipsi veritati non est
aliqua fictio adiungenda / quia nulla est conuentio lucis ad tenebras ut dicit Apostolus 1 ad Cor vj° / Et Augustinus
hoc probat in libro 83 q. quod corpus christi non fuit fantasticum / quia veritas que est christus non potest fallere / et
ideo in sacramentis ecclesie nil fictum agendum est / et precipue in sacro altaris in quo totus christus continetur
/ Esset autem quedam fictio si hostia non consecrata loco consecrate daretur / Et cum hoc esset sacerdos quantum in se esset
populo fieret ydolatrandi / occasio qui quamuis peccatum ydolatrie non incurreret estimans probabiliter hostiam esse consecratam
/ tamen sacerdos in hoc ipso quod hostiam non consecratam populo exhibet adorandam crimen ydolatrie incurreret
/ Vnde hic in nullo casu est faciendum / Debet ergo sacerdos peccatorem occulte primo monere vt penitentiam agat / et ad sacrum
accedat / quod si penitere noluerit / debet ei occulte inhibere ne alijs communicantibus in publico se ingerat / quod si se in-
miscuerit debet ei dare hostiam consecratam / Vnde patet ad duo contraria / Ad 2m dicendum quod stultus esset medicus
qui cum maiori periculo suo minus periculum infirmi vellet impedire puta si vellet ipse venenum bibere ne infirmus
biberet vinum / multo autem magis peccat sacerdos fictionem faciens in sacro christi quam peccator indigne sumens / vnde
stultus esset sacerdos si vitaret peccatum subditi et ipse grauius peccaret fictionem faciens in sacro altaris /
Deinde circa sacrum penitentie quesitum fuit duo / primo vtrum prelatus debeat subditum suum administracione
remouere propter id quod audiuit in confessione / 2o vtrum in meliori statu moriatur ille qui moritur in via
eundi vltra mare quam ille qui moritur in redeundo / Questio tredecima
Ad primum sic proceditur videtur quod prelatus possit subditum suum administracione remouere propter id quod audiuit in confessione
/ quia iusticia pro caritate non contra caritatem militat / Sed sigillum confessionis institutum est propter caritatem
non ergo militat contra caritatem ex qua tenetur prelatus saluti subditorum prouidere / Est autem aliquando contra salutem subditi
si eius administracio admittatur / vt puta si habeat occasionem recidiuandi in peccatum / ergo non obstante sigillo confessionis
prelatus debet eum ab administracione remouere / Sed contra est quod nil est faciendum in preiudicium confessionis / esset autem preiudicium
confessionis si subditus ab administracione remoueretur propter crimen quod suo prelato confessus est / quia propter hoc
alij retraherentur a confessione / non ergo debet prelatus subditum ab administracione remouere propter peccatum quod ei confessus
est / Responsio / Dicendum quod id quod per confessionem auditur nullo modo est manifestandum nec verbo nec signo nec nutu nec est
aliquid faciendum vnde in suspicionem peccati aliquis possit peruenire / Si igitur remocio subditi ab administracione possit
inducere ad manifestacionem peccati / dictum in confessione vel aliquam probabilem suspicionem de ipso / nullo modo prelatus debet
ipsum subditum ab administracione remouere / puta si in aliquo monasterio esset consuetum quod priores non amouerentur
a prioratibus nisi propter culpam / manifestaret peccatum confitentis per remocionem ab administracione / Vnde si Abbas hoc
faceret committeret peccatum quasi confessionem reuelans / posset tamen secrete cum caritate remouere vt cum instancia
peteret absolucionem si hoc videret saluti eius proficere / Si vero per amocionem ab administracione peccatum nullatenus manifestaretur
puta in aliquo monasterio esset consuetum quod abbas de suo libitu de facili aliquos ab administracione remouet / tunc
absque tamen vel occasione accepta posset subditum sibi confessum ab administracione remouere / Debet tamen hoc facere cum
debita cautela si tamen administracio esset subdito periculosa in posterum / Quamuis etiam in hoc casu melius esset quod eum induceret
ad absolucionem petendam / Si vero periculum imposterum non timetur non oportet quod propter peccatum preteritum per penitenciam deletum
eum ab administracione remoueat / sicut etiam Augustinus dicit in libro de adulterinis coniugiis non ad hoc deputandos
adulteros quos credimus penitencia esse saluatos / Quandoque enim penitentes in moribus meliores fiunt / Et per hoc patet
xiiij Ad 2m sic proceditur videtur quod melius moriatur ille qui frangitur in via eundi vltra mare quam / Responsio ad obiecta
ille qui moritur redeundo / qui enim moritur in eundo est quasi in prosequendo votum suum / et se exponit morti
pro christo et ita moritur tamquam martir / qui autem moritur in redeundo non moritur in proposito exponendi se
christo / et ita moritur quasi confessor / sed maior est status martirum quam confessorum / ergo in meliori statu moritur
qui moritur in eundo quam qui moritur in redeundo / Sed contra / Ille qui moritur in redeundo consumauit iam votum suum / ille
autem qui moritur in eundo non consumauit sed est quasi in principio / perfectum autem est melius inperfecto et finis principio / ergo melius
moritur in redeundo quam qui moritur in eundo / Responsio / Dicendum quod quanto aliquis cum pluribus meritis moritur tanto melius
moritur / merita autem prima manent non solum illa que actu agit / sed etiam illa que iam fecit / quia apud deum deposita

adorant hostiam non consecratam

sm id ec Thi ii° scio cui credidi et certus sum quia potens est depositum meum servare in illum diem/
Manifestum est autem quod ille qui moritur in redeundo de ultra mare ceteris paribus cum plenius meritum moritur quam ille
qui moritur in eundo/ hic enim duplex meritum ex assumptione itineris et voto expeditionis in qua forte multa
gravia est passus/ et ideo ceteris paribus melius moriatur redeundo. quamvis ire magis sit meritorium quam
redire absolute loquendo. Ad primum ergo dicendum quod id propositum exponendum se mori propter xpm habuit eo quod iste in eundo
nec hoc meritum perdidit. si se a peccato immunem custodivit
Deinde circa matrimonium quesita sunt duo/ primo si aliquis desponderat aliquam per verba de futuro et postea carnaliter
cognoscat. non quidem quasi consentiens in matrimonium. sed solummodo volens fraudulenter surripere copulam carnalem/
si postmodum contrahat cum alia per verba de presenti. utrum illa sit uxor eius/ Secundo si vir accusat uxorem de
adulterio occulto. utrum mulier teneatur in iudicio suum peccatum confiteri q. xv q°
Ad primum sic proceditur videtur quod ille qui cognovit carnaliter mulierem quam desponderat per verba de futuro non possit
habere uxorem illam cum qua postea contrahit per verba de presenti/ Iudicio enim ecclesie compellitur stare cum prima
quam carnaliter cognovit/ sed eciam potest facere parentes illegitimas ad contrahendum/ ergo videtur quod talis non possit cum alia
muliere habere matrimonium/ et ita illa cum qua secundo contraxit per verba de presenti non erit uxor sua. Sed contra est quod error
hominis non preiudicat veritati matrimonii/ sed ex errore hominis presumeretur esse consensum ubi fuit copula carnalis/ quod per
preiudicium ecclesie compellitur ad illam habere quam cognovit carnaliter. per contractum. per verba de futuro/ ergo non preiudicat veritati
sed matrimonio quod est rite contractum per verba de presenti. Respondeo dicendum quod sicut Nicolaus papa dicit Causa matrimonii est consensus
per verba de presenti expressus sine quo cetera eciam cum coitu consecuta frustrantur/ Remota autem causa removetur effectus
unde cum in priori matrimonio ponatur non consensus fuisse/ manifestum est quod primum non fuit matrimonium/ et quia posita causa ponitur
effectus. consequens est ut secundum fuerit matrimonium in quo ponitur fuisse mutuus consensus per verba de presenti expressus inter
personas a matrimonio solutas. Ad primum ergo dicendum quod eciam in hiis que ad matrimonium pertinent ecclesia sic habet/ uno
quidem modo per modum iudicantis/ Et quia homines vident ea que apparent secundum quod dicitur j. Re 16. quod iudex ecclesie
iudicet secundum ea que apparent vel per confessiones partium et per ydoneos testes. et per alia certa documenta quibus
omnibus adhibitis. contingit quandoque veritatem latere. et precipue in hiis que pertinent ad interiora cordis que humano
testimonio probari non possunt/ et si per aliqua signa exteriora de hiis possit aliqua coniectura haberi/ et ideo iudicium
ecclesie circa ea que ad matrimonium pertinent si veritas lateat non impedit sequi matrimonium contrahendo nec dimittit
iam contractum/ Alio modo se habet per modum prohibentis et precipientis/ et hoc quidem impedit matrimonium contrahendum sed non
dimittit iam contractum/ puta uxoricide penam imponit eciam ut ab aliis matrimonio abstineat/ si tamen contraxerit
matrimonium non dimittitur/ Tercio se habet per modum statuentis quod sit secundum auctoritatem summi pontificis/ et secundum hunc modum
aliqui redduntur illegittime ad contrahendum/ ita quod si eciam contrahat matrimonium dimittitur. utpote in quibusdam gradibus con-
sanguinitatis vel affinitatis vel eciam de adultera cui dat fidem contrahendo vel cum machinatus est in morte
Ad secundum sic proceditur videtur quod mulier accusata de adulterio non teneatur peccatum suum in uxoris q xvj
iudicio confiteri/ Nullus enim tenetur peccatum suum occultum publicare/ sed adulterium mulieris est occultum
si autem in iudicio confitetur ipsum veniret in publicum/ Non ergo tenetur mulier accusata de adulterio peccatum
in iudicio confiteri. Sed contra est quod debet prestare iuramentum de veritate dicenda/ sed nullo modo debet deierare/ ergo videtur
debet confiteri de suo peccato. Respondeo dicendum quod cum hoc distinguendum est/ Si enim adulterium sit omnino occultum. neque
peccatum suum debet in iudicio confiteri. neque debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda. quia occulta soli divino
iudicio reservantur. secundum illud j Cor. iiij° Nolite ante tempus iudicare quousque veniat dominus qui illuminabit abscondita
tenebrarum/ Sed quando de adulterio precessit eciam infamia vel aliqua signa evidencia apparent que vehementem
suspicionem facere possunt/ vel quando est semiplene probatum/ tunc debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda
et ipsa tenetur confiteri veritatem et per hoc patet responsio ad obiecta
Deinde circa virtutes quesita sunt duo primo circa iusticiam s. si aliquis mutuo in latrones promittat
certam pecuniam pro sua liberacione. si mutuo eam accipiat ab aliquo suo amico/ utrum restituere teneatur/
Secundo circa abstinenciam utrum aliquis peccare possit nimis ieiunando vel vigilando q xvij
Ad primum sic proceditur videtur quod ille qui accepit mutuo pecuniam ut se redimeret a latronibus non teneatur
eam restituere/ quia sicut Augustinus dicit Tempore necessitatis sunt omnia communia. sed nullus debet quod commune est repetere
id quod est sibi commune/ ut Ambrosius dicit et habetur in Decretis di. xlvij. Cum ergo ille qui in latrones incidit fuit
in maxima necessitate constitutus. utpote in periculo mortis existens. videtur quod factum sit commune . ad quod erat alius
et ita non teneatur ei restituere qui pecuniam mutuavit acsi proprium esset. Sed contra nullus debet fieri deterioris condicionis
pro eo quod ille facere tenebatur. sed ille qui mutuavit pecuniam tenebatur proximum suum a mortis periculo liberare
secundum illud Prov. xx Erue eos qui ducuntur ad mortem/ ergo videtur quod ille qui liberatus est non teneatur ei restituere

pecuniam mutuata. Sed q[uod] est quod dicit dicit apostolus diva que vultis ut faciat vobis homines et vos facite illis / Sed ille qui liberat e a latronibus vellet sibi restitui si quid mutuasset / ergo etiam ipse debet restituere quod mutuo accepit. Respondeo dicendum quod actus iustitie est unicuique reddere quod sibi debetur cum cum ratione contractus bone fidei que fiunt inter mutuantem et mutuum accipientem restitutio debeatur ex iustitie precepto tenetur ille qui mutuo accepit pecuniam eam reddere creditori / et tanto magis quanto in maiori necessitate creditor ei subvenit. Ad primum ergo dicendum quod tunc in necessitate fiunt omnia communia cum ho non potest de suo subvenire / Ridiculum enim esset si quis fame patiens nollet accipere panem quem haberet in archa et diceret se debere accipere panem alienum quasi communem / Que enim per amicos possumus per nos aliquid possumus ut dicit philosophus in 3o ethicorum. Iste autem qui in latrones incidit potest se per amicos liberare mutuum accipiendo / et ideo non fiunt ei omnia communia. Ad 2m dicendum quod unusquisque tenetur ad liberandum proximum a morte secundum suam conditionem et modum et hoc convenienter implet ille qui pecuniam mutuat / non autem tenetur eam donare in casu quo ille poterat per

Ad 2m sic proceditur videtur quod homo non possit peccare nimis ieiunando vel vigilando / mutuum liberare. xvij

Deus enim non potest diligi ab homine nimis / Sed probatio dilectionis exhibitio est operis ut gregorius dicit in omelia quadam / ergo videtur quod non possit aliquis peccare nimis ieiunando vel vigilando propter deum. Sed contra quod quidam confitentur se peccasse de hoc quod nimis corpus suum ieiunando et vigilando debilitavit. Respondeo dicendum quod secundum philosophum in 1o politice aliud est iudicium de fine aliud de hiis que sunt ad finem / Finis enim absque mensura queritur est / In hiis autem que propter finem adhibenda est mensura secundum proportionem ad finem / sicut medicus sanitatem que est finis eius / facit quantumcumque potest maiorem / sed adhibet medicinam secundum quod congruit ad sanitatem faciendam / Est igitur considerandum quod in spirituali vita dilectio dei est sicut finis / Ieiunia autem et vigilie et alia exercitia corporalia non queruntur tamquam finis quia ut dicitur ad Ro 12 Castigo corpus meum et in servitutem redigo Et ideo sunt adhibenda cum quadam mensura rationis ut s concupiscentia evitetur et natura non extinguatur secundum illud Ro xij Exhibete corpora vestra hostiam viventem et postea rationabile sit obsequium vestrum / Si vero aliquis intantum virtutem nature debilitet per ieiunia et vigilias et alia huiusmodi quod non sufficiat debita opera exequi puta predicator predicare doctor docere cantans cantare absque dubio peccat / sicut patet vir qui nimia abstinentia se impotentem reddet ad debitum uxori reddendum / Unde Ieronimus dicit de rapina holocaustum offert qui vel ciborum nimia egestate / vel somni penuria immoderate corpus affligit / Et idem Marolis hoc dignitatem amittit qui ieiunia in

Deinde circa precepta considerandum sunt Leviticum et vigilias ipsius interrogatio perfert / Et per hoc patet responsio ad obiecta tractati

De duo primo utrum precepta ordine nature consilia precedat / 2o utrum peccata que fiunt contra precepta secunde tabule sint graviora peccatis que fiunt contra precepta prime tabule xix questio

Ad primum sic proceditur videtur quod precepta ordine nature precedat consilia / Illud enim est prius ordine nature ad quod natura primo instigat / Sed precepta sunt de primo instinctu nature / quia sunt de dictamine rationis naturalis / non autem consilia ergo precepta sunt priora consiliis. Sed quod est quod prius natura dicitur ad tempus / uno modo sicut imperfectum est prius perfecto / et hoc modo precepta non sunt priora consiliis quia in preceptis caritatis principaliter consistit perfectio / 2o per modum quo tempus precedet effectum / et causa non sunt priora quia non est necessarium quod aliquis prius impleat precepta quam consilia / Tertio per modum originis sicut principium est simul tempore sicut sol et lux sol et radius / sed nec hoc modo precepta sunt priora quia non est necesse quod quicumque servat precepta servet consilia / ergo non precepta ordine nature precedunt consilia. Respondeo dicendum quod circa hoc necesse est duo considerare / primo quid esse prius ordine nature / 2o quid sit preceptum et quid consilium / quibus manifeste evidenter appparebit quid quaeritur / De primo sciendum secundum philosophum in vo methaphisice prius et posterius dicitur de quolibet ordine per comparationem ad principium illius ordinis sicut in loco per comparationem ad principium loci et in disciplinis per comparationem ad principia discipline / Sic igitur et in ordine nature dicitur ad esse prius per comparationem ad principia nature / quia quidem sunt 4or cause. Considerandum secundum unumquodque genus cause prius est in ordine nature / quod est propinquius cause / quamvis autem minor sit causa / tamen tres cause scilicet efficiens formalis et finalis conveniunt in idem. Considerandum relinquitur quod ordo nature sit duplex / unus quidem secundum rationem cause materialis / secundum quem imperfectum est prius perfecto / et potentia actu / Alius est ordo secundum rationem aliarum trium causarum / [illegible] imperfectum est prius imperfecto et actus potentia ut philosophus dicit in 7o methaphisice quod actu sunt priora potentia quia perfectum / Et quod forma est prius natura quam materia ut probatur in 2o phisicorum convenientius dicitur esse prius natura actus quod est prior forma et substantia ut dicitur in ix methaphisice quam potentia que est in uno et eodem prior generatione et tempore. Considerandum est philosophus dicit in 2o priorum quod in hiis que contingit esse actu et potentia / ea que sunt actu sunt priora tempore potentia / Circa 2m vero scilicet circa rationem consilii et precepti considerandum est quod preceptum importat rationem debiti / debitum autem est ad duplex uno modo sicut est finis est debitum in unoquoque negotio. Medium

nota de ieiunio

= vide

= sed nunquid

Medicus em propt se deb querere sanitate / Alio e aliquod debitu propt ad h id sine quo no
pt pueniri ad fine / Sic medicus debet inducere dieta infirmo sn qua non pt sanari / Aliud vero
quod ordinat i fine vt melius ac facilius consequat' si sine hoc aliqualr possit hri · finis no
hz rom debiti / finis at spualis que dina lege ordinat e dupx / vnus qui pncipal e adherere
deo p caritate / vn dr .1. ad Thym̄ · finis pcepti e carita · Sed scdarius e qi disposico spualis
et rectitudo cordis que consistit in interioribus actibus aliarum virtutu / vn apls dr Ro 6 · hētis fructu
vrm i scificacone / Sicut eciā in gnacone nali finis e et ipa forā sbalis · et vltia disposico ad
formā / vn mani m e qp principalia pcepta dina sut quod de dileccone dei et proxi vt3 mt xx
Scda vero de inriori scificacone · h id .1. ad Thess 4 · hec e volūtas dei scificacio nra / omia vero
alia que sut spualis vite ordinat' ad pcepta sic in fine / sed dupr · Quedā em sut talia
sine quibus predicti fines ee no put / et hec cadut sb pcepto · sic Non hēbis deos alienos
/ Quedā aut sut sn quibus ad predictos fines pueniri pt vn no cadut sb pcepto / sed quia p
huiusm melius et facilius puenit' ad fines predictos dant' eis consilia sic pz de paupte vginitate
et alijs huiuosi / Et e sile si ais debet ex pcepto ee rome certo die / te' eciā ex debito pcepto romā
ire / no at te' ex pcepto ire equester / quia sn hoc posset puenire romā cu tadet hoc sb cosilio
inqntu equitando facilius et melius pueniret ad fine / hijs go visis pzt de facili id quod quere-
bat / Si em comparemus consilia ad pcepta finalia que sut de dileccone dei et proxi et de inriori
cordis puritate / Manifm e qp pcepta sut priora consilijs nar ordine pfeccionis / sic actus nar e prior
potencia · et fis his que sut ad fine / Sz consilia erut priora nar ordine gnacois et tpis inqntu s
p consilia ad puritate pfectam cordis et pfectam dileccone dei et proxi puenimus / Si at compare
consilia ad alia pcepta que ordinat' ex necitate i predictos fines sic erit dupx compo / Quia in consilijs necce
e vt includat' pcepta / q em omia dimittit no rapit alienā / et qui vginitate suat no mecha'
sic eciā q no equitat vadit sed no conuerti' / go erit vna compacio ad pcepta abte cpta · et ec hc
modo pcepta erut ordie nē priora consilijs / sic gen e vlr prius spē · consilia at ec priora nar pcepti
sic sp sut priora sm nam qualit gnā · vzt p phm i .1. phisi° · Compat' em gen ad spem sic poa
ad actu / pcepta at abte sumpta se hnt p mod gnis ad obsuanciā pceptorum cu consilijs · sic no me-
chari cu vginitate · et ad no mechari cu matrio · et ire equite et ire pedestre / Alia vero e compacio
consiliorum ad pcep sn consilijs obsuata / sic compare eunte in equo ad eu qui vadit pedibus / Similis
e em compacio vginis seu continētis ad matrio · et paupis propt xpm ad eu qui in sclo suis content
e / Et sic ordine nar consilia sut priora pcepti tamq3 imptinēcia pfectis / nec pcepta sic accepta precedut
nar ordie gnacois et tempis consilia / No em oz qp ie q vult suare continenciā vel vginitate prius
matrio° vigat / Nec etiā oz qp ie q vult ee paup propt xpm · prius seclare vitā agat i qua suis
diuicijs sit content / Sic etiā no oz qp ie q vult ire equester roma · prius vadat pedes · et postea
eques · sed melius e si a pncipio eques vadit · et p hec pz rnō ad obiecta Ar° xx
Ad sm sic procedit' vr qp pctā que sut con pcepta scde table sit grauiora pctis que sut con pcep
pe table / Pctm em con pcepta se table est alie s cotempto bono icommutabili commutabili
bono adherere · sic pz i furto vel adulto · et alijs huiuosi · sed cotemptus icommutabilis boni e pctm
q pcepta pme table qbus ordinam' ad exhibendā reuerēciā deo / go pctā que sut con pcep se
table includut pctā que sut con pcep pe table et ad addut / go sut grauiora / Cp · simonia e maxim
pctm sed cu simonia sit sts auctore e q pcep se table / go pctā q sut q pcep se table sut grauiora
Sed q e qp pctā con pcep pe table sut desprac et ad hg que sut grauissiā pctā / go pctā que sut
con pcepta pe table sut grauiora / Rnō · Dicendum qp formal racō pctī mortal consistit i auersione a deo
/ Si em eet iordinata conuersio ad bonu commutable sn auersione a deo / sic no eet pctm morle / pcep
at pe table sm se ordinat directe hom i deu / con dirigut' ad dileccone dei pmie / Et io pctā
que sut con pcep pe table directe et sm se importat auersione a deo / Pctā at que sut q pcepta se
table pse quidem deordinat nos pnīr cira bona commutabilia · cira que ordinam' p pcep scde table
/ ex qnti at deordinat nos a deo / In vnoq3 at gnē · potissimu e id · quod e pse / con pctā que sut
q pcepta pe table sm suu gen sut grauissiā i gen' pctorum / Ad pm go dicendum qp cotemptus dei pse inclu
e in pctis que sut q pcep pe table / Sic at no ex necitate includi' i pctis que sut con pceptu se
table / No em ie q vult fornicari itendit hc facere i cotemptu dei · sed intendit pnīr delectari ad
qd conse' qp deu cotempnit pt' pnle intencōz mandata dei transgrediens / Ad 2m dicendum qp simonia
no e maxim pctm simr sed maxim inter ea que committut' cira contract pecuniarios / et hoc

etiã ē ex hoc q irruent se ho sit ad res sacras in quo attingit petũ que sit totũ prep pe table
Deinde questitũ ē de his que ptinet spat ad quosdã hoim statu / Et po de his que ptinet
ad prebendatos 2o de his que ptinet ad doctores 3o de his que ptinet ad religiosos 4to
de ptinentibus ad clericos / Circa pm quesita sũt tria / pmo vtrũ btus mathe vocatus sit stati
de theloneo ad statũ aplatus et pfectois / 2o vtr iꝰ q eligit canice in Epm melius faciat co-
senciedo electioni de se facte vel eã recusado / 3o vtrũ platus q dat bnficiũ ecclastũ ctnu suo co-
sangwineo spans per hoc suũ genus exaltari et ditari comittat symoniam xxi 4
Ad pm sic proce vi q btus matheus nõ fuit vocat stati de theloneo ad statũ aplat et p-
fectois / dt em greg sr Ezech Nemo repete fit sũmus / Sed status aplat ē pfectois Ewãce
ē summus stat huãne vite / go matheus nõ fuit stati vocat ad statũ pfectois et aplat Sed cõ ē
q dt Jeron sr mt q de publicano repete fit aplus et Beda dt sr luc q de publicano ī aplm
de thelonaio in Ewãta ē mutatus / Et quedã glo dt luce 5to q nã prorsus cogitacoz vel rez
huius vite q resuat qd ē pfectois Ewãce / go stati vocat ē ad statũ aplat et pfectois Rñno dd
q qstio ista ex viis Ewan detiar pt / Si em loqmr de aplatu maim ē p narracoz mathei
marci et luce q dns pg vocacoem mathei aliquãto spacio tpis ex suis dslis xij aplos elegit int qs
vnus fuit matheus / Et pz q statim a pno fuit vocat ad discipulatũ x nõ at ad aplatũ nisi p pre-
ordinacoz x q eũ ī aplm surend disponebat / et sm hc intelligũ sit vba Jeron et Bede Si at loqmur
de pfectoy ewãta sic maim ē q statim a pncio vocat ē ad statũ pfectois / Dt em luce 5 q surges
relictis oibus secutus ē eũ / qd etiã ad discipulatũ x ptinebat / p qd dt luce 14 nisi qs renunciauit
oibꝰ que possidet nõ pt ēē meus discipulus Ad pm go dim q summus ī vita huãna pt acci-
pi dupr / vno p cõparacoem status ad statũ / p q in huãna vita vnꝰ status altior ē alio et aliꝰ ē summꝰ
Sic em nil prohibet aliq repete fieri summũ 1 attinge ad statũ summũ / et hoc apparz tã ī spualꝰ vita
qz ī seculari / Invenimꝰ em aliq stati a pueritia ad statũ religiois q ē pfectissimus conuolasse vel ipo ab-
bito sic btus Johnes bapta et btus bndctus / vel etiã deuocione parentũ sic illi q monastijs tradũt a
parentibus / Sic em nõ oz q ī seculari vita exceat anteqz ad religioz trãseat / sic nõ ozt q aliqs excerceat
in laycali vita anqz clericus fiat / Sile etiã aliq repete assumunt ad regnũ vel ab ipa pueritia sic
Salon et Josias reges Juda vel etiã ex vltio statu sic Saul vn Ema c. vij dt de caue et ductus
inde qs ingredit ad regnũ / Alio pt accipi summũ p cõparacoem graduũ qbꝰ pficit pfectio vnius hoīs / Et
sic dt greg q nemo repete fit summꝰ / dt em augꝰ sr Canõn Johis q caritas nõ mox vt nasci pfecta
ē / Na ut pficiat nascit / tũ fuit nata nutrit / cũ fuerit nutrita roborat / tũ fuit roborata pficit / Con-
tiam qnqz q vnꝰ ho repete incipt ab altiori gdu status qz sit summꝰ / ad que ptint pfectio aliud
hoīs vtz de bto bndcto de q Greg dt ī 2o dyalo q prudẽs et futurõs agnoscit bndctũ puerꝰ con-
Ad 2m sic proce vi q melius faciat q cõsentit electioni canice / sacrois graciam a pfectoy incepisse
de se facte qz qui eã recusat Dt em greg 22 mor plat cũ xxy
pcipit nõ ex libidie amada ē / sed qn ali p Canõica electõz epale dignitate adipiscit nõ pcipit eã
ex libidie / go dzt eã ac͡re / nõ go dz eã recusare Sed q̃ ē q greg dt 20 mor q placui p meliore itecõm
fugieda ē Rñno dd q ī eo q electioi de se facte cõsentit cõsidari pripue dzt qd intendit / Si em intendu
ad tpale pũ hoies diuicas / exuiture se a iugo religiois / at ad huioi / maim ē q ē depraũata intecõ
vñ melius faciet si nõ assentiret / Si at intendit pfectũ eius sic plurimũ ē q ē bõa itencio / vñ augꝰ dt
xix de ci dei Ex actio nõ amadus ē hoor in hac vita siue potã sed ipm opꝰ / si recte et vtilit fit 1 ut
valeat ad salute subditorũ / Et induat id aplꝰ qd hr 1 ad Thy 3 Qui epatũ desidat bonũ opꝰ
desidat / Sed tñ siim ē q ad hoc opus maxia requir ydoneitas qz vt greg dt ī pastorali Tatũ actioz
plz dz acto trãscende psulis quãtũ distare solet a grege vita pastoris / ad qd huãna fragilitas ꝯm
propas vires sufficiꝰ nõ ē. p id aplꝰ 2e ad Chozo 20 Et ad hoc qs tã ydoneꝰ / sed tñ de auxilio
gre dine hoies ydonei et sufficites reddũt sic ipe pamod subdit idoneos nos fecit ministros nou
testam / Pt go cũ laudar cõsideans defectũ propiũ ex hũilitate officiũ placiois recusare sic Jeremias
q dt nescio loq qz puer ego sũ / pt tñ laudari cõsentie ex caritate fina vt salute pximoy pcuret
sic Ysayas q dt Ecce ego sũ mitte me / sed sic greg dt in pastor In vtrqz ē subtili intueds
q ille q recusat plene nõ resistit / ille q mitti voluit ad se p altaris calculũ purgatũ vidit / ne aut
nõ purgat adire sacra ministra audeat a quezsina gra eligit sb hũilitatis spe sine dispensacoem cõdicat-
Quia go vlde difficile ē purgatũ se quelz posse agnoscere / placiois officiũ tucius declinat
tñ nõ ptinaciter cũ ad hoc suscipiendũ fina volũtas cognoscit Ad pm go dd q id vbũ greg nõ dz

sic intelligi ptus cum ex libidine non petit amanda est / sed ita ptas cum papit non est amanda ex libidine
subdit enim / sed ex longanimitate toleranda / Ad 3m dicendum quod melior est intentio plationum fugientium sive
propter desiderium dei non assit necessitas ex parte imponentis hic onus / unde aug dicit xix de civitate dei
superior locus sine quo populus regi non potest / et si ita teneatur ut decet / tamen indecenter appetitur otium enim
sanctum querit caritas veritatis / negotium tamen iustum suscipit necessitas caritatis · xxiij

Ad 3m sic proceditur videtur quod prelatus qui dat beneficium ecclesiasticum alicui suo consanguineo vel amico ut alii
eius consanguinei exaltentur symoniam committat / Est enim simonia studiosa voluntas emendi vel ve
dendi beneficium ad spirituale vel spirituali annexum sed in tali provisione videtur esse emptio et venditio rei spiritualis
/ quia in hiis potest esse emptio et venditio in quibus est liberalitas / hic autem hic sperat ut liberaliter recompenset / ergo
est ibi symonia / Sed contra est quod i q 3 decretum Beatus qui excutit manus suas ab omni munere super quo glosa dicit
quod triplex est munus a manu a lingua / ab obsequio / quorum nullum est in proposito tali / ergo non est ibi symonia / Responsio
dicendum quod cum simonia tota in emptione et venditione consistat / hic distinguendum videtur quia si prelatus intendit eum obligare cui
dat beneficium ecclesiasticum ad aliqualem recompensationem faciendam sibi vel suis consanguineis propria sponte temporalem intentio
simoniaca est / intendit enim quandam tacitam venditionem / Si vero non intendat ad hoc eum oblique / sed intendat
quod ille sibi vel suis consanguineis propria sponte temporaliter recompenset eque prava est intentio et carnalis / sed non
simoniaca / Ad primum ergo dicendum quod secundum philosophum in x Ethicorum liberalitas non est circa quelibet usui pecunie / sed est
circa dationem et sumptionem / symonia autem est circa venditionem et emptionem

Deinde circa doctores quesita sunt duo / primo si doctor qui semper docuit propter inanem propriam gloriam / utrum
debeat aureolam si in morte peniteat / secundo si ex doctrina alicuius doctoris aliqui retraherentur a meliori
bono utrum ille doctor teneatur illam doctrinam revocare · xxiiij

Ad primum sic proceditur videtur quod ille qui semper propter inanem gloriam docuit per penitentiam aureolam recuperet / Au
reola enim doctrine debetur fructui / scilicet conversioni fidelium / secundum illud philippenses 4 Gaudium meum et corona mea
Sed potuit contingere quod ex predicatione eius qui propter inanem gloriam prius predicavit / secuta est facta conversio
fidelium / ergo si peniteat debetur ei aureola / Praeterea sicut virginitati debetur aureola ita et doctrine / sed si illa que cum
virgo sit carne mente tamen est corrupta penitentiam agit recuperat aureolam ergo pari ratione et doctor qui propter
inanem gloriam predicavit / Sed contra est quod opera mortua per penitentiam non reviviscunt / sed opera istius doctoris propter
inanem gloriam predicta sunt mortua in tali peccato facta / ergo non reviviscunt per penitentiam ad premium consequendum / Responsio
dicendum quod cum aureola importat quandam singularem excellentiam premii necesse est quod presuppont ad premium scilicet aureola · aurea
sic gratia presupponit potentiam / Et hoc figuratur Exo 25 ubi dicitur facies super coronam auream alteram aureolam
Et ideo qui non meretur auream id est premium essentiale · non meretur aureolam / Qui autem propter inanem gloriam operantur non
merentur premium essentiale quod receperunt mercedem suam ut dicitur Mat vi unde nec merentur aureolam / penitentia autem re
stituit homini premia prius habita / non autem confert ei ea que non habuit / nisi in quantum ipse motus penitentie est meritorius unde
non meretur aureolam / Ad primum ergo dicendum quod conversioni fidelium debetur aureola presupposito merito essentialis premii
in eo qui predicat / Alioquin locum habet quod dicitur Mat 16 Quid prodest homini si universum mundum lucretur anime
vero sue detrimentum patiatur / Ad 2m dicendum quod aureola virginitatis debetur integritati carnis · que manet
post penitentiam et ideo debetur virgini penitenti aureola / sed aureola doctrine debetur actui doctoris qui transit / et ideo

Ad 2m sic proceditur videtur quod si per doctrinam alicuius post penitentiam non debetur aureola doctoris nisi actus reiteretur · xxv
alicuius aliqui retraherentur a meliori bono quod ille teneatur doctrinam suam revocare / Talis enim doctor in sua doctrina
facit scandalum activum · quia doctor inferet intrinsece · et autem infert assistentiam et passivus actum / sed scandalum activum te
netur removere / ergo et doctor tenetur suam doctrinam revocare / Praeterea spiritualia sunt preferenda corporalibus / sed in temporalibus
ut aug dicit non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum / ergo multo magis doctoris qui facit dampnum in spiritualibus
non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum quod fit per revocationem doctrine / Sed contra est quod aug dicit veritas
non est dimittenda propter scandalum / Responsio dicendum quod hic distinguendum videtur / Quia si enim doctor doceat falsam doctrinam
tenetur omnibus modis revocare / et maxime si ex ea spirituale dampnum sequatur / Si vero doceat veram doctrinam
potest ex ea sequi detrimentum dupliciter in audientibus · uno modo ex defectu illius qui docet et hoc dupliciter / uno modo si
doctrinam subtilem proponeret rudibus qui non essent illius doctrine capaces / quia ex hoc detrimentum salutis incurrent
contra exemplum apostoli qui dicit i Cor iii tamquam parvulis in christo lac potum dedi vobis non escam / Alio modo quia confuse
et inordinate proponeret non preferens maiora minoribus contra id quod gregorius dicit in pastorali sic laudanda sunt bona
summa / ne dissipetur ultima / sic nutrienda sunt bona ultima ne dum sufficere creduntur nequaquam tendatur
ad summa / Et in hiis casibus tenetur doctor ex cuius doctrina dampnum spirituale accidit contra hoc dampnum re
medium ponere in quantum potest exponendo salubriter doctrinam suam / Alio modo potest contingere ex defectu alio puta si aliquis
docendo aliquam erroneam induceret homines ad aliquam religionem ut puta si diceret quod quicumque intrat

tkem religionis statu erit equalis meriti sicut dictum est petri / Et in hoc tamen tenetur cessare a sua doctrina / intrare
enim religionem propter errorem non est bonum / unde sic non retrahit homines a meliori bono talis doctor / Et hoc est
quod Gregorius dicit in pastorali sic cautela locutio in errorem prorumpit. ita et indiscretum silencium eos quos erudire
poterat in errore delinquit Et per hec patet responsio ad obiecta xx vi

Deinde circa religiosos quesita sunt duo / Primo utrum religiosi teneantur patienter tolerare iniurias sibi
illatas / Secundo utrum ille qui iurat se non intraturum religionem possit licite ad religionem intrare Ad primum
sic proceditur videtur quod religiosi non debeant tolerare suos impugnatores / In impugnatione enim perfectorum virorum
deus impugnatur / unde dominus saulum persequentem apostolos ei dixit act. ix. Saule saule quid me persequeris / Sed
perfecti non debent impugnatores dei tolerare / ergo neque impugnatores propositi Contra quibus perfectis statuit se obviare
hiis qui statum perfectionis perdiderunt / unde apostolus dicit ii ad Corinthios vi. ut non vituperetur ministerium vestrum
/ Sed per hoc quod perfecti impugnantur statui perfectionis derogatur / ergo perfecti viri non debent tolerare suos impu-
gnatores Sed contra est quod Gregorius dicit non sumus perfecti si aliorum iordinaciones ferre non possumus Responsio
Dicendum quod perfecti viri dupliciter impugnari possunt / uno quidem modo quantum ad propriam personam ut puta cum inferuntur
eis iniurie personales / Alio modo possunt impugnari quantum ad statum eorum ut puta cum aliqui verbis vel factis perfectionis
statui derogant / Et hec duo tangit Iacobi ii Nonne divites opprimunt vos per potenciam quod pertinet
ad personales iniurias / Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod vocatum est super vos quod pertinet
ad religionem vel statum / In iniuriis ergo personalibus decet perfectionis viros ut sint maxime patientes / ut
sic etiam parati plura sufferre secundum illud Matthei v. Si quis percusserit te in dextera maxilla prebe ei et alteram /
Statui vero suo impugnato non debent parati quantum resistere possunt / hoc enim vergit in iniuriam dei / unde contra quosdam
dicitur Ezechielis xiii non ascendistis ex adverso nec opposuistis vos murum pro domo Israel / Et ideo dominus
iniurias quas contra humanitatem eius inferebant patienter toleravit / sicut cum iudei dicebant Ecce homo vorax et
potator vini ut habetur Matthei xi et sicut dominus dixit ei Mitte te deorsum quod videbatur ad propriam iniuriam
pertinere / sed iniurias dei non tolerabat / unde phariseos dure redarguit Matthei xv quia dicebant quod in Be-
lzebub principe eiceret demonia quod pertinebat ad iniuriam spiritus sancti / Et similiter cum dyabolus ei dixit hec omnia
tibi dabo si cadens adoraveris me quod ad iniuriam dei pertinebat / statim enim eum repulit dicens dominus
Vade sathana ut habetur Matthei iiii Crisostomus dicit Illud dictum Christi imitare quod iniurias magnanimiter quidem sufferre
sustinere dei autem iniurias neque usque ad auditum sufferre quia in propriis iniuriis esse quemlibet patientem lau-
dabile est / Iniurias autem dei dissimulare nimis est impium / Et per hec patet responsio ad obiecta xx vii

Ad secundum sic proceditur videtur quod ille qui iuravit se non intraturum religionem non possit licite intrare / omnis enim
obligacio licita est adimplenda sed licitum erat ei non intrare religionem / ergo cum ad hoc iuramento se ob-
ligat videtur quod non teneatur intrare Sed contra est quod nullum impedimentum spiritualis perfectionis est ex deo / sed iuramentum est
ex deo / ergo per iuramentum non impeditur spiritualis perfectio intrandi religionem Responsio Dicendum quod obligacio iuramenti
triplex potest habere / Uniusque enim est illicita obligacio et de re illicita puta cum aliquis iurat se fornicaturum
/ Et tale iuramentum non tenetur homo implere / nec etiam est licitum implere / Utriusque vero est obligacio licita et
de re licita puta cum aliquis iurat se elemosinam daturum et tale iuramentum preterire non licet / Utriusque vero est obli-
gacio illicita sed de re licita puta cum aliquis iurat se non facturum aliquod maius bonum quod sibi facere non tenetur puta tunc
non ieiunare vel non dare aliquam elemosinam vel religionem non intrare / tunc enim id ad quod iuramento se ob-
ligat licitum est / sed tamen obligacio est illicita / quia per hoc homo quantum in se est obstinat se contra graciam spiritus sancti
que facit homines in suo corde ascensiones disponere / unde tale iuramentum licite potest impleri abstinendo ab illo
bono quod facere non tenetur / non tamen cogitur ex illo iuramento ad hoc quod impleat quod iuravit / quia iuramentum ad hoc
quod sit obligatorium debet habere tres comites iudicium iusticiam et veritatem / ut habetur Ieremie iiii / huic autem iuramento
deest iudicium discrecionis quia vergit in deteriorem exitum retrahendo a meliori bono / et per hoc patet responsio ad obiecta

Deinde circa clericos quesitum est unum utrum scilicet liceat clerico qui tenetur ad horas canonicas dicere matutinas
sequentis diei de sero / Et videtur quod non Dicit enim Ecclesiastes lascivitatis et imprudentis non servabit tempus / Sed
ille in modo matutinas non observat tempus / Cum enim dies incipiat a media nocte videtur quod matutinas
dei sequentis dicat in die precedenti / ergo videtur hoc ad lasciviam et imprudentiam pertinere et ita videtur esse peccatum Sed
quia deus clemencior est quam homo / sed homo non imputat debitori in iniuriam si debitum reddat ante tempus
ergo multominus deus Responsio Dicendum quod hic est consideranda intencio eius qui prevenit tempus in matutinis dicendis vel in quibuscumque
horis canonicis / Si enim hoc propter lasciviam faciat ut scilicet quieti sompnolencie et voluptati vacet non est
absque peccato / Si vero hoc faciat propter necessitatem licitarum et honestarum occupacionum puta si clericus aut magister
debet videre lectiones suas de nocte vel propter aliud huiusmodi / licite potest dicere de sero matutinas

Marginal note (left): non ascendistis ex adverso

et i alius hois ratione cuius preme / sicut hoc etiam in solemnitatibus ecclesie fit quia melius e deo vacare
reddere sit et debitas laudes et ad honesta officia quam quod per vnum ab alio impediatur / Ad primum ergo dicendum
quod quantum ad contractus et alia huius dies incipit a media nocte · sed quantum ad ecclesiasticum officium et sole-
mnitatum celebrat dies incipit a vesperis / unde si aliquis post dictas vesperas et completorium dicat matutinas

dies quo incipit

vespertinum e de deo de angelo / iam hec pertinet ad diem sequentem — Quotlibeti septimum q i
et hore · et de tenus pure corporibus / Circa primum questum e vtrum vnitas essentie ponat i numerum cum vnitate
persone / Et videtur quod non / quia sunt enim tres persone diuine · si igitur vnitas essentie ponet i numerum cum vnitate persone
sequitur quod i deo esset quaternitas quod e hereticum / Non ergo vnitas essentie pot i numerum cum vnitate persone
Sed contra si vnitas essentie sit penitus idem cum vnitate persone · non ponet cum ea in numerum · sequitur quod de quolibet predicatur
vnum predicatur et reliquum / sed vnitas essentie predicatur de tribus personis / dicimus enim pater et filius et spiritus sanctus
sunt vnum / ergo vnitas personalis predicatur de eis vt dicatur pater filius et spiritus sanctus sunt vnus quod patet esse falsum
Respondeo dicendum quod vnumquodque inquantum e vnum intantum e ens / unde ens et vnum conuertuntur / Est autem vnumquodque ens
per suam formam / unde et vnumquodque per suam formam habet vnitatem / Et inde e quod compositio forme ad formam eadem e
compositio vnitatis ad vnitatem / deus autem e deus per suam essentiam / proprietas autem personalis e quasi forma constituens
personam que quidem realiter non distinguitur ab essentia / Alioquin sequeretur quod i deo esset compositio / et quod aliquid adueniret
ei per modum accidentis / nam omne quod e extra essentiam rei accidentaliter aduenit / differt tamen proprietas personalis ab essentia
secundum modum intelligendi et significandi / nam esse dicit absolute / proprietas vero personalis importat relationem / unde patet quod vnitas
persone non pot i numerum cum vnitate essentie quantum ad realem distinctionem / sed solum secundum modum intelligendi / et per hoc patet
ad obiecta / nam primum procedebat secundum distinctionem rei que quidem non e i diuinis inter vnitatem essentie et persone · non potest
quaternitas i deo / secundum vero procedebat secundum distinctionem que ex modo intelligendi et significandi prouenit · ex qua prouenit quod
dicimus quod pater et filius et spiritus sanctus sunt vnum et non vnus — q secunda

Deinde circa angelos querebantur duo / primo de actione eorum vtrum scilicet quicquid agat · agat per imperium voluntatis
secundo de loco ipsorum vtrum scilicet possit esse i conuexo celi empirei · quod etiam querebatur circa corpora
glorificata / Ad primum sic proceditur videtur quod non quicquid angelus agit per imperium voluntatis / voluntas enim equaliter se
habet ad propinqua et remota / si ergo angelus ageret per solum imperium voluntatis · sequitur quod non differt ad hoc quod angelus
aliquid ageret quod esset propinquum vel remotum id in quod agit / et sic non oporteret quod de celo ad terras descen-
deret ad aliquid huiusmodi agendum quod e contra consuetudinem sacre scripture / Item · quantum ad voluntatem non differret vnitas et multitudo
/ sicut enim aliquis pot velle mouere vnam rem ita et pot velle mouere plures res vel etiam totum vniuersum / si
ergo angelus ageret solum per imperium voluntatis sequitur quod posset mouere totum vniuersum quod e impossibile · cum sit pars
vniuersi · non ergo angelus agit solo imperio voluntatis / Sed contra omnis actio e ab aliqua virtute / sed i angelo non e
alia virtus quam intellectus et voluntas / intellectus autem non agit nisi per voluntatem / ergo omnis actio angeli e per imperium voluntatis /
Respondeo dicendum quod omnis actio cuiuscumque rei e per formam eius illius rei / nam et si sint alique forme actiuales
principia actionum alicuius rei · oportet quod huiusmodi actiones reducantur sicut in primum principium i formam specificam ipsius rei agentis
Sicut actio caloris ignis reducitur sicut in primum principium sicut i formam substantialem ipsius sicut que etiam e principium
omnium actionum proprietatis ignis / et ideo oportet aliter se habere i actionibus alicuius rei simplicis naturam simplicem et
in actionibus rei habentis compositum / omnis enim actio ignis e secundum proprietatem nature ignis / In cultello autem igniti
e quedam actio non pertinens ad proprietatem ignis scilicet incisio / Et hoc quidem e in substantiis spiritualibus / anima enim humana
non e tota intellectus / sed principaliter intellectualis e / unde e in ea aliqua virtus et actio que non pertinet ad
intellectum naturaliter sicut precipue patet i his que pertinent ad animam vegetabilem / Sed angelus e totaliter intellectualis natura
et ideo oportet quod omnis actio sit secundum intellectum / unde secundum dionysium 4 de diuinis nominibus quod angeli habent substantias et virtutes
et operationes intellectuales / intellectus autem non agit nisi mediante voluntate / quia motiua voluntas e ultimo sequens formam intentionalem
/ unde oportet quod quicquid angelus agit / agit per imperium voluntatis / sed tamen considerandum e quod cum virtus sit media inter
operationem et essentiam · oportet quod virtus et operatio cuiuslibet rei proportionetur essentie eius / unde superioris angeli cuius
e essentia nobilior e et virtus efficacior / sic ad intellectus ita etiam ad agendum i res exteriores / Et secundum hoc
actio angeli limitatur ad aliquid effectum / quia nec virtus nec essentia habet infinitatem / Ad primum ergo dicendum quod actio
voluntatis angelice radicatur i essentia eius · a qua procedit eius virtus et operatio / oportet autem mouens esse cum mobili
quod ab eo mouetur · vt dicitur in vii phisicorum · et ideo oportet secundum aliquem angelum quibusdam rebus quas mouet / Ad secundum dicendum quod
quia actio voluntatis limitatur secundum modum essentie non oportet quod angelus possit agere omnia que pot velle — q tertia

Ad secundum sic proceditur videtur quod angelus non possit esse i conuexo celi empirei / Dicit enim Anshelmus quod in loco
nullus pot esse / sed extra celum empireum nullus e / ergo non pot esse i conuexo celi empirei / sic enim esset extra

scilicet incisio

in exemplo

celum empireum. Tertio videtur quod nec corpus gloriosum ibi possit esse omne enim corpus necesse est in loco esse sed
extra celum empireum non est aliquis locus ergo non potest esse corpus gloriosum extra celum empireum. Sed contra si non
potest ibi esse aut hoc est quia non potest ibi ascendere aut quia non potest penetrare pro-
funditatem celi empirei aut quia indiget loco continente aut quia indiget consuetate sed hec omnia
remota sunt a perfectione corporis gloriosi multo ergo magis a condicione angelorum ergo corpus gloriosum et angelus
potest esse in conuexo celi empirei. Responsio. Dicendum quod ad euidenciam huius questionis notandum quod apud antiquos fuerunt
due opiniones maxime probabiles quarum una fuit quod locus sit quoddam spacium siue dimensiones per se
existentes que quidem opinio si vera esset corpori deberetur locus et hoc ipso quod corpus est dimensionatum quas
necesse est aliquas dimensiones occupare. Sed hec opinio de loco est a philosopho in 4to phisicorum reprobata vnde alia
opinio est eius quod locus sit superficies corporis continentis non quidem in quantum est huius corporis quod immediate
continet alioquin sequeretur quod corpus quiescens non semper esset in eodem loco puta si homo stat in fluuio per cuius cursum
Diuise — continue renouatur superficies aque circa ipsum sed superficies corporis immediate continentis sic quod sit in
loco ex ordine ad primum continens vnde accipitur locus secundum eundem sic ad primum continens et propter hoc locus
est immobilis. Secundum igitur hanc opinionem que vera est necessitas existendi in loco quod corpus ex hoc quod dependet a primo
continente. Et propter hoc primum continens non est in loco nisi per accidens et secundum partes vt dicitur in 4to phisicorum. Angelus
autem non dependet a primo continente nec eciam corpus gloriosum quod perficitur per animam ex diuina fruicione beatifica
et ideo non est necessitas quod corpus gloriosum aut angelus ab aliquo locali corpore ambiatur. Et propter hoc nichil pro-
hibet corpus gloriosum vel eciam angelum in conuexo celi empirei esse. Ad primum ergo dicendum quod vnum in angelis mutuum
est ex vi affectionis. Non enim possibile est quod aliquis sit in nichilo tamquam in continente sed iste motus non facit ad propositum.
Ad 2m dicendum quod ea ratio procedit de corpore dependente a proprio continente
Deinde consequenter est de hiis que pertinent ad homines. Et primo de spiritualibus 2o de corporalibus. Circa primum
primo de sacris 2o de virtutibus 3o de peccatis. Circa sacra duo de baptismo et de matrimonio. Primo de
necessitate vtrum scilicet puer qui nascitur in deserto vbi non potest aquam habere moriens sine baptismo saluari possit in
fide matris fidelis. 2o de impedimento matrimonii quod prouenit ex baptismo vtrum scilicet fidelis christianus qui baptisatur iu-
deam cum dedit primo fidem de contrahendo si baptisetur cognoscens eam postea carnaliter consumet matrimonium. - Quolibet 4
Ad primum sic proceditur videtur quod puer ille in deserto natus posset absque baptismo saluari in fide parentum non
enim fides est minoris efficacie tempore gracie quam tempore nature sed tempore legis nature saluabantur pueri in fide parentum
vt gregorius dicit ergo nunc eciam tempore gracie. Preterea per christum non est arta hominibus via salutis cum ipse dicat Johannis
x Ego veni vt vitam habeant et habundancius habeant sed ante christi aduentum saluabantur aliqui pueri in
fide parentum ergo multo magis nunc post christi aduentum. Sed contra est quod dominus dicit Johannis 3o Nisi quis renatus
fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest intrare in regnum celi. Responsio. Dicendum quod ab illa dampnacione quam humanum
genus incurrit propter peccatum primi parentis non potest liberari nisi per christum qui solus ab illa dampnacione immunis inue-
nitur sed vt ei incorporetur sicut capiti membrum hoc autem triplex fieri potest. Primo quidem per suscepcionem baptismi secundum illud
ad Galatas 3 Quicumque in christo baptizati estis christum induistis. 2o per sanguinis effusionem propter christum quia
per hoc eciam aliquis passioni christi conformatur a qua efficaciam sortitur baptismus vnde dicitur de martiribus Apocalipsis vii quod la-
uerunt stolas suas in sanguine agni. Tercio per fidem et dileccionem secundum illud prouerbiorum xv per misericordiam et fidem purgantur
peccata. Et actuum xv dicitur fide purificans corda eorum et per fidem christus inhabitat in cordibus nostris vt habetur ephesiorum
iiio vnde et ipse baptismus dicitur fidei sacramentum. Et secundum hoc dicitur triplex baptismus scilicet aque spiritus et sanguinis
quia alia duo supplent vicem baptismi aque si tamen assit propositum suscipiendi eum baptismum ita quod scilicet
articulus necessitatis non autem contemptus religionis sacramentum excludat. Manifestum est autem quod in pueris nondum habentibus
vsum racionis non potest esse motus fidei et dileccionis aut propositum suscipiendi baptismum et ideo non possunt saluari
nisi per baptismum aque vel per baptismum sanguinis si propter christum occidantur ex quo non solum christiani sed eciam
martires fiunt vt dicit Augustinus de Innocentibus et ideo ille puer in deserto moriens sine baptismo salutem non consequeretur.
Ad primum ergo dicendum quod secundum quosdam tempore legis nature non sufficiebat ad salutem paruulorum solus motus fidei in
parentibus sed requirebatur aliqua exterior protestacio fidei per aliquod sensibile signum et secundum hoc non differebat illud
quod tunc requirebatur ab eo quod nunc requiritur ad salutem nisi quod nunc id signum sensibile est determinatum tunc autem
erat indeterminatum et pro voto adhibebatur. Aliorum autem opinio est quod solus interior motus fidei relatus
ad salutem pueri sufficiebat ad salutem pueri. Nec tamen nunc diminuta est fidei virtus sed augmentata
quo ad salutem quia nunc qui saluantur per christum statim introducuntur in regnum celorum quod tunc non erat vnde non
est mirum si nunc aliquid ad amplius requiratur scilicet baptismus vt dicitur Johannis 3o. Ad 2m dicendum quod per christum in hoc ipso
est amplificata hominibus via salutis quod per eum est eis aperta ianua vite eterne que ante clausa erat per
Ad 2m sic proceditur videtur quod non possit esse matrimonium inter christianum et iudeam baptisatam post primum pactum
ab eo quam carnaliter cognouit per fidem de contrahendo datam. Dicitur enim in decretis 30 q. 1 quod filius spiritualis

non potest ducere uxorem puellam quam presbiter baptisat / ergo multominus si ipsemet baptisasset non potest eam habere
in uxorem / si ergo iste xanus baptizat iudeam non potest eam in uxorem accipere Sed tamen est contra. Similiter iura quando
post fidem datam de contrahendo per verba de futuro sequitur copula carnalis est matrimonium presumptum presumpcione iuris / contra
quam non admittitur probacio / sed ita est in proposito / ergo est verum matrimonium Responsio. Dicendum quod spiritualis cognacio
impedit matrimonium contrahendum et dirimit iam contractum / Verumtamen dico quod quia xanus baptizavit iudeam contraxit
inter eos spiritualis cognacio / quia iam fit eius filia spiritualis / ideo nullum est matrimonium sequens etiam si expresse
contraxerat per verba de presenti et etiam si subsequatur copula carnalis / Et per hoc patet responsio ad obiecta. Similiter quod
dictum est de presumpcione iuris intelligendum est quando non intervenit aliquod impedimentum matrimonii v q

Einde quesitum est de virtutibus primo quantum ad fidem utrum scilicet certitudo adhesionis que est in heretico vel
vel malo catholico sit actus ipsius fidei virtutis / Secundo de quibusdam pertinentibus ad religionem sive ad
latriam / Tercio de quibusdam pertinentibus ad cultum Ad primum sic proceditur videtur quod certitudo adhesionis in heretico
vel malo catholico sit actus fidei virtutis quia secundum philosophum 2o ethicorum Tria sunt in anima potencia passio et habitus
quia talis applicatio fieri non potest / nisi utrumque precognoscatur et quod applicatur et cui fit applicatio per aliquam
viam / si dicatur quod angelus nihil accipiat tamen formam quam habet habebat apud se prius applicat ad particulare quod
de nouo fit / Contra intellectus non potest ad aliquid applicare nisi precognoscat et id quod applicat et id cui
applicatur quia prius est cognoscere duo sed se quam comparationem vnius ad alterum ergo applicatio predicta sequitur cognitionem
singularium et non potest esse causa eius. Item si cognoscit angelus singularia aut cognoscit vna specie aut pluribus sed nec
pluribus quia sic oporteret quod infinitas species haberet apud se cum infinita sint particularia ad vnum in potentia / similiter nec vna
quia sic intellectus angelicus equaretur intellectui diuino qui vno scilicet sua essentia plura intelligit quod est falsum ergo intellectus
angelicus singularia cognoscere non potest / si dicatur quod non cognoscit per vnam speciem omnia sed per vnam speciem omnia
indiuidua vnius speciei et non aliud. Contra illa vna species non se habet magis ad vnum indiuiduum quam ad aliud sed oportet
quod per speciem intelligibilem intellectus determinetur ad determinatum cognoscibile / ergo per speciem illam non poterit cognoscere hoc particulare
determinate. Sed contra est quod dicitur hebreorum 1 omnes sunt administratorii spiritus etc quod non posset esse nisi cognosceret
singulares homines Respondeo dicendum quod angelus absque dubio singularia cognoscit sed ut autem videamus modum quo hoc possibile
sit / sciendum est quod ad hoc quod singulare aliquid cognoscatur oportet quod in potentia cognoscitiua sit similitudo eius inquantum particulare est / cum
autem forma de se communis est vnde additio forme ad formam non potest esse causa indiuiduationis quia quotcumque forme simul aggre-
gentur ut album dulce crispum et huiusmodi non constituunt particulare. quia sic hec omnia possent esse in vno / ita et
in pluribus potentibus est possibile inueniri / sed indiuiduacio forme est ex materia per quam trahitur ad hoc determinatum /
vnde adhuc quod particulare cognoscatur oportet quod in cognoscente non solum sit similitudo forme sed aliquando similitudo materie simili-
tudo autem rei cognite duplex est in cognoscente / vno modo sicut causata a re sicut est in hiis que cognoscuntur per speciem
abstractam a rebus / alio modo sicut causa rei ut patet in artifice qui cognoscit artificiatum per illam formam per quam
ipsum facit / species autem que est a sensu causata a re sensibili ipsam non est omnino a conditionibus materialibus depurata et similitudo
forme. sed quod est in materia / et ideo per eam cognoscitur particulare / sed quia similitudo que in intellectu nostro recipitur species rei sensibilis
est omnino iam a materia et conditionibus depurata non potest intellectus noster per eam directe particulare cognoscere sed per quandam re-
flexionem intellectus ad potentias sensitiuas a quibus species intelligibiles abstrahuntur / per formam autem que est causa rei hic modo
cognoscuntur res sed quod forma illa est causa eius / et quia artifex humanus per formam artis non producit materiam sed materiam presuppositam
induit formam artis que est in mente artificis non est similitudo artificiati nisi quo ad formam tantum / vnde per
eam non cognoscit artificium in particulari nisi formam artificiati per sensum accipiat / Artifex autem increatus scilicet deus non solum
producit formam sed etiam materiam / vnde rationes ydeales in mente ipsius existentes non solum sunt effectiue ad cognitionem
formarum sed etiam ad singularia cognoscenda a deo / sicut autem iste rationes ydeales effluunt in res producendas in esse suo
naturali in quo particulare vnumquodque consistit in forma et materia / ita producunt in mentes angelicas ut sint in eis principium
cognoscendi res secundum suum totum esse in quo subsistunt et per species influxas a diuina mente angeli non solum vniuersalia
sed etiam particularia cognoscunt sicut et deus / Est tamen differentia in duobus / primo quia ydee que sunt in mente diuina sunt forme
factiue rerum / et non solum principia cognoscendi / sed species que recipiuntur in mente angelica sunt solum principia
cognoscendi / et non sunt factiue rerum sed ex consequenti / secundo quia intellectus diuinus quanto est altior et perspicacior tanto ex
vno potest plura cognoscere / et quia intellectus diuinus est altissimus per vnam simplicem essentiam suam omnia cognoscit nec
est in eo aliqua pluralitas formarum ydealium nisi secundum diuersos respectus diuine essentie ad res cognitas / sed in intellectu
creato multiplicatur secundum rem quod est vnum secundum rem in mente diuina ut non possit omnia per vnum cognoscere / Et tamen

q quato intellectus creatus est altior tanto habet pauciores formas ad plura cognoscenda essentiales / Et hoc est quod dionysius dicit
xii c. de celesti ierarchia quod superiores ordines habent scientiam magis universalem inferioribus Et in libro de causis dicitur quod intelligentie
superiores habent formas magis universales / hoc tamen observato quod in infimis angelis sunt forme adhuc universales intantum quod
per unam formam possunt cognoscere omnia individua unius speciei / ita quod in prima specie sunt propria plura de unaquaque
potentia secundum diversos respectus sed intellectus humanus ad eius particularia / Sic enim divina essentia est sufficiens propria plurium
singulorum secundum diversos respectus / sed intellectus humanus qui est ultimus in ordine substantiarum intellectualium habet formas minimum particulares quod non
potest per unam speciem nisi unum quid cognoscere et ideo pluralitas specierum existens in intellectu humano non sufficit ad co-
gnoscenda plura singularia / et propter hoc intellectus humanus adiuvatur sensibus a quibus singularia accipiat / Ad primum ergo
dicendum quod angelus nullo modo cognoscit singularia per speciem acceptam / quia nec per speciem acceptam a re sicut enim res agit
in intellectum eius quod est impossibile / neque per aliquam speciem de novo influxam a deo revelante ipsi angelo ad denovo
/ quia species quas angelus habet apud se concreatas sufficiunt ad omnia cognoscibilia cognoscenda / sed sicut quod per altius lumen intellectus
angeli elevatur in altiores conceptiones ex illis speciebus prodire potest sicut etiam ex eisdem fantasticis speciebus intellectus
prophete lumine prophetie adiutus aliquam cognitionem accipit ad quam non sufficiebat naturale lumen intellectus agentis / Re-
stat ergo ut angelus cognoscat singularia per species concreatas / Sic autem per unam speciem concreatam potest cognoscere diversa individua
/ ita et multo amplius potest per unam speciem cognoscere quicquid est in uno individuo ut non oporteat eum aliam speciem habere
qua cognoscit calorem et odorem unius pomi sed solum cognoscendo hoc pomum cognoscit quicquid est in pomo primo et
essentialiter et accidentaliter / Effectus autem non est in causa sua ut in ea possit cognosci nisi causa sit determinata ad effectum illum
/ sicut patet in causis necessariis quibus cognitis cognoscuntur effectus earum / sed causa contingens non determinatur ad effectum suum
nisi quando actu producit ipsum / unde in causa contingente non est effectus eius ut in ea possit cognosci nisi quando iam in actu
productus est / Et ideo angelus per species concreatas cognoscens causas universales omnium singularium contingentium non cognoscit naturali cognitione
effectus eorum antequam sint / Ad tertium dicendum quod quando ad incipit esse prius angelo angelus denovo cognoscat id non
factum aliqua innovatione in ipso angelo sed in re cognita in qua est ad quod prius non fuit quod sit ea cognita cognoscitur /
Ad secundum dicendum quod applicatio illa est intellectus per modum quo dicimus videas ad res cognoscendas applicatur non sicut unum
cognoscibile ad aliud sed sicut modus cognoscendi ad cognitum / aliter nihil valet ut obiciebatur / Ad tertium dicendum quod angelus
neque una specie cognoscit omnia neque tot species habet quot sunt individua ut ex dictis patet / Ad quartum dicendum quod illa una
ad tertium sic procedere videtur quod notitia / species essentialiter ideo cognoscendi quodlibet individuum secundum rationem ad ipsum ut ex dictis patet
Aque ab augustino dicitur proles mentis non sit in mente sicut accidens in subiecto / Nullum enim accidens
excedit suum subiectum / sed notitia excedit mentem quia mens non solum seipsam sed etiam alia per notitiam no-
vit ergo notitia non est accidens mentis / Contra nullum accidens est equale suo subiecto sed notitia est equalis menti
aliter in notitia mente et amore non consisteret ymago trinitatis quod augustinus ponit ergo notitia non est accidens mentis /
Contra hic videtur ex verbis augustini qui in x libro de trinitate dicit quod notitia et amor et mens in anima consistunt substantialiter
vel ut ita dicam essentialiter non tamquam in subiecto ut color ac figura in corpore / Sed quia notitia mentis nihil ad
est quam substantia sed substantia est accidens cui sit in prima specie qualitatis ergo et notitia / Responsio dicendum quod notitia tribus modis
accipi potest / primo pro ipsa natura cognoscitiva / secundo pro potentia cognoscitiva / tertio pro habitu cognoscitivo / et pro ipso cognoscere
actu / Sic ergo hic non sumitur quoniam nominat naturam cognoscitivam potest esse primum hoc nomine quod est substantia / quoniam vero
nominat ipsam potentiam / quoniam habitum quoniam vero actum / Loquendo ergo de notitia primo modo accepta constat quod non est in
subiecto mente sicut accidens in subiecto sed essentialiter et substantialiter sicut dicitur quod rationale est de essentia hominis / Si autem accipiatur
pro potentia vel habitu vel actu / sic dupliciter potest considerari vel secundum quod comparatur ad cognoscibile et sic menti cognoscenti sicut accidens
in subiecto / et sic non excedit subiectum quia notitia numquam invenitur nisi esse alicui nisi menti vel secundum quod comparatur
ad cognoscibile / et ex hac parte non habet quod insit sed quod ad aliud sit / Illud enim quod ad aliud dicitur non habet rationem
accidentis ex hoc quod est ad aliud sed solum ex hoc quod inest / Et inde est etiam quod sola relatio secundum relationem suum genus tantum
secundum remanet in divinis / Nec tamen ibi est accidens / Et propter hoc notitia secundum considerationem istam non est in anima sicut in
subiecto / et secundum hanc comparationem excedit mentem inquantum alia a mente per notitiam cognoscuntur / Et secundum hanc etiam comparationem
ponitur trinitatis ymago quia eo modo personae divine distinguuntur secundum quod ad alterutrum sunt / et secundum hoc est quedam equalitas notitie
ad mentem inquantum se extendit ad omnia ad que se potest extendere mens / Et per hoc patet solutio ad obiecta
Deinde queritur de fruitione anime christi in passione / Et videtur quod illa fruitio perveniret usque ad essentiam anime / Anima
enim christi perfecte fruebatur sed non esset perfecta fruitio si ad essentiam anime non perveniret sed consisteret tantum in
una potentia scilicet in superiori ratione ergo perveniebat usque ad essentiam anime / Preterea anima christi perfectius fruebatur quam anime
sanctorum in patria / sed ille pertingunt usque ad essentiam anime ergo multo fortius in christo / Sed contra nihil fruitur nisi quod

cogstit qa sm Aug frui cogit i qbus ipi se vot delectata coquiescat · s cogite no e eenie aie
s poe / go fruito ad eem aie no ptinebat Contra sic qr frui i actu quoda cosistit g° de vi et nat
/ Actus at no e nisi rei sbsistetis / vn pprie loq neqz poa aie fruit neqz eena / s ho vel aia pse sb
sistens / sed tn poe aie sut pna opoim vite / sic eena aie e pnam ee vivet / Et s · hoc ozt dire qr
supior racio cu obiectu e res etna qua fruend e · e pnam fruitois quo s aia fruit Ad alias at
potes vel aie eem fruio ptine vel ptige no pt nisi p quada redudacia put s ex i a fruicon
supiois rois as esfitus i eem aie vel i potecijs iferiorib relingt / et aliquo p veiebat fruito ad
eem aie x i pace et aliquo no · si em osidet eena aie put actu qui e sic fruito ad ea no pveiebat
/ Als corp eius glosu fuim fuisset / Sill ner ad eentia s qr e radix iferoz viriu · qr sic fruitois gaudim
dolore pacois eat i inferiorib virib totar evacuasset / pveiebat at ad eem aie s qr eat radix
supiois rois / et quia een aie e simx et tota in quals sua poa / io de qr totu fuicba i x igim
s e radix supior rois / et io paucba igim s e actus corpis et radix iferoz viriu Ad pm go de
qr no impedit pfectio rei nisi p hoc qr tollit ad de een libg rei / Glia at corpis et iferoz viriu ptinet
ad gaudim accidetale btis / et io quis i xo fruito no pvenit ad eem aie s qr e actu corpis et
s qr e radix oim viriu no tn se qr fruito fuit impsitu in xo su btitd Ad 2m de qr aia x pfectu
fruiba qt aie stoiu i pata loq intesie / no at loq extesie quia in pata gaudiu fruitois ad inferio
vires et etia ad corp glificatu pvet qd si in x° fuisset · viator no fuisset Questio Septa

Deinde quit de pluralite i sbis spualibs creata / Et querut duo po vtru imesitas dina excludat
pluralite psonar / 2o vtru anglica simplicitas pacia cpoim ex sbiecto et accidete
Ad pm sic proce vi qr imesitas dina excludat pluate psoz / ome em imesu cu sit ideticatu stat
in vno / sed quicqd e i diuis e imesu · cu go pa sibi diuis · stabit in vno ita qr · no erut i ples
psone / Si dica qr pe hoc mo in vno stat qr s omes sut vna eena / Con sic eena e imesa / ita et
psoa sed imesitas een efat qr sit vna eena · tn go imesitas pe fat qr sit vna pna tn / Si dica qr
pna no sit imesa nisi imeslte eene Con pa s intectu addit ad sup eem · s quicqd int i diuis
inte ut immesu / go pt imeslte eene e in deo et imesitas pe / que faciet i diuis tn vna paz
Sed q e qr de Iohanis 2 Tres sut q testioim dat i celo / go dina imesitas pz plalite semi co
patet Contra sic qr immesitas no excludit pluralite nisi sm qr tollit detiacom q e plis pnum
Sic at detm e pus dupx e detmio s limitacois et distictois / In diuis at nllo cadit detiaco
limitacois / cadit at i detiaco distictois / et hoc dupt vno s qr distin p eem ab oibg creatus ut illi
mitatu a limitato / alio s qr pa disting a pa p rlom origis · que qde distinacio no e pz no roy
ciuig limitacois / s racon oppois qe e in rlon / vn distincom imesitas dina no excludit et ponis
nec plite pz / Et p hec pz rno ad pm Ad 2m dom qr quiuis pa sit imesa tn imesitas eius
e een le no ple / sic pna e bona bonite een h / Nm no ozt qr imesitas faciat distictoz i pnis
sed som i ee ne Ad 3m de qr pa no de ad sm intectu addi sup eem qi intecty deat ite
ad additu eene · eet em intecty fls · s quia inte do pna intelligit eenaa de neitte sed no
Ad 2m sic proce vi qr in angelis no sit cpoico actu lecroiso vn obiecto non procedit q vy
et subiecti · quia ee actle ra ab ee subali / go et cposico actlis a cpone sbali / sed i agle
no e compoico sbalis quia sut spus simtes vt dinos dt go nec cpoico actlis Cp / Boecius
dt li° de t qr fora simpx sbiectu ee no pt sed angeli st fore simtes s dino in go no put
ee sbiectu actinc Sed q e qr Aug sbas spuales pot defice a simple dina p hoc qr i eis
e cpoico acciden et sbiecti Cnio dom · qr ex hoc ad e susceptim fore sbalis vel actlis quia
ad hit potenali qr de racon poe e vt actu subsinat q fora de / De anglis at diversi diusa
senciut / Quida em dicut qr sut ex mia et fora copoiti / Alij dicut qr sut cpoiti ex ee et qd
e vt Boecius dt Et vtriqz mo ozt pone poalitate i anlo / De pmo em mo pz · sile pate pt de
co quia qd no hit sim ee ozt qr heat ee receptu ab ao qd e ds cu eendi / et ita i se cpoidam
e in poa re illiq ee quod recipit ab ao / et hoc mo adimq poalitate pone ozt i angelo qr
angeli no sut sim ee / hoc em solius dei e / et ita reling qr anlis possit ee sbiectu actlis fore
Ad pm go de qr sbalis simplicitas i anglis excludit cpoim me et fore / no at cpoim ex ee
et qr e · qua cpoim adimq actlis cpo in anlis psuppt / et tm no oz · qr si ee actle cat a sbali
qr cpoico actlis a cpon sbali cause qr sba aliquo simx pt ee sbiectu actinc vt detm e Ad
2m de qr Boecius loq de 1a fora simt que e actus pura cu inl poalit admiste / et th e solus ds
Deinde quit de sacro altaris / Et ca hc qrut tria po vtr corp x s sua tota qntitate co-
tinea sb spebus qntitat panis / 2o vtr i eod instati sit i panis et corp x / Tercio vtr ds
possit face qr albedo et alie qlitates sit sn qnte pe fat qr qntitas i sacro altaris e sn subiecto
Ad pm sic proce vi qr no possit totu corp x sbillis spebus panis cotinei / No em potest
ecs p miraclm fieri vt duo cda sit pe vera vt Aug dt q faustu / hoc at so si tom



Corpus Christi esset sub illis speciebus. Si enim esset sub illis speciebus totum, non est maius illis speciebus cum non
excedat eas. Contra: secundum rei veritatem est maius cum sit bicubitum et completum. Et erit eodem maius et non maius.
Ergo non potest esse. Praeterea impossibile fieri quod sub illis speciebus contineatur totum. Sed quod ubicumque est pars alicuius corporis
est et totum corpus nisi sit divisum. Sed corpus Christi non est divisum cum sit impassibile. Ergo cum ad totum Christi sit
sub illis speciebus ut dicitur Matthaei 26 hoc est corpus meum, oportet quod sub illis speciebus totum corpus Christi contineatur.
Respondeo dicendum quod sub illis speciebus absque dubio continetur totum corpus Christi et tota quantitas eius. Ad cuius evidentiam
sciendum est quod in sacramento altaris dupliciter aliquid continetur: uno modo ex vi sacramenti, alio modo ex naturali concomitantia.
Unde sub speciebus panis continetur et corpus et sanguis Christi, sed corpus ex vi sacramenti, sanguis ex concomitantia
naturali, quia corpus Christi non est sine sanguine. Sub speciebus autem vini est e converso. Illud autem continetur sub sacramento ex vi sacramenti
quod est transsubstantiationis terminus. Et propter hoc anima et divinitas non continetur in sacramento ex vi sacramenti cum panis et
vinum in ea non convertatur, sed ex naturali concomitantia, quia anima inseparabiliter unitur illi corpori et divinitas continuatur.
Cum autem ex parte panis substantia transeat et quantitas maneat cum reliquis accidentibus, patet quod directe transsubstantiationis terminus
est substantia corporis. Et ipsa substantia corporis Christi est ibi ex vi sacramenti, sed quantitas ex naturali concomitantia. Unde patet quod substantia
corporis Christi in mente habet ordinem ad dimensiones panis remanentes, quantitas autem corporis Christi quasi ex consequenti. Ergo autem est
in ordine locati ad locum, quia substantia locati ordinatur ad locum mediantibus dimensionibus propriis. Et inde est quod oportet dimensiones
locati commensurari dimensionibus loci continentis. Non oportet autem dimensiones corporis Christi commensurari dimensionibus specierum,
et ideo secundum quantitatem propriis dimensionibus panis, ut esse totum corpus Christi sicut totum natura substantiae alicuius corporis salvatur in qualibet
parte illius corporis. Ad primum ergo dicendum quod non sequitur ex hoc corpus Christi non esse maius illis speciebus quia continetur sub eis
quia non continetur quasi commensurans vel commensuratum. Unde non sequitur quod dicta esse sint vera. iv q.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod in eodem instanti sub speciebus illis sit substantia panis et corpus Christi. Accipiatur enim ultimum
instans in quo est panis et primum instans in quo est corpus Christi. Aut ergo sunt duo instantia aut unum. Sed non duo,
quia cum inter quaelibet duo instantia sit tempus medium, esset aliquod tempus dare in quo non est ibi nec corpus Christi nec
substantia panis. Ergo oportet quod sit unum instans. Et in eodem instanti ibi est panis et corpus Christi. Si dicatur quod sit dare
ultimum instans in quo est panis: contra, esse panis mensuratur quodam tempore, sed mensura propria mensurati est
ergo in quolibet instanti illius temporis est ibi panis, et in ultimo instanti. Praeterea sicut se habet tempus ad motum continuum, ita
se habet instans ad mutationem instantaneam. Sed tempus includit utrumque terminum motus continui. Ergo et unum instans
includit utrumque terminum transsubstantiationis quae est mutatio instantanea. Cuius autem termini sunt panis et corpus Christi. Ergo in eodem
instanti ibi est panis et corpus Christi. Praeterea in qualibet mutatione instantanea verum est dicere quod fit et factum est, quia in
instanti non est accipere prius et posterius. Ergo cum transsubstantiatio sit mutatio instantanea, simul verum est dicere quod ibi fit corpus
Christi et factum est. Sed corpus Christi est de rebus permanentibus in quibus quod fit non est quod factum est. Ergo corpus Christi simul est et non est.
Sed quando non est ibi corpus Christi est ibi substantia panis. Ergo simul in eodem instanti est ibi corpus Christi et substantia panis. Sed quod duae
formae substantiales disparatae non possunt in eodem instanti eidem inesse, sed forma panis et corporis Christi sunt huiusmodi, ergo non possunt simul
eidem inesse et in eodem instanti. Respondeo dicendum quod nullo modo in eodem instanti est ibi corpus Christi et substantia panis, nec est assignare
ultimum instans in quo est ibi panis, sed bene ultimum tempus quod continuatur ad instans illud in quo primo est ibi corpus Christi. Ad
cuius evidentiam sciendum est quod in rebus naturalibus mutationes instantaneae sunt termini motus successivi. Cuius ratio est quia huiusmodi
mutationes habent pro terminis formam et privationem, sicut generatio ignis: ignem et non ignem. Inter formam autem et privationem non
potest esse aliquod medium in parte recipiente, sed id quod privatur forma magis et magis approximat ad formam cum eius dispositio
ad formam quae intenditur et remittitur per motum continuum. Et ideo oportet praeexistere motum alterationis qui terminatur ad generationem.
Et alteratio habet duos terminos: unum similiter scilicet ultimam dispositionem quae est necessitas ad formam, quia alteratio est motus
in qualitate, et aliud aliquid similiter scilicet formam substantialem. Et eodem modo illuminatio est terminus motus localis solis quae est mutatio instantanea
existens inter formam lucis et privationem eius scilicet tenebras. Cuiuslibet autem motus qui mensuratur aliquo tempore oportet quod ultimus
terminus sit in ultimo instanti temporis. Cum tunc forma substantialis sit quaedam terminus alterationis, oportet quod in ultimo instanti illius temporis
inducatur forma substantialis. Corruptio autem et generatio sunt simul, quia generatio unius est corruptio alterius. Oportet ergo quod in
ultimo instanti illius corporis sit terminus corruptionis unius ut aeris et terminus generationis alterius ut ignis. Terminus autem corruptionis
est non esse. Ergo oportet quod in ultimo instanti illius temporis sit primo non aer et primo ignis. Sed ante ultimum instans aeris temporis non potest
accipi penultimum quia inter quaelibet duo instantia est tempus medium secundum philosophum. Et non est accipere ultimum instans
in quo sit aer, sed in toto tempore mensurante motum alterationis est aer, et in ultimo instanti est primo non aer et primo ignis.
Et similiter transsubstantiatio est terminus cuiusdam motus qui consistit in prolatione verborum. Unde in ultimo instanti temporis
mensurantis illam prolationem est primo non panis et primo corpus Christi. Et non est dare ultimum instans in quo est panis
sed ultimum tempus. Inter tempus autem et instans non oportet quod aliquod medium cadat, sicut nec inter lineam et punctum.
Et non oportet quod aliquando neque sit panis neque corpus Christi. Et ita patet solutio ad primum. Ad secundum dicendum quod punctum additum
vel subtractum lineae non facit maiorem vel minorem. Et similiter est de instanti apposito tempori vel subtracto ab eo

Unde quamvis in ultimo instanti temporis mensurantis esse partis non sit pars tamen non sequitur quod tempus id sit
minus quam duratio esse partis / et quod mensura non adequatur mensurato. Ad 2m dicendum quod instans dicitur mensurare
mutationem aliquam instantaneam ipsam mensurat tamen eius ad quod / quia terminus eius a quo / coniungitur cum toto
motu precedente / et ita mensuratur tempore mensurante motum precedentem / sed tempus mensurat motum / con utrumque
terminum et ideo non est simile. Ad 3m dicendum quod fieri dupliciter dicitur uno modo movere ad esse / et sic id quod generatur in
toto tempore alterationis precedentis dicitur fieri / et hoc modo loquitur philosophus de fieri in 6 physicorum ubi dicit quod omne factum esse precedit
fieri / et omne fieri precedit factum esse / etc. non est verum quod tamen aliquid fiat factum sit / sed sic verum est quod id quod
fit non est / Alio modo dicitur fieri res quando introducitur forma / et sic fieri non est motus / sed terminus motus / unde
sic sit motus terminatur et est / ita sic aliquid fit et factum est / sed hoc modo id quod fit est quia terminus factionis
est esse in quo ponitur esse id quod dicitur hoc modo fieri q. xi.

Ad 2m sic proceditur videtur quod deus non possit facere quod albedo aut aliqua qualitas corporalis sit sine quantitate / quia
quantitas est prima dispositio corporis eo quod immediate adheret substantie ut dicit Boethius / sed prima in quolibet genere est causa
eorum que sunt post ut dicitur 2o methaphysice / ergo a quantitate habent omnia accidentia alia que sunt dispositiones corporales
ergo remota quantitate nulla qualitas corporalis remanet. Sed contra / qualitas spiritualis ut scientia vel virtus
est nobilior quam qualitas corporalis / sed qualitas spiritualis etiam ex miraculo non potest esse absque subiecto ut videtur
/ ergo multominus qualitas corporalis possit esse sine subiecto adminus quod est quantitas. Preterea magis est ignotum
aliquam qualitatem corporalem quod sit omnino sine subiecto quam quod sit in subiecto spirituali / quia esse in subiecto spirituali
est qualitatis spiritualis que est in predicamento eodem cum qualitate corporali / sed esse omnino sine subiecto est substantie que est
aliud predicamentum sed non posset miraculose fieri quod qualitas corporalis esset in subiecto spirituali / ut albedo in
angelo / ergo multominus fieri potest quod qualitas corporalis non habeat subiectum adminus quantitatem. Sed contra magis
dependet qualitas a substantia quam econverso sed deus non posset facere aliquam substantiam creatam absque omni accidente quia
adminus oportet quod creatura insit relatio ad suum creatorem / ergo multominus potest fieri / quod qualitas sit absque omni subiecto.
Sed contra hoc potest fieri quod in sacramento altaris quantitas sit sine substantia quia quantitas per essentiam a substantia differt sed similiter
qualitas differt differt per essentiam a quantitate / ergo eadem ratione fieri possibile ut qualitas esset sine quantitate. Respondeo dicendum quod
divine potentie racionem sive impotentiam attribuendum est quicquid in defectum non sonat / tamen aliqua sunt que natura creata
non patitur ut fiat propter aliquam repugnantiam / quam importat racionem contradictionem implicite / et de talibus con-
suevit a quibusdam dici quod deus potest ea facere quamvis ipsa fieri non possunt. Ut ergo videatur utrum fieri possit
a deo quod albedo sit sine quantitate / sciendum est quod in albedine et in qualibet alia qualitate corporali / est duo considerare
scilicet ipsam naturam albedinis / per quam speciem sortitur / et individuationem eius. secundum quod est albedo singularis albaturae
specie distincta. Si posset ergo fieri divino miraculo ut natura albedinis subsisteret absque omni quantitate tamen illa
albedo non esset sicut hec albedo singularis / sed esset quedam forma intelligibilis ad modum formarum separatarum / quas
Plato posuit. secundum quod hec albedo sensibilis individuata esset sine quantitate fieri non possibile / quamvis fieri possit quod
quantitas individuata sit sine substantia quia quantitatibus individuatur non solum ex subiecto sicut alia accidentia / sed ex situ
qui est de racione quantitatis dimensive / que est quantitas positionem habens / et ideo possibile est ymaginari duas lineas separatas
eiusdem speciei numero divisas secundum divisionem situs / Alias linea non esset duplicabilis ex ipsa racione sui generis / Non enim
dividitur linea nisi in lineas. Plures autem albedines eiusdem speciei sine subiecto / ymaginari est impossibile / et sic patet
quod albedo non individuatur nisi ex subiecto / et propter hoc non posset esse individua nisi esset in aliquo subiecto adminus
in quantitate / secundum quam habet unde individuetur etiam absque subiecto sicut sic patet in corpore christi. Ad primum ergo dicendum
quod albedo si sine quantitate esset / iam non esset corporalis qualitas sed spiritualis ut ex dictis patet. Ad 2m dicendum quod de quantitate
spirituali omnino idem videtur quod de quantitate corporali est dictum. Ad 3m dicendum quod cum substantia spiritualis quantitate careat non
potest fieri quod qualitas corporalis sit in substantia spirituali nisi per modum illum quo potest esse sine quantitate ut dictum est. Ad
ultimum dicendum quod ex hoc ipso quod substantia creata comparatur ad deum consequitur ipsam aliquod accidens sicut ipsa relatio creatoris
ad creaturam / a qua plus relatio / Unde sicut deus non potest facere quod creatura non dependeat ab ipso / ita non posset
facere quod esset absque huiusmodi accidentibus. posset autem facere quod esset absque aliis accidentibus / Accidens autem non habet
subiectum ex hoc quod comparatur ad deum / et ideo nihil prohibet quin deus facere possit aliquod accidens sine
subiecto. Ad ultimum quod obicitur iam patet quod non est eadem ratio de quantitate et qualitate ut ex dictis patet

Deinde queritur de corporibus dampnatorum. Et circa hoc queruntur tria. primo utrum corpora dampnatorum
sint incorruptibilia vel corruptibilia / 2o utrum resurgent cum suis deformitatibus / 3o utrum puniantur in
inferno igne et fletu corporali. Ad primum sic proceditur videtur quod corpora dampnatorum non erunt incorruptibilia. Cor-
pus enim non potest esse incorruptibile nisi vel per naturam ut corpus celeste / vel per graciam innocentie ut corpus
hominis in primo statu / vel per gloriam ut corpus christi in resurrectione / sed nullum istorum competit corporibus dampnatorum / ergo
corpora dampnatorum non erunt incorruptibilia / si dicatur quod erunt incorruptibilia ex decreto divine iusticie. Contra

culpe no debet' pena ppetua nisi q ht ad ppetuitatis sed ppetuitas culpe no e ex pte corporis
sed ex pte volu que elegit in pcto ppetuo manere go diua iusticia no requirit q corpus eternat puiat
Ad 3m Corpus no puit' pro pcto aie nisi inqm e organu aie opantis pctm sed i aliquibus actibus aie
pt ee pctm mortale i qbus corpus no comicat sic pz i pctis spualibus go si aia pro eis solu dapnet
corpi eius no debet' ppetua pena Ad 4m sic aia dapnat ppr pctm trasgressionis ita dapnat' ppr
pctm obmissionis sed in obmissione nichil cooperat' corpus go no debet' pena ppetua si propter
pctm obmissionis aia dapnaret' etc diua iusticia no requirit corpora dapnatorum ee incorruptibilia Sed
qn remota ca remouet et effectus sed post iudicium cessabit motus celi q e ca corrupcionis i corporibus go cessa-
bit corrupcio et corpora dapnatorum erunt incorruptibilia Dicendo dicendum q corpora dapnatorum erunt incorruptibilia
qvis sint passibilia Incorrupcionis aut eorum pa ca et pncipalis e diua iusticia que consumabit corpora dapna-
torum i ppetuis penis Sed ca materialis et qsi coadiuuans erit quies motus celi quo quiescente nulla
accio vel passio potest ee i corporibus ptinens ad trasmutacionem nature vnde et corpora dapnatorum no patient'
ab igne passione nature q ita nature corporis eorum trasmutet' a natura sua sed patient' passionem aie sic organum
sensus a sensibili suscipit spiritualem qualitatem sensibilis Ad pmm go dicendum q racio illa procedit ex insufficienti diuisione
Est em aia ca incorrupcionis a cbus que tangunt' i obieccione s defectu diuine iusticie qvis posset dici aliquo
q eciam p naturam erunt incorruptibilia inqm s remocionem naturalis corrupcionis pncipii s motus celi Ad 2m dicendum q
pctm et racio culpe et ppetuitatis est ex aia no ex corpore Vnde sic corpus puit' pro pcto inqm e
instrm pcti racionem culpe habentis vel grauis ab aia ita ppetuo puniri debet inqm e instrm pcti quod ht
ppetuitatem ex volu Ad 3m dicendum q hoc no e racio pncipalis quare puit' corpus pro pcto aie quia e instrm
aie opantis pctm sed magis qr e ps eciam hois qui opa' prope em hec dicit ho e qui pcat p aiam
et io si puiret' aia tm no puiret' q pcat s ho Nec tn e verum q aliqua accio sit hois i vita pnti
in quo corpus no conuincet quia qvis in actibus intellectus pt no conuincet corpus sic instrm actus comicat
tn sic representans obiectum qr obiectum intellectus e fantasma sic color visus vt dicit in 3o de aia fa-
tasma aut no e sine organo corporali etc pz q est intellectus et i aliis actibus aie vtitur corpore Ad 4m
dicendum q pro pcto obmissionis no dapnat' aia quia ad agitur sed qr obmittit' id quod e debitum fieri
Erat aut debitum fieri ab aia et a corpore inqm corpus comicat actibus aie et ita eodem pctm trasgressionis
et obmissionis ptinet ad corpus et ad aiam

Ad 3m sic procedit' vr q corpora dapnatorum sint deformitatibus plena resurgent Resurreccio em fit diua virtute q pfectissima e sed
virtutis pfecte e opus pfectum et effectus pfeccionis go corpora resurgencium erunt pfecta et ita corpora dap-
natorum resurgent sine deformitatibus Sed contra Sap xi dicit p que pcat qs p hec torquet' Si dapnati
peccauerunt p corpa deformitate habencia go resurgent eorum corpora cum deformitatibus Dicendo dicendum q defor-
mitas i corpore pt ee duobus modis vno ex defectu alicuius membri et talis deformitas ut comit' dici
in corporibus dapnatorum no erit quia oes resurgent incorrupti et sine defectu alicuius membri ut totum
corpus puiat' in reprobis et pmiet' in electis Alio pt ee deformitas vel defectus corporis ex inde-
bita proporcione partium sic febris accidit ex indebita proporcione humorum et sic gibbi fiunt ex superhabundancia
carnis i aliqua pte et de tali deformitate vel defectu e duplex opinio Quidam em attendentes dapna-
reproborum vt nichil eis mali deesset dixerunt q talibus deformitatibus no carebunt Alii attendentes virtutem
resuscitantis qui sic naturam condidit i opere creacionis ita naturam i resurreccione reparabit dixerunt q oes defectus
q ex vicio nature accidunt auctor nature remouebit vt febre et huiusmodi Sed defectus q ex pua volute
processerit i reprobis remanebunt sic sunt macule et reatus pctorum Quid aut verius sit Aug i enchiridion
sub dubio relinquit dicens q non debet ee questio de pulcritudine eorum quorum e certa dapnacio Hiis visis facile pz
Ad 2m Ad 3m sic procedit' vr q corpora dapnatorum puiant vermibus et fletu corporalibus solucio ad obiecta
Judith vltimo dicit' Dabit ignem et vermes i carnes eorum Sed vermis spualis
no dat' in carne sed magis in aiam go vermis quo reprobi puient' no e tm spualis sed eciam
corporalis Item Luce xiii dicit quedam glo q p fletu quem dns reprobis comiat' pt probari vera corporum
resurreccio q no esset si fletus ille esset tm spualis go etc Sed contra e q vermis quo puient' reprobi
e imortalis Ysaye vltimo vermis eorum no morietur sed nichil aialium ht ordinem ad imortalitatem nisi homo
go vermis ille no erit materialis Preterea in fletu corporali fit quedam resolucio lacrimarum sz de corpore
humidum quod ad corpore resoluitur nisi fiat alia restauracio tandem consumit' Cum go i corporibus dapnatorum
non restauracio fiat deperdi vr q fletus q erit in eis ppetuus no erit materialis Dicendo dicendum
q circa hoc Aug li 20 de ci dei post diuersas opiniones sic dicens In pena malorum et inextinguibilis
ignis et viuacissimus vermis ab aliis aliter atqz aliter expositum e Alii quippe vtrumqz ad aiam
retulerunt alii vtrumqz ad corpus alii ad corpus ignem ad aiam tropice vermem quod ee credibilius videtur

corpora damnatorum incorruptibilia

Unde sequentes aug. dicunt quod vinus erit spiritualis ut ipse remorsus conscientie intrinsecus animam corrodens
vinus dicitur et similiter fletus dicitur erit spiritualis ut ipse dolor fletus dicitur. Aliter tamen posset dici etiam cor
poralis fletus etiam secundum lacrimarum emissionem, ut fletus dicitur non solum anime dolor sed dispositio qua corpus
disponitur anima dolente. Ad primum ergo dicendum quod locutio illa tropologica est et possunt per carnes exponi
animi impiorum qui carnales fuerunt. Ad secundum dicendum quod fletus corporalis modo predicto secundum lacrimarum effusionem sufficit
ad vite resurrectionis immunditiam, si tamen sustineatur quod vinus et fletus erunt corporales posset dici quod divina
virtute et vermis ille sustinetur, et lacrimarum deperditio restauretur.

Deinde queritur de sensibus sacre scripture. Et circa hec queruntur tria: primo utrum possint sensus litterales in verbis sacre scripture
alii sensus lateant; secundo de numero sensuum sacre scripture; tertio utrum isti sensus inveniantur in aliis scripturis.

Ad primum sic proceditur videtur quod in eisdem verbis sacre scripture non lateant plures sensus, quia dictionibus semel sumpta
non est utendum equivoce vel multipliciter sed pluralitas sensuum facit multiplicem locutionem, ergo in eadem locu-
tione sacre scripture non possunt plures sensus latere. Item sacra scriptura ordinata est ad intellectum secundum potentiam p̄stu, declarando
simonium tuorum dat intellectum, sed multiplicitas sensuum obnubilat intellectum, ergo non debent in sacra scriptura
multi sensus esse. Item illud quod potest esse occasio erroris debet in sacra scriptura vitari, sed ponere alios sensus preter litterales
in scriptura potest esse occasio erroris, quia tunc quilibet posset exponere sacram scripturam secundum quod ipse vellet ad con-
firmationem sue opinionis, ergo non debent esse plures sensus in sacra scriptura. Item Aug. dicit non super gen. ad litteram
quod maior est sacre scripture auctoritas quam omnis humani ingenii perspicacitas, ergo illi sensus qui non habent auctoritatem ad
confirmandum non est quod sint sensus sacre scripture, sed nullus sensus preter litteralem habet robur ad confirmandum, ut dicit
Dionysius in epistola ad Titum et eciam quod simbolica theologia, que ex similibus procedit, non est argumentativa, ergo
sacra scriptura alios sensus preter litteralem non habet. Item quicumque sensus ex verbis alicuius scripture trahitur que auctor non intendit
non est sensus proprius, sed auctor per unam scripturam non potest intendere nisi unum, quia non contingit simul plura intelligere,
ergo non possunt esse plures sensus propter sacram scripturam. Sed contra est quod dicit Dan. xii: pertransibunt plurimi et multiplex erit
scientia. Item Ieronimus dicit in prologo Biblie loquens de apocalypsi: In verbis singulis multiplices latent intelligentie. Responsio. Dicendum
quod sacra scriptura ad hoc est divinitus ordinata ut per eam nobis veritas manifestetur necessaria ad salutem. Manifestatio autem
vel expressio alicuius veritatis potest fieri de aliquo rebus et verbis, in quantum scilicet verba sunt res et una res potest esse figura
alterius. Auctor etiam rerum non solum potest verba accommodare ad aliquid significandum, sed etiam res potest disponere in figuram alterius.
Et secundum hoc in sacra scriptura manifestatur veritas dupliciter, primo secundum quod res significantur per verba, et in hoc consistit sensus litteralis.
Alio secundum quod res sunt figura aliarum rerum et in hoc consistit sensus spiritualis et sic sacre scripture plures sensus competunt.
Ad primum ergo dicendum quod varietas sensuum quorum unus ab alio non procedit facit multiplicem locutionem. Sed sensus spiritua-
lis fundatur super litteralem et procedit ex eo, unde ex hoc quod sacra scriptura exponitur litteraliter et spiritualiter non est in
ipsa aliqua multiplicitas. Ad secundum dicendum secundum quod Aug. dicit in libro de doctrina christiana, utile est a deo dispositum ut
veritas in sacra scriptura cum aliqua difficultate manifestetur. Est enim hoc utile ad tollendum fastidium, quia ad ea que
sunt difficilia maior consurgit attentio que tedium tollit. Similiter ex hoc tollitur superbie occasio, dum homo diffi-
culter veritatem sacre scripture capere potest. Similiter per hoc veritas fidei ab irrisione infidelium defenditur, unde dominus dicit
Nolite mittere sanctum canibus. Et Dionysius Thimotheum monebat ut sancta ab immundis incontaminata servaret
et ita patet quod expedit veritatem fidei secundum diversos sensus in sacra scriptura tradi. Ad secundum dicendum quod sicut dicit Aug. in
libro de doctrina christiana nihil est quod occulte in aliquo loco sacre scripture tradatur quod non alibi manifeste exponatur.
Unde spiritualis expositio semper debet habere fundamentum in litterali expositione sacre scripture, et ita vitatur omnis erroris occasio. Ad
quartum dicendum quod non est contra dictum auctoris quod ex sensu spirituali non potest trahi efficax argumentum, sed ex ipsa non
simplici in qua fundatur spiritualis sensus. Una enim res pluribus similis esse potest, unde non potest ab illa re quomodo in
sacra scriptura ponitur procedi ad aliquam illarum determinate, sed est fallacia consequentis, utpote leo propter aliquam similitudinem
significat Christum et dyabolum, unde per hoc quod aliquid de leone dicitur in sacra scriptura ad neutrum potest fieri processus in sacra
scriptura. Ad quartum dicendum quod auctor principalis sacre scripture est spiritus sanctus qui in uno verbo sacre scripture intellexit multo
plura quam per expositores sacre scripture exponantur vel discernantur. Nec etiam est inconveniens quod homo qui fuit instrumentalis
auctor sacre scripture in uno verbo plura intellexerit, quia prophete ut Ieronimus dicit super Ozee loquebantur de factis
presentibus quod eciam intendebant futura significare, unde non est impossibile plura simul intelligere in quantum unum est figura alterius.

Ad secundum sic proceditur videtur quod non debeant distingui quatuor sensus sacre scripture scilicet historialis vel litteralis, alle-
goricus, moralis et anagogicus. Sicut enim in sacra scriptura aliqua figurative dicuntur de Christo, ita etiam
figurative dicuntur de multis aliis hominibus, sicut Dan. 8 per hircum caprarum significatur rex grecorum. Sed huiusmodi
figurative locutiones non faciunt aliquem sensum preter litteralem in sacra scriptura, ergo nec sensus allegoricus per quem
exponuntur de Christo ea que in figura eius precesserunt. Dicitur autem alius sensus ab historico qui ponitur, quod una
est persona capitis et membrorum, sed sensus allegoricus videtur pertinere ad caput ecclesie scilicet Christum. Sensus autem moralis

tras cue gi sac scriptura cum difficultate manifestatur

Lra gesta docet quid credas allegoria
Moralis quid agas quo tendas anagogia

Videtur pertinere ad membra eius fideles / ergo sensus moralis non debet distingui ab allegorico. Ad 2m / moralis
sensus est qui ad morum instructionem pertinet // sed sacra scriptura in pluribus locis secundum litteralem sensum mores
instruit / ergo moralis sensus non debet distingui a litterali. Ad 3m / sicut xpus est caput ecclesie militantis ita
est caput triumphantis / nec est alius et alius xpus / ergo nec sensus anagogicus per quem aliqua exponuntur
de ecclesia triumphante debet esse alius ab allegorico quo qua exponuntur de xpo et ecclesia militante. Ad 4m
si isti 4or sensus essent de necessitate scripture / quelibet pars scripture deberet hos 4or sensus habere / sed hoc
falsum ut enim Aug. dicit super Gen. ad litteram / In quibusdam sensus litteralis querendus est solus / ergo hii
4or sensus non sunt de necessitate expositionis sacre scripture. Sed contra est quod Aug. dicit in principio super Gen. ad litteram
In omnibus libris sacris oportet intueri que ibi eterna intimentur / que ibi facta narrantur / que futura prenun-
tiantur / que agenda precipiantur. Primum autem pertinet ad sensum anagogicum / secundum ad hystoricum / 3m ad allegoricum
4m ad moralem / ergo 4or sunt sensus sacre scripture. Ad idem Beda super Gen. in principio dicit quod 4or sunt sensus sacre scripture hy-
storia que res gestas loquitur / allegoria in qua aliud ex alio intelligitur / tropologia id est moralis locutio in qua
de moribus tractando ordinatur / anagogia per quam de summis et celestibus tractura ad superiora ordinatur. Respondeo

dicendum quod distinctio istorum 4or sensuum hoc modo accipi debet / sicut enim dictum est sacre scripture veritate qua tradit
duplex manifestat scilicet per verba et per rerum figuras / manifestatio autem que est per verba facit sensum hystoricum sive litteralem /
unde id ad sensum totum litteralem pertinet quod ex ipsa verborum significatione recte accipitur. Sed sensus spiritualis ut dictum est vel
consistit in hoc quod quedam res per figuram aliarum exprimuntur. Et quia viplia solet esse fieri inplicitu ut
Dyo. dicit Ierar. quod sensus iste qui ex figuris accipitur spiritualis vocatur. Veritas autem quam sacra scriptura per figuras tradit
ad duo ordinatur scilicet ad recte credendum et recte operandum / si ad recte operandum sic est sensus moralis qui alio nomine
tropologicus dicitur / si autem ad recte credendum oportet distinguere secundum ordinem credibilium. Ut enim Dyo. dicit 5 c. ce. Ierar.
status ecclesie militantis medius est inter statum synagoge et statum ecclesie triumphantis / vetus enim testamentum
figura fuit novi / vetus simul et novum figura sunt celestium / sensus ergo spiritualis sermonis ordinatus ad recte
credendum potest fundari in illo modo figurationis quo vetus testamentum figurat ecclesiam militantem et est sensus allegoricus vel
quo novum simul et vetus figurant ecclesiam triumphantem et est sensus anagogicus. Ad primum ergo dicendum quod huiusmodi et
alia huiusmodi per que alie persone a xpo in scripturis designantur non fuerunt res aliquae sed similitudines ymaginarie
ad hoc solum ordinate ut ille persone figurarentur / unde illa significatio qua per illas similitudines persone ille et regna figurantur
non est nisi ad hystoricum sensum. Sed ad xpm designandum etiam illa que in rei veritate contigerunt ordinantur sicut
umbra ad veritatem / et ideo tantum significatio qua per huiusmodi res xpus et eius membra figurantur facit alium sensum preter
hystoricum scilicet allegoricum / si aliquando vero inveniatur quod xpus figuratur per huiusmodi ymaginarias similitudines tunc significatio non
excedit sensum litteralem / sicut xpus figuratur per lapidem qui est excisus de monte sine manibus Dan. 2o. Ad 2m
dicendum quod sensus allegoricus non solum pertinet ad xpm secundum caput sed etiam secundum membra sicut quod per 12 la-
pides electos de Iordane ut dicitur Iosue 4 figurantur 12 apostoli / sed moralis sensus pertinet ad membra xpi
quantum ad proprios eorum actus et non secundum quod considerentur ut membra. Ad 3m dicendum quod moralis sensus non dicitur
sensus per quem mores instruuntur / sed per quem instructio morum sumitur ex similitudine aliquarum rerum gestarum / sic enim
moralis sensus est pars sensus spiritualis / unde apparet quod numquam est idem sensus moralis et litteralis. Ad 4m dicendum quod sicut
sensus allegoricus pertinet ad xpm secundum quod est caput ecclesie militantis iustificans eam et gratiam infundens / ita et
sensus anagogicus pertinet ad eum secundum quod est caput ecclesie triumphantis glorificans eam. Ad 5m dicendum quod 4or isti sensus non
attribuuntur sacre scripture ita ut in qualibet eius parte sit istis 4or sensibus exponenda / sed quandoque istis 4or
quandoque tribus / quandoque duobus / quandoque uno tantum / In sacra enim scriptura precipue ex prioribus posteriora figurantur / et ideo
quandoque in sacra scriptura secundum sensum litteralem dicitur aliquid de prioribus quod potest spiritualiter exponi de posterioribus / sed non
convertitur / Inter omnia autem que in sacra scriptura narrantur prima sunt illa que ad vetus testamentum pertinent
et ideo ea que secundum sensum litteralem ad facta veteris testamenti spectant possunt 4or sensibus exponi / si vero sint illa que
pertinent ad statum presentis ecclesie in quibus illa sunt priora que ad caput pertinent respectu eorum que pertinent ad membra
/ quia ipsum corpus verum xpi et ea que in ipso gesta sunt sunt figura corporis xpi mistici / et eorum que in ipso
geruntur scilicet ut in xpo exemplum vivendi sumere debeamus / In xpo etiam futura gloria nobis premonstrata est / unde ea
que ad litteram de ipso capite xpo dicuntur possunt exponi et allegorice referendo ad corpus xpi misticum / et
moraliter referendo ad actus nostros qui secundum ipsum debent informari / et anagogice in quantum in ipso xpo est nobis
iter glorie demonstratum / Sed quando secundum litteralem sensum dicitur aliquid de ecclesia non potest exponi allegorice nisi ea forte
que dicuntur de primitiva ecclesia exponantur quantum ad futurum statum ecclesie presentis / possunt tamen exponi moraliter
et anagogice / Ea vero que moraliter dicuntur secundum sensum litteralem non consueverunt exponi nisi allegorice / Illa
vero que secundum sensum litteralem pertinent ad statum glorie nullo alio sensu consueverunt exponi / eo quod non sunt figura aliorum sed
Ad 3m sic proceditur videtur quod in aliis scripturis predicti sensus distingui [illegible] ab aliis figurata
debeant / Sensus enim spirituales in sacra scriptura accipiuntur ex quibusdam similitudinibus / sed in aliis scripturis
procedit etiam ex quibusdam similitudinibus / ergo in scripturis aliorum sicut possunt plures sensus inveniri. Ad 2m / poetice

[illegible]

Actus est virtute rerum quarumdam plus in eius fictis designari / ergo videtur quod etiam ex dictis poetarum sensus spirituales inveniantur
et non solum in sacra scriptura. Contra Philosophus dicit quod qui dicit unum quodam dicit multa / ergo videtur quod in aliis
scientiis in uno sensu possunt designari plures / etc non solum sacra scriptura habet sensus spirituales / Sed contra
est quod Gregorius 20 moralium super Job sacra scriptura omnes scientias atque doctrinas / ipso etiam locutionis sue more
transcendit / quia uno eodemque sermone dum narrat gestum prodit misterium. Responsio dicendum quod spiritualis sensus
sacre scripture accipitur ex hoc quod res cursum suum peragentes significant aliquid ad quod spiritualem sensum acci-
pimus / Sic autem ordinantur res cursu suo ut ex eis talis significatio possit accipi quod eius solius quod
sua providentia res gubernat qui solus deus est / Sicut enim potest homo adhibere ad aliquid significandum aliquas
voces vel aliquas similitudines fictas / ita deus adhibet ad significationem aliquorum ipsum cursum rerum sue
providentie subiectarum / Significare autem aliquid per verba vel per similitudines fictas tantum ad significandum ordinatas / non facit
nisi sensum litteralem ut ex dictis patet unde in nulla scientia humana industria inventa proprie loquendo potest inveniri
nisi sensus litteralis / sed solum in ista scriptura cuius spiritus sanctus est auctor homo vero instrumentum est tamen / secundum illud
psalmi lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Ad primum ergo dicendum quod in aliis scientiis procedit ex pluribus arguendo
non autem quibus una res significetur / sed etiam alia res. Ad secundum dicendum quod fictiones poeticae non sunt ad aliquid ordinate
nisi ad significandum / unde talis significatio non supergreditur modum litteralis sensus. Ad tertium dicendum quod qui dicit unum quodam modo
dicit multa scilicet in potentia / secundum quod conclusiones sunt potentia in principiis / Ex uno enim principio multe questiones sequuntur
non quod in aliis scientiis per modum significationis quod dicitur de una re possit de aliis intelligi ut sensu / licet ipse tamen
Questio est de opere manuali / Circa quod duo queruntur primo utrum operari / possit per argumentationem
manibus sit in precepto / Secundo utrum ab hoc precepto excusentur illi qui spiritualibus operibus vacant. Ad primum
sic proceditur videtur quod operari manibus sit in precepto 2a Thessalonicenses 3 si quis non vult operari non manducet / audivimus enim
et cetera glossa quod id preceptum quia audivimus in et cetera. Preterea Augustinus in libro de opere monachorum / audiat ergo quilibet hec precepta
nullus debet exinaniri ut vera dicit nisi per mortalem / sed non peccat mortaliter
Apostoli quod non habent hanc potentiam. Preterea / nullus debet exinaniri ut vera dicit nisi per mortalem / sed non peccat mortaliter
nisi qui preceptum facies / Cum ergo et qui cessat ab opere manuali iure possit exinaniri / ut patet per id quod dicit
2a Thessalonicenses ultimo / si quis non obedierit verbo nostro per epistolam hunc notate / et ne commisceamini cum eo ut confundatur
Ex hoc videtur quod operari manibus sit in precepto. Preterea / ille qui peccat debet penam debitam pro peccato subire ex necessitate
precepti / sed omnes in Adam peccaverunt Romanos 5 / pena autem peccati ade est labor manualis Genesis 3 / In sudore
vultus tui vesceris pane tuo / ergo omnibus est preceptum manibus laborare. Preterea Ephesios 4 qui furabatur
iam non furetur magis autem laboret / operando manibus suis glossa laboret operando / non solum per suos sed etiam
manibus suis / Illud autem quod ad omnes pertinet est preceptum et non consilium. Preterea / labor manualis necessarius
est ad sustentationem vite corporalis / sicut actus virtutum sunt necessarii ad sustentationem vite spiritualis / sed actus
virtutum sunt in precepto / ergo et laborare manibus. Preterea / id ad quod sequitur peccatum mortale non potest sine peccato mor-
tali fieri / sed ad non laborare sequitur non manducare quod quidem est peccatum mortale / 2a Thessalonicenses 3o Qui non operatur
non manducet / ergo non operari manibus est peccatum / ergo eius oppositum est in precepto. Sed contra non est contrarium precepto vel
consilio preceptum dei vel consilium / sed dominus vel precipiendo vel consulendo dicit Matthei 6o Nolite solliciti esse
anime vestre / huic autem contrarius labor manuum / quia qui laborant manibus solliciti sunt de necessariis corporis
ergo labor manuum non est in precepto. Preterea lex vetus quantum ad precepta moralia sufficienter continebat ea que necessaria
sunt ad salutem / unde dominus Matthei 18 si vis ad vitam ingredi serva mandata et loquitur de mandatis deca-
logi / unde subdit non homicidium facies non furaberis et cetera / Sed in preceptis veteris legis nichil continetur
de labore manuum ergo labor manuum non est in precepto. Preterea / ad precepta servanda omnes tenentur / sed ad labores
manuum non omnes tenentur / alias qui sunt divites et manibus non laborant mortaliter peccarent / ergo labor manuum
non est in precepto. Preterea / ad precepta non magis tenentur religiosi quam seculares / sed ad laborandum manibus videntur
magis teneri religiosi quam seculares / unde Augustinus in libro de operibus monachorum monachos reprehendit
qui non laborant manibus non autem alios ergo et cetera. Preterea / usus liberalium artium nobilior est quam mechanicarum
que in opere manuali consistit / sed usus liberalium artium non est in precepto ergo multominus labor manuum
est in precepto. Responsio dicendum quod iudicium de qualibet re sumendum est secundum finem ad quem ordinatur / labor autem manuum
ad tria utilis esse videtur / primo ad otium tollendum / unde Ieronimus ad rusticum monachum facito aliquid operis ut te
ut te dyabolus inveniat occupatum / et quod intrat de opere manuali patet per id quod subiungit vel fiscellam
texe iunco / Et postea subdit / In desideriis est omnis otiosus / Secundo ad corporis domandum unde 2a Corinthios
6 / aliis carius maceracionibus coniungit / ubi dicit In laboribus scilicet operum quia manibus suis operabatur.
Et subiungit In vigiliis et ieiuniis et cetera / Tertio ordinatur ad querendum victum / Actuum 20 Ad ea que
michi opus erant / et his que mecum erant ministraverunt manus iste / Si ergo consideretur labor manuum
secundum quod ordinatur ad tollendum otium vel corporis domandum sic eius iudicium est de labore manuum et de
aliis exercitiis ad eadem ordinatis. Non enim est in precepto quod tollatur otium tali vel tali occupatione

Sed sufficit ad ociu tollendu quantu[m]cu[m]q[ue] licita occupacio ab ocio quis desistat et occupacio laboris
manuu[m] no[n] e[st] in precepto c[on]sideracio hoc sic / Et sciendum e[st] 2o de labore manuu[m] q[uod] ordinat[ur] ad corp[or]is
domacio[n]em quia multis exercicijs corp[us] domari p[otes]t sic vigilijs ieiunijs et multis alijs hoc / vn[de] nu[m]
eoru[m] ipsum ordinat[ur] ad eunde[m] fine[m] e[st] in precepto i[n] speciali / Sicut in g[e]n[er]ali p[otes]t in p[re]cepto corp[us] domare
q[ua]licu[m]q[ue] excercicio quo mortifice c[on]cupiscencie reprimant[ur] / Tercium aut[em] q[uod] ordinat[ur] ad victu[m] querendu[m] sic vi[detur] e[ss]e
in precepto / vn[de] dicit[ur] 1 ad Tess. x operami[ni] manib[us] v[est]ris sicut precepim[us] vob[is] / nec solu[m] e[st] in precepto iuris
positiui / sed eciam iuris n[atura]lis / Illa enim sunt de lege n[atura]li ad que ho[mo] ex suis n[atura]lib[us] inclinat[ur]
/ Sic aut[em] e[st] ex ipsa disposicione corp[or]is p[ate]t q[uod] ho[mo] n[atura]le ordine[m] h[abe]t ad opus manuale propt[er] quod dicit[ur]
Iob 5. homo ad laborem nascit[ur] et auis ad volandu[m] / Cu[m] enim alijs a[nima]libus na[tura] sufficie[n]t[er] prouiderit
in his que ad sustentac[i]o[n]e[m] sue vite p[er]tinet in cibis et armis et tegumentis / hoi aut[em] in his no[n] prouidit
quia ipse e[st] preditus racio[n]e p[er] qua[m] s[ibi] prouideret i[n] o[mn]ib[us] sup[ra]dictis / vn[de] dedit s[ibi] loco om[n]i[u]m predictoru[m]
manus c[on]uenientes ad diuersa op[er]a quib[us] conceptus racionis diuersis artificijs adequant[ur] ut d[icit] ph[ilosophu]s de
a[nima]lib[us] / Tercium tn e[st] q[uod] duplex e[st] preceptu[m] legis n[atur]e / Vnu[m] q[uo]d ordinat[ur] ad tollendu[m] defectu[m] vni[us] sim-
pl[icite]r et hoc vel spirituale sicut de actibus virtutu[m] vel corp[or]ale sicut preceptu[m] q[uo]d d[omi]n[u]s dedit hoi Gen. 1. de
omni ligno quod e[st] in paradiso comedi / Aliud vero e[st] quod ordinat[ur] ad tollendu[m] defectu[m] toci[us] spe[cie]i
sicut hoc q[uod] d[icitu]r Gen. 1. Crescite et multiplicami[ni] et re[plete] / In hoc enim p[ro]pagac[io] actu[s] g[e]n[er]ac[ionis] quo na[tura] salua[tur]
et multiplicat[ur] / hoc aut[em] int[er]e[st] inter hec duo g[e]n[er]a preceptoru[m] q[uod] p[ri]m[u]m preceptu[m] legis n[atur]e q[ui]libet te[netu]r sigilla-
tim obs[er]uare / Sed ad 2m preceptu[m] no[n] te[netu]r q[ui]libet sim[iliter] / In his enim que p[er]tinet ad spe[cie]m om[n]es homines
c[om]putandi sunt q[uas]i vnus ho[mo] / participacione enim spe[cie]i plures homines sunt vnus ho[mo] vt d[icit] porph[yrius] / Sic aut[em]
ho[mo] vnus h[abe]t diuersa me[m]bra q[ui]b[us] occupa[ntur] i[n] diuersis officijs ordinat[is] ad tollendu[m] p[ro]p[ri]u[m] defectu[m]
que no[n] p[ossu]nt o[mn]ia p[er] vnu[m] me[m]bru[m] exerceri sic oculus videt toti corpori et pes totu[m] corp[us] portat / Ita
op[or]tet e[ss]e i[n] his que ad totu[m] spe[cie]m p[er]tinet / Non enim sufficit vnus ho[mo] ad exercenda o[mn]ia quib[us] humana
societas indiget / et io diuersis officijs v[e]l occupac[ionibus] diuersos vt d[icitu]r Ro. xij. sic in vno corpore
multa me[m]bra h[abe]mus et[c]. / Hec aut[em] diuersificacio ho[m]i[nu]m in diuersis officijs c[on]tingit / p[ri]mo ex diuina prouidencia
que ita ho[m]i[nu]m status distribuit / vt nil vnq[uam] deesse inueniat[ur] de necc[essarijs] ad vitam / 2o ex cau[sis]
n[atura]lib[us] ex q[ui]b[us] c[ontingi]t q[uod] diuersis hoib[us] insunt diu[er]se inclinaciones ad diuersa officia vel ad diu[er]sos
modos viuendi / q[uia] g[ener]o labore manuu[m] p[otes]t subuenire et p[ro]p[ri]o defectui et alieno / cu[m] no[n] possit vn[us]
ho[mo] i[n] o[mn]ib[us] s[ibi] sufficere / sed indiget alieno auxilio / p[ate]t q[uod] preceptu[m] de labore manuu[m] quodam[m]o[do] sub vtroq[ue]
g[ene]re preceptoru[m] p[re]dictoru[m] c[on]tinet[ur] / In q[uan]tu[m] enim labor manuu[m] vnic[uique] subuenit[ur] necc[essitatibus] alior[um] / sic potest
ad 2m g[ene]r[e] n[atura]liu[m] preceptoru[m] p[er]tine[re] / In q[uan]tu[m] aut[em] a[liqu]is p[er] hoc suis necc[essitatibus] subuenit p[er]tinet ad p[ri]mu[m] g[ene]r[e]
sic preceptu[m] de comedendo / P[re]ceptu[m] aut[em] q[uo]d ordinat[ur] ad tollendu[m] defectu[m] corp[or]ale no[n] obligat n[isi] defectu
existente / vn[de] si e[ss]et a[liqu]is q[ui] posset viuere s[ine] cibo no[n] obligaret[ur] precepto de comedendo / Sic g[ener]o preceptu[m]
de labore manuu[m] no[n] obligat q[ue]mlib[et] a[lique]m sim[plicite]r s[ed] q[uod] ordinat[ur] ad tollendu[m] defectu[m] q[ue]m a[li]quo
[modo] viuere possit no[n] te[netu]r manib[us] op[er]ari / Qui aut[em] no[n] h[abe]t vnde victu[m] tuet[ur] vel vt a[li]quo licito ne-
gocio victu[m] acquirat te[netu]r manib[us] laborare / et hoc p[ate]z p[er] Ap[osto]lu[m] in t[ri]bus locis vbi de manuu[m]
operacio[n]e preceptu[m] dat p[ri]mo Eph. x. vbi prohibendo furtu[m] iniungit manuu[m] operacione[m] dic[en]s / Qui furaba-
t[ur] ia[m] no[n] furet[ur] mag[is] aut[em] laboret manibus suis / 2o 1 ad Thess. x. vbi precepit laborem manuu[m]
prohibens c[on]cupiscenciam rerum alienarum operamini inquit manibus v[est]ris sicut precepim[us] vobis vt honeste
ambuletis ad eos q[ui] foris sunt et nullius aliquid desideretis / Tercio p[ost]e[a] ad Thess. 3. vbi precepit operacione[m]
manuum prohibens turpia negocia / q[ui]b[us] a[li]q[ui] victu[m] querebat / Audiui[mus] inquit inter vos quosda[m]
ambulare i[n] quiete nil operantes sed curiose agentes / glo[sa] Qui feda cura sibi necc[essa]ria prouidet
/ Et subiungit his aut[em] q[ui] huiusmodi s[unt] denunciamus et obsecramus in d[omi]no ie[s]u xp[ist]o vt cu[m] silencio operantes
pane[m] suu[m] manducent / Tercium est q[uod] sic visus e[st] prior inter alios s[ensus] / c[on]ce[ssu]m aug. omnes
e[ss]e s[ensu]s or[ga]num organoru[m] 3o de a[nim]a Et io p[er] operac[i]o[n]e[m] manuale[m] intellig[itu]r no[n] solu[m] q[uo]d manibus
fit / sed quecu[m]q[ue] corp[or]is ministerio / Et breuit[er] q[uo]d q[uo]cu[m]q[ue] officiu[m] ho[mo] agit de quo licite possit victu[m]
acquirere s[u]b labore manuu[m] comprehendit[ur] / Non enim vi[detur] racionale q[uod] magistri arciu[m] mechanicaru[m]
possit viuere de arte sua / et mag[ist]ri liberaliu[m] arciu[m] no[n] possit viuere de arte sua / Simil[ite]r et aduoca-
tus vel proximo quod prestat in causis / et simil[ite]r e[st] de omnib[us] alijs li-
citis occupacionib[us] q[uia] g[ener]o preceptu[m] e[st] sed no[n] o[mn]es obligat / io ad vtrasq[ue] r[aci]o[ne]s r[espo]nd[en]d[u]m e[st] Ad p[ri]m[u]m
g[ener]o d[icendu]m et ad 2m d[icendu]m p[ate]t solo ex dictis q[uia] c[on]cedo laborem manuu[m] e[ss]e i[n] precepto / no[n] tn o[mn]es sim[iliter]

obligati. Ad 2m dicendum quod sicut ex dictis patet apostolus ad Thess. in ca. 1o qui permisso labore manuum de suo
negotiis victum acquirebat. In quo tamen obligabatur ad preceptum servandum et ideo digne erat excitatus
Ad 3um dicendum quod in dominum valde magis sunt pertinentes pena quam precipientes satisfactionem. Unde permisit ma-
ledictum terra in opere. Et similiter mulieri dixit. In dolore paries filios tuos. et ideo non sequitur quod ad
laborandum quilibet homo teneatur ex necessitate precepti. Alias sequeretur quod quilibet teneretur ad agriculturam de qua dominus
fit ibi mentionem. Ad 4um dicendum quod vita spiritualis a nullo potest conservari nisi per actus virtutum. et ideo quilibet
obligatur ad observanda precepta que sunt de actibus virtutum. Sed vita corporalis a multis potest conservari
nisi hoc quod manibus operetur. et ideo quamvis sit generaliter in precepto non tamen quilibet ad observationem eius
tenetur. Ad 5tum dicendum quod non manducare non est peccatum mortale. nisi quando sine manducatione vita conservari
non potest. tunc enim aliquis non manducando seipsum occidit. Et similiter non oportet quod aliquis peccet non laborando manibus
nisi quando aliter vitam conservare non posset nisi illicitis curis. et ideo cum illicite cure sint omnibus modis
fugiende secundum eandem distinctionem posuit apostolus non manducare et non operari dicens. Qui non vult operari
non manducet. Ad primum autem eorum que in contrarium obiciuntur dicendum quod non prohibet dominus apostolis omnem
sollicitudinem circa de his que pertinent ad victum corporis. Alias ipse loculos non habuisset. sed prohibet
sollicitudinem superfluam qua mens deprimitur superflua. unde ut in rebus temporalibus finem ponat recte opor-
et hoc deus prohibet. Unde Augustinus in libro de opibus monachorum exponens illud. Nolite solliciti esse etc. dicit
non ut ista non procurent quantum necessitati est eis. unde sed quod honeste poterunt. sed ut ista non intueantur et
propter ista faciant quicquid in predicatione evangelii facere iubentur. ut habetur in glossa in 1 ad Thess. Sed de
superflua mens predicta sollicitudine quando fiduciam de deo amittit. et hanc dominus prohibet intendit. unde
dicit glossa super illud capitulum 6o hoc ergo non prohibet providentiam et laborem sed de avibus et de liliis. sed
sollicitudinem ut tota fiducia nostra sit in deo pro quo et aves sine cura vivunt. Ad 2m dicendum quod non omnia
que sunt in precepto continentur explicite in preceptis decalogi. sed ad caput reduci tamen implicite in eis
continentur. et preceptum de labore manuum propter quod vita corporalis conservatur reducitur ad hoc preceptum. Non
occides. sic etiam preceptum de manducando. vel ad hoc preceptum. Non furtum facias. quo omne
illicitum lucrum quod per laborem manuum evitatur prohibetur. Ad 3m dicendum quod in quolibet precepto duo sunt
consideranda. scilicet finis precepti et propter (?) observandi. quia omnia precepta cuiuslibet legis sunt ordinata ad aliquod
bonum inducendum vel malum tollendum. nec ad impossibile homo ordinate precipi potest. Unde Ieronimus dicit. Qui
dicit deum ad precepisse impossibile. anathema sit. Si ergo sit tale preceptum quod non redditur possit impossibile ad
observandum et sine eo finis intentus haberi non possit obligationem illud preceptum se invenit. sicut est in preceptis
de actibus virtutum. quia admodum actus interiores sunt in homine praticis. et sine eis vita spiritualis conservari
non potest ut dictum est. Duobus ergo modis preceptum de operatione manuum obligationem amittit. uno modo quando aliquis
redditur impotens ad laborandum propter corporis imbecillitatem. alio modo quando finem huius precepti scilicet conservationem
corporalis vite consequi potest sine labore manuum. ut ex dictis patet. Ad 4m dicendum quod ad laborem manuum per se
loquendo equaliter religiosi et seculares tenentur. primo ex verbo apostoli 2e ad Thess. 3. ubi ponit de opere
manuum preceptum dicens. Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate etc. fratres enim omnes christianos
vocat. Non enim tunc temporis aliqui religiosi determinati erant. Secundo patet ex hoc quod religiosi non tenentur ad
alia quam seculares nisi ad ea quibus se ex voto obligaverunt. Sed per accidens contingit quod hoc preceptum
magis tangit religiosos quam alios. et hoc dupliciter. primo quia religiosi in paupertate vivunt. unde
facilius potest eis accidere quod non habeant unde vivant quam secularibus. Secundo ex statutis regule in aliquibus
ordinibus. Unde dicit Ieronimus in epistola ad Rusticum monachum. Egyptiorum monasteria hunc tenent morem ut nullum
absque opere et labore suscipiunt. non tam propter victus necessitatem quam propter anime salutem. ne mens vagetur
perniciosis cogitationibus. sicut etiam ad vigilias et alia quibus domatur corpus tenentur quandoque religiosi ex statutis
suis ad que seculares non tenentur. Ad 5tum dicendum quod quamvis usus liberalium artium sit nobilior non tamen
est ita necessarius ad vitam corporis sustentandam. Capitulum. Si opere manuum comprehendit sicut ex dictis patet
Ad 2m sic proceditur. videtur quod illi qui spiritualibus operibus vacant non excusentur a labore manuum. quia ad
Thess. 3o dicit. Si quis non vult operari non manducet. dicit glossa Augustini. Quidam dicunt de operibus
spiritualibus hoc apostolum precepisse. Et post pauca subdit. Superfluus conatur et se et ceteros caligine obducere
ut quod utiliter caritas movet non solum facere nolunt sed nec intelligere. et ita videtur quod per spiritualia opera
a labore manuum non excusentur. Capitulum. Inter omnia opera maxime spiritualia sunt oratio lectio et predicatio
sed per ista opera non excusatur aliquis a labore manuali. quod sic probo. Augustinus dicit in libro de opibus monachorum.
Quid agat qui operari corporaliter noluit sive deseruit et cui rei vacet. orationibus inquit et lectionibus et
verbo dei. Et post pauca subdit. Sed si ab his amovendi non sumus nec manducandi nec esse parandi

Si aute ad ista vacare suos dei certis intervallis tempm instituit necessitas cogit / tunc
etc no precepit aplus observadis aquas ptes tpm deputamus / Et qm ad orantes dt Cinc
exaudit una obediencis oro q3 dece milia contempnetis / Centu veo ad psallentes / subdit
Cantica dina cantare eciā manibus operantes facile pnt / et ipm labore tamq3 dino celeu-
matis consolari / Centu vero ad legentes subdit / Qui at dicut se lectioni vacare Nonne
illic invenimt quod precipit aplus / Que e ista puersitas lectioni velle obtpare du nolut
ei vacare / Quis em nesciat tanto citius quenq3 proficere cu bona legit qnto citius facit
quod legit / Centu vo ad predicatores subiugit / si at alcui smo e erogandus / et ita se
occupat ut manibus operari no valet / Nuq hoc omes pnt i monstio viventibus ad se vel
dinas lectiones expone vel de aliquibus disputacionibus salubrit disputare / quia go no oes
pnt cur sb hoc obtentu omes vacare volut / q3 q3 et si oes possent vicissitudie facere deberet
et no solu ut ceteri a necessariis actibus occuparet / sed quia sufficit ut plurib audientib unus
loquat Cp clerici maxie opib spualib occupatr / sed ipi tenet ad labore manuum 1a q 60
me / Ge 81 dt Clericus victu aut vestitu a artificio aut agricultura absq3 officii sui dutaxat
detrimento pparet Cite in alio c Clericus q vo dei eruditus e artificio victu querat / Ite oes
clerici q ad operand validi sut ad artificia et lras discat Cp religiosi q omnia relinqunt
maxie opibus spualib vacat / sed tales tenet ad labores manuum go ec / Probo mc Luce
xii vendite que possidetis glo No tm cibos vros comunicate pauperib / sed ecia vendite possess
vras ut oibus vris sel pro deo spretis postea labore manuu operemi / unde vivatis et elemosinas
faciatis Cp Decretu dis 22 dt q ille e hereticus qui facit contra statutu ecclie Rome / sed illi
q mendicat no laborantes faciunt q statutu Kalixti pape xii q 1 videntes sunt sacerdotes ec
ubi dr eccia statuit q inter eos qui comune vita ege volut nullus egens inveniat
/ go religiosi propter opa spualia no excusat a labore manuum / ymo si mendicat sut heretici
Cp Ille q exponit se piculo mortis peccat q temptat deu / sic si ais videret ursum venientem
in furia et deponet arma quibus posset se defende temptaret deu / sed ec q relinqut oia
et no laborat manib abicit a se necessaria victus quibus resistit consupcioni que fit in corpe per
calore nale / go talis peccat q temptans deu Cp phil 3 dt Aplus / Imitatores mei estote
fres / sed ipe continuus predicavit et opib spualib vacavit / nichilominus ope manuu victu querebat
in ad Thess iii Ipi scitis quadmodu oporteat vos imitari qm no in quiete fuimus apud
vos / neq3 gratis pane manducavimus ab aliquo sed in labore et in fatigacione nocte et die ope-
rantes ne quem vrm gravaremus 1a Cp Gen 23 sup id Consumatus e ager ec dt glo q per-
fectus predicator amicat sua abscondit sb bone operacionis et contemplacionis regimine / et ita illi qui
opib spualib insistut p contemplacionem / debent ecia opibus exterioribus vacare p accionem / ergo opa spualia
no excusat a labore manuu Sed q Luce 9 Sine ut mortui sepeliat mortuos suos dt glo
dns docet minora bona pro maioribus ee dimittenda / sed opa spualia sut maiora bona q3 opa
manualia / go hec debet hec pmittere propter ia Cp opera pietatis sut pociora q3 exacta corporalia
i ad Thi 4 Corporalis exercitacio ad modicu utilis e / pietas at ad oia valet / sed opa
pietatis sut dimittenda ut vacet predicacioni Act 6 No e equm nos relinquere vbm dei ec
Luce 9 Sine mortuos sepelire mortuos suos / tu at vade et nuncia regnum dei / go multo forcius
propter predicacionem et alia opa spualia e dimittendum opus manuale / et alia que no excusatur forte
pertinet Cp ec ad thi 20 Nemo militans deo implicat se negociis spualibus secularibus dt glo
illa sut secularia negocia quando aliquis occupatur colligende pecunie cura / sed q operantur manib habent
curam de colligenda pecunia / go implicant negociis secularibus / et ita illi qui militant deo
in spualib opib no debent opibus manuum occupari Rno dd q victus hig gomes apparet
hig percepi / de ope manuum q no habent alias unde licite vivere pnt / tenentur ad observacionem
exercere et pnt alias licite vivere q3 de labore manuu no tenent manib laborare / unde distinguo
vi de opibus spualibus Sut em quedam bona spualia que i bonum comune redundant / quedam vo
que ad sm ec profectum facient pertinent / Eis at qui in spualibus opibus occupatur ad utilitates
comunes pertinentibus debet provideri ab hiis quorum utilitati deserviunt quod pz p auctre 1 ad cor 9

nos
Si vobis spualia seminamꝰ nō ē magnū ꝯ carnalia vra metamꝰ hoc etiā pȝ p ronē q̄r
utilitas spualis prefert̄ corꝑ / Eis aūt qui necitur q̄m desuuit in tpalibꝫ debet̄ sustētu°
ex propō labore quo utilitati cōmū deseruiūt / sic pȝ de militibꝫ qui pro pace reipublice
militat vn̄ Cor. 9. Quis militat suis stipendiis unq̄ / vn̄ multomagis qui in spualibꝫ
bonū cōe pmouerit / in tali ministerio sustētur, p̄ut etc nō tenet̄ manibꝫ laborare / Sunt at̄
minor opa spualia qbꝫ cōis utilitas promouet̄ / et ex hoc eis stipendia debet̄ / Primū
ē occupacō i iudiciis etiā cᵃ exequendo dr̄ enī Ro. xiii de ptāte secular̄ que iudicium seclare
exercet Ideo et tributa prestatis ſ iudicibꝫ / ministri enī dei sūt in hoc ipm seruientes vobis ſet
deo. Et propt̄ hoc Aug. dt in li° de opibꝫ monachorꝫ q̄ deēnt opibꝫ manuū insiste illi
duntaxat qui ab ecciastᶜ occupacōibꝫ vacāt / vn̄ et se excusat a laboē manuū propt̄ iudiᶜᵃ
eccleastica q̄ulbꝫ occupatꝰ dr̄ q̄nq̄ dice possit Quis militat suis stipendiis unq̄ ꝯ eum dn̄m
iesum xp̄m celeste ꝯvocato sup aiam mea q̄m q̄tm ad meū attingit comodꝫ multo
mallem p singlos dies certis hois bene inq̄m moderatis monastis cōstitutū ē opari manibꝫ
et ceteras horas hre ad opandū ⁊ legendū / ⁊ ad de diuīs aliq̄d agendū q̄ tumultuosas pple
xitates alienarꝫ cāꝫ pati de negociis secularibꝫ / vel iudicando dirimendo vel interveniendo p̄ci
dendis / Scdm opus spuale q̄d in bonū cōmue redundat ē opus pdicāis quo fructus animarū
in poplo ~~predicat~~ pq̄rit̄ / Et iō ut dr̄ j Cor. 9 dn̄s ordinat̄ his q̄ euāgelium denunciant de
euāg° viue Non dēt hoc fieri tn̄ ad eos q̄ hn̄t auctē pdicandi sic sūt prelati sed etiā ad
illos q̄ qualitūq̄ licite predicant ex cōmissione prelatorꝫ / quia stipendia nō deēnt̄ ptāti sed
operi et labori ut dr̄ 2e ad Thi 2° laborate agricola ꝯ p̄m de fructibꝫ pcipe glo ſ predi
catore q̄ in agro ecc̄ie ligone vi dei excolit corda auditorꝫ Nec tn̄ illi q̄ predicant p̄ut
de euāg° viue sed etiā qui eis ministrat ad hoc offim cooperantes q̄d pȝ Ro. xv Si spualiū
eorū pticipes facti sūt gentiles dēnt etᶜ in carnalibꝫ ministrare eis glo. eorꝫ ſ iudeorꝫ qui miserūt
predicatores ab initiis / vn̄ etiā illi qui ptores mittūt p̄ut de fructu euāgᵃ viue / Tercium
opus spuale quod cedit in bonū cōe sūt orōnes que fiūt in hois ecc̄ieᶜ ad salute ecc̄ie
ut auertat̄ ira dei a pplo Ezech. xiii Nō opposuistis vos murū pro domo Israel ut staretis
in prelio in die dn̄i Glo. precibus ornatus et diuine sentē resistere / Et io dr̄ j ad Cor.
9. Quis altario deseruiūt cū altario pticipāt / de his duobus opibꝫ dt Aug. in li° monachorꝫ
q̄ deēnt opibus manuū insiste illi duntaxat qui ab ecciastᶜ occupacōibꝫ vacāt / Si euāgelizante
sūt fateor hn̄t ptatem viuendi de stipendiis fideliū q̄r de hoc lo: Si ministri altaris dispē
satores sacrorꝫ sūt vn̄ ꝯ nō arrogāt sed vendicāt ptatem / Quartū opus spuale quod
redūdat i bonū cōmue ē elucidacō sacre sc̄ptue / vn̄ qui sic vacat studio sacre sc̄ptue ad
alios instruendū p̄ut de hoc ope spuali viue j ad Thi. 5 Qui bene presūt presbri dupli
hōre digni heant̄ / maxie at̄ qui laborat in vō et doctrina Glo. ut eis spualr obediat et
exteriora ministret qui laborat in vō glo. i exhortacōe sedulū et doctrina nesciendū / Et hoc ecᶜ
plaimus dt Jero. ad vigilantiū q̄ in iudea usq̄ hodie pseuerat ꝯsuetudo nō solū apud nos sed
ecᶜ apud hebreos ut qui in lege domini meditat̄ die ac nocte et ptem nō hn̄t in tra nisi
solū deū / synagogarꝫ totius orbis foueat̄ ministeriis / patet ḡo q̄ illi q̄ predictis opibꝫ spualibꝫ
vacāt nō tenet̄ manibꝫ laborare / de illis at̄ qui vacat spualibꝫ que nō directe i bonū cōme
redūdāt sed i bonū facientis sic sūt orōnes pruate ieiunia et hᵒ distinguendū ē / quia at̄ illi q̄
in religione istis opibꝫ occupat̄ hn̄t in sclō vn̄ viuat sn̄ laboē manuū aut nō / Si sic tales
cū ad religionē veniūt nō tenet̄ manibꝫ laborare / vn̄ Aug. dt i li° de opibꝫ monachorꝫ Si heant
ad in sclō quo facile sn̄ opificio sustētent vitā suā q̄ q̄uis ad deū indigentibꝫ dispcitū sūt / et
credenda ē eorꝫ infirmitas et ferenda / Solet enī tales languidius educati laborē corᵖᶜ sustinē
nō posse / Si at̄ in sclō opifices fuerūt et de laboē manuū viuentes tūc ex dupta cāū venientes
ad religionē p̄ut laborē manuū intimitē vn̄o ex pigricia operandi volentes in ocio viue / et tales
pcat / Et hoc ē q̄ dt Aug. in p°dcō li° plurimi q̄z veniūt ad pfessionē seruitus dei ex pfessione
seruili et vita rusticana et ex opificiū exercitacōe et plebeo laboē / Et pꝯea subdit Tales
ḡo sm̄ q̄ mg operant̄ de infirmitate corporis excusari nō p̄ut Conuīte quippe vite ꝯsueᵗᵉ cōuincut̄
/ Et inꝑpot Nō eiū apparet utrū ex pposito seruitutᵉ dei venerit an vitā inopē et laboriosā
fugientes / Alio° intimittut aliqui opus manuale ex interiori dn̄i amoris / quo ad apg co
templacōis q̄tie eleuat̄ / tales cū spū dei agant̄ nō peccāt / quia vbi spūs dn̄i ibi libtas
vn̄ Greg. sr̄ Ezech. Contemplatiua vita ē caritate dei et pximi toto corde retinē ab exteriori
accōne quiescē soli desiderio conditoris inhere ut nil agē iā libeat / Et hoc sēm hz in

de opibꝫ

Hec quedam Gen. 22 Cosmatus est ager et Contemplativa vita a cunctis actionibus studia dicit
Et hoc etiam est quod hic cap. 6 in glo. super id Considerate volatilia celi etc. Dicit viri quibus ambi-
compant quia celum petunt et quidam ita remoti sunt a mundo ut iam in terris nil agunt vel laborant
sed sola contemplacione iam in celo degunt Contra primum dicendum quod glo. 1a sumitur ab Augustino in libro de
operibus monachorum qui librum illum scripsit contra quosdam monachos qui dicebant quod non licebat
servis dei manibus laborare et hoc quod dicit Apostolus 2a Thess. 3 qui non vult laborare non manducet expo-
nebat de opere spirituali Quam exposicionem Augustinus in libro predicto multipliciter improbat Unde dicendum est
quod id Apostoli 2a Thess. non vult operari non manducet etc. intelligitur de opere manuali Non tamen sequitur quod ad huius
impletionem precepti omnes teneantur Ipse enim non tenebatur Unde premisit Non quia non habuerimus
potestatem scilicet sumptus accipiendi et vivendi sine labore manuum Unde patet quod glo. 1a non est ad propositum
Contra 2m dicendum quod in omnibus operibus spiritualibus scilicet que sunt opera privata que tangit obiectio
distinctio est quia vel possunt esse quasi publica opera vel privata Loquitur autem Augustinus de illis operibus spiritualibus
scilicet que sunt opera privata intelligit enim de orationibus et canticis privatis non de hiis que in ecclesia sollempniter
celebrantur Quod patet ex hoc quod dicit quod possunt simul qui manibus operantur divina cantica cantare quod non
est genus p. de hominis Canticis interret (?) Similiter quod dicit lectionibus loquitur de illis qui vacant lectioni ad con-
solacionem propriam tantum sicut in monasteriis monachi faciunt Non autem de illis quorum vita studio scripturarum
deputatur ad suam et aliorum instructionem Non est enim dubium quod per laborem manuum studium impeditur Similiter
quod dicit de sermone intelligendum est de illis qui non publice predicant sed aliqua verba edificatoria hominibus ad se venientibus
loquuntur sicut sancti patres in heremo facere consueverunt Et hoc patet ex verbis supra inductis Unde etiam dicit
Sr Sermo erogandus est etc. quia ut dicit glo. 1 ad Cor. 20 super id Sermo meus et predicacio mea
Sermo est qui privatim fiebat sed predicacio que fiebat in communi Contra 3m dicendum quod dicitur loquitur de illis clericis
q 69 qui non sustinent ablata et elemosinas que eis a fidelibus fiunt vel ecclesie facultates Eadem enim est racio
de illis qui vivunt de facultatibus ecclesie et de illis qui vivunt proprie de elemosinis quia facultates
ecclesie elemosine sunt et ad sustentacionem pauperum dantur Unde dicit glo. super id Ysaye 3 Et rapina pauperum
in domo vestra In domibus principum rapina pauperum est dum ecclesie opes thesaurizant et in
deliciis abutuntur que ad sustentacionem pauperum dantur Et de hoc habetur 12 q. 1 propter quod etc. dist. 3 q.
etc. sacerdos quod sacerdos cui dispensacionis cura commissa est cum laude preterita accipit a populo dispen-
sanda et fideliter dispensat accepta quia omnia sua aut relinquit parentibus aut pauperibus distribuit
aut ecclesie rebus adiungit et se in numero pauperum paupertatis amore constituit ut unde pauperibus subminis-
straret inde et ipse tamquam pauper voluntarius vivat Et patet quod ecclesie clerici qui de ecclesie rebus vivunt
eadem racionem utendi eis habent sicut illi qui facultatibus carentes de elemosinis fidelium vivunt Contra 4tum
dicendum quod glo. 1a non imponit necessitatem hiis qui sua relinquunt ut per laborem manuum acquirant unde se pro-
videant et elemosinas aliis faciant Nec tamen propter hoc excluditur quin etiam bene faciant per meliora non la-
borantes spiritualibus operibus vacent que sunt corporalibus potiora Contra 5tum dicendum quod illius hominis maior est stultitia
Non enim qui facit contra statutum pape est hereticus nisi forte credat papam non esse obediendum Unde in ca. inducto
di. Contra Romane ecclesie privilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur hic
procul dubio in heresim labitur Privilegium autem potissimum consistit in hoc quod ei debet ab omnibus christianis obediri
Similiter etiam hoc stultum est Non enim contra statutum ecclesie est quod aliquis mendicet vel se in statu egestatis ponat
sed hoc est contra statutum ecclesie per ab eis qui facultates ecclesie possident eorum necessitatibus non providetur Unde
hec sunt verba canonis inducti ex quibus scilicet rebus ecclesie episcopi et dispensatores earum omnibus qui vitam dege-
re volunt in ecclesia cuncta necessaria dent prout melius poterint ut nemo in eis egens inveniatur Contra
sextum dicendum quod illi qui relinquunt omnia nil sibi reservantes nec manibus operantes non propter hoc discrimini
se exponunt quia devocio fidelium tanta probabiliter estimatur et experimento comprobatur quod eis in necessariis pro-
videt Nec etiam temptant deum quia ipse promisit movendo corda aliorum eis in necessitatibus providere prout
cap. 6 Et secundum glo. dicit Luce 10 Tanta predicatori debet esse fiducia in deo ut presentis vite sumptus et si
non provideat tamen non defuturos certissime sciat ne dum occupatur mens eius temporalia minus predicet
eterna Similiter si aliquis esset inter armatos qui eum desereret et nichilominus tamen arma deponeret non temptaret
deum Si autem esset solus videtur temptare deum nisi forte interioris inspiracione securus esset de divino
auxilio sicut beatus Martinus dixit Ego signo crucis non clipeo protectus galea hostium cuneos penetrabo securus
Aliter videtur esse dei temptacio si aliquis intraret inter infideles vel homines inhospitales de necessariis victus sibi
non provideret Unde dicit glo. Luce 22 super illo Qui habet sacculum tollat etc. In hoc nobis datur exemplum
ut non numquam tempore instante quedam de nostri propositi rigore sine culpa intermittere possimus ut a

Sx
Si hospitales regiones: uter agimus plura viatica vel viatici tu liceret portare / qz domi haberet
et tn in deserto aliqui sine labore sustentati sut pane divinitus misso ut in vitis patrum legitur / sed
privilegia paucorum non faciunt legem communem / Quod septimo dicitur quod hoc quod apostolus laborabat cum posset de
evangelio vivere fuit supererogacionis vt patet .j. ad Cor. 9. et ideo alii predicatores non tenentur eum in hoc
imitari / Sciendum tamen quod predicator aliquis bene facit non accipiendo sumptus ab hiis quibus predicat / s.
de labore manuum vivendo / in casibus s. illis in quibus apostolus laborabat s. ne scandalisaret eos quibus
predicabat / qui propter avariciam dare sumptus gravabat / Et hanc causam ponit .2e. thess. 3. Nocte
ac die laborantes ne quem vestrum gravaremus / Item ut suo exemplo alii ab ocio retraherentur / unde ibidem
subdit Non quasi nos non habuerimus potestatem / sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imi-
tandum nos / Item ad reprimendum rapacitatem pseudo apostolorum unde dicit .2e. cor. xi. Quod autem facio et faciam
ut amputem occasionem eorum / qui volunt occasionem in quo gloriantur ut tales inveniantur sicut et nos / Alii autem
malefacerent predicatores si laboribus manuum se implicarent. si: s. per laborem a studio retraherentur / unde
glo. luce x. Cavendum est predicatori ne dum occupatur mens eius ad temporalia minus predicet eterna / Ideo dicit
Aug. in sepedicto libro quod apostolus dum esset athenis ubi orabat eum quotidie predicare non operabatur manibus
quod postea fecit veniens chorintum ubi iudeis predicabat solo die sabbati / predicatoribus enim non
solum necessarium est ut habeant tempus liberum ab occupacionibus in quo predicent / sed eciam in quo studeant
cum non habeant scientiam ex infusione sicut apostolus sed ex continuo studio / unde dicit Greg. in pastor. exponens
id Exo. 27. vectes semper erunt in circulis re vectes inquit semper erunt in circulis. quia nimirum necesse
est ut qui ad officium predicacionis excubat a sacre leccionis studio non recedat / Ad octavum dicendum
quod per accionem non intelligitur solum opus manuale sed omnia que ad activam vitam pertinent / sollicitudo autem
que exhibetur a predicatoribus circa eos quibus predicant ad activam vitam pertinet / Racionis in contrarium
credo iam ultima indicia per intencionem / Glo. enim dicit secularia negocia esse que fiunt cum penurie colli-
gende sive ope manuali ut per mercacionem et hiis a quibus se debent servi dei penitus abstinere

Octavum dubium
Octavum queritur
Vestra nostra circa tua versatur / primo circa ea que pertinent ad naturam / secundo circa ea que pertinent Octavum
ad culpam et graciam / tercio circa ea que pertinent ad penam et gloriam / Circa primum duo queruntur
primo de pertinentibus ad naturam increatam / secundo de pertinentibus ad naturam creatam / Circa naturam increatam duo
queruntur primo an senarius numerus quo dicitur creature dicuntur esse perfecte sit creator vel creatura / secundo de
racionibus ydealibus que sunt in mente divina / utrum plures respiciant exacta creacionis racionem sive singularitate
vel racione nature specialis / Ad primum sic proceditur videtur quod senarius predictus sit creator / Remota enim omni creatura
perfectio non remanet nisi in creatore / sed remota omni creatura facta in operibus sex dierum remanet perfectio in
numero senario / unde Aug. dicit in iiii. de gen. ad literam Itaque si omnia ista non essent s. opera sex dierum
perfectus ille esset s. senarius / nisi autem ille perfectus esset ea secundum eum perfecta non fierent / ergo senarius numerus est creator
Contra dicitur quod Aug. loquitur de senario secundum ad ydeam senarii que est in mente divina / unde sic remotis omnibus
creaturis remanet perfectio in ydea senarii numeri / ita eciam remanet in ydea lapidis in mente divina ergo
creaturis remanet perfectio in ydea senarii numeri / Contra
in hoc non differret senarius numerus aliquam perminenciam ad lapidem quod tamen videtur esse contra intencionem Augustini / Preterea
illud quod est permanencius omni creatura non est creatum / sed creator / Senarius autem est permanencior celo et terra
que tamen videntur esse permanentissime creature / unde Aug. dicit iiii. super gen. facilius est celum et terram transire
quam secundum senarium non fabricata sunt quia effici posse ut senarius non suis partibus compleatur / ergo senarius
non est creatura sed est creator / Sed contra creatoris perfectio non consistit ex partibus nec est in eo aliquid habens partes
sed sicut Aug. dicit in libro eodem Invenimus senarium numerum esse perfectum ea racione quod suis partibus compleatur
ergo senarius non est creator nec creatura / Respondeo dicendum quod secundum Avicennam in sua methaphysica triplex est consideracio nature / Una
consideracio uno prout consideratur secundum esse quod habet in suis singularibus / sicut natura lapidis in hoc lapide et in illo lapide
alia vero est consideracio nature secundum esse suum intelligibile / sicut natura lapidis consideratur prout est in intellectu
Tercia vero consideracio nature est absoluta prout abstrahitur ab utroque esse / secundum quam consideracionem consideratur natura la-
pidis vel cuiuscumque alterius secundum ea tamen que per se competunt tali nature / Harum quidem trium considera-
cionum due sibi conformiter eundem ordinem habent / Prior enim est consideracio nature absoluta quam consideracio
eius secundum esse quod habet in singularibus / sed tercia consideracio nature que secundum esse quod habet in intellectu quia cum
a rebus non sibi habet eundem ordinem ad has consideraciones / Consideracio enim nature secundum esse quod habet in intellectu
qui accipitur a rebus se habet ex contrario illarum consideracionum / hoc enim ordine scibile precedit scienciam et sensibile sensum
sicut et movens motum et causa causatum / Sed consideracio nature secundum esse quod habet in intellectu causante rem precedit

Alias duas consideraciones / Cum intellectus artificis adinvenit aliquam formam artificiati / ipsa natura seu
forma artificii in se considerata est posterior intellectu artificis / et per consequens eciam archa sensibilis que talem
formam vel speciem habet / Sic autem se habet intellectus artificis ad artificiatum / ita se habet intellectus divinus ad omnes
creaturas / Unde uniuscuiusque nature create prima consideracio est secundum quod est in intellectu divino / Secunda
vero consideracio est ipsius nature absolute / 3a secundum quod est in rebus ipsis vel in mente angelica / 4ta secundum esse quod
habet in intellectu nostro / Et ideo Dionysius dicit xij capitulo de divinis nominibus huic ordine assignans quod plurimus inter omnia
est ipse artificiator rerum deus / postea vero ipsa dona dei que creaturis exhibentur et universaliter et particulariter
considerata ut per se pulcritudine per se vitam quam dicit esse donum ex deo proveniens in ipsam naturam
vite / Deinde ipsa particularia universaliter et particulariter considerata que sunt res in quibus natura esse dicitur / In hiis igitur
id quod est prius semper est racio posterioris / et remoto posteriori remanet prius non autem econverso / Et inde est
quod hoc quod competit nature secundum absolutam consideracionem est racio quare competit nature alicui secundum esse quod habet
in singularibus et non econverso / Ideo enim Sortes est racionalis / quia homo est racionalis et non econverso / Unde dato quod Sortes
et Plato non essent adhuc nature humane racionalitas competeret / Similiter eciam intellectus divinus est racio nature absolute
considerate et in singularibus et ipsa natura considerata absolute et in singularibus est racio intellectus humani et quodammodo
mensura ipsius / Potest igitur verbum Augustini de senario intelligi dupliciter / Uno modo ut per senarium intelligatur
ipsa natura senarii absolute cui primo et per se competit perfeccio que quidem est racio perfeccionis eorum que se-
narium participant / Unde remotis omnibus que in senario perficiuntur adhuc nature perfeccio senarii competit secundum
/ et hoc modo senarius nominat naturam creatam / Alio modo potest intelligi senarius secundum esse quod habet in intellectu
divino / et eius perfeccio est racio perfeccionis in creaturis inveniende que secundum senarium sunt condite / Sic eciam
remotis in predicto senario perfeccio remanet / potest autem senarius non erit creatura sed racio creature in creatore
que est ydea senarii et est idem secundum rem quod divina essencia secundum racionem tamen differens / Ad primum ergo dicendum quod remotis
omnibus creaturis que sunt facta in senario dierum numero non dicitur quod perfeccio remaneat in senario numero
quia senarius numerus aliquod esse habeat in rerum natura / nulla creatura existente / sed quia remoto omni esse
creato remanet absoluta consideracio nature senarii prout abstrahitur a quolibet esse / et attribuit sibi perfeccio
/ potest remotis omnibus singularibus hominibus adhuc remanet racionalitas attribuibilis humane nature / Ad secundum dicendum
quod potest in rebus creatis quedam sunt magis communes / et quedam magis contracte / Itaque eorum raciones rerum in
deo magis communium ad plura se extendunt / minus vero communium ad pauciora / Et quia unitas et mul-
titudo sunt omnibus rebus creatis communia / ideo eciam racio ydealis numeri ad omnes creaturas se extendit / Unde dicit
Boecius in primo Arismetrice omnia quecumque a primeva rerum natura constituta sunt / numerorum racione videntur esse
formata / hoc enim fuit principale in animo conditoris ut omnia in numero constituerent / Exemplar autem lapidis non
se extendit ad omnes creaturas / et ideo si senarius accipiatur pro ydea senarii quantum ad hoc adhuc senarius
est eminencior lapide id est quam ydea lapidis potest secundum ad plura se extendit / et ideo prout perfeccio competit
senario secundum numerum senarii non autem lapidi / Ad 2m dicendum quod non est intencionis Augustini dicere quod si celum
et terra transeat et cetere creature quod senarius remanet secundum aliquod esse creatum / sed quia si omnes creature ab esse
desisterent remanet adhuc natura senarii prout abstrahitur a quolibet esse / et tunc adhuc perfeccio ei
competit / sicut eciam natura humana manebit tunc quod ei competeret racionalitas / Ad id vero quod in contrarium
obicitur dicendum quod licet numerus in deo non possit esse aliquid habens partes / tamen potest esse in eo racio rei habentis partes
et est in eo racio senarii ex partibus constituti et racio suarum parcium ¶ Secunda

Ad 2m sic proceditur videtur quod ydee que sunt in mente divina per prius respiciant res quantum ad naturas sine
quantum ad naturam speciei / quia ut Augustinus dicit in libro 83 questionum ydee sunt quedam forme vel raciones rerum
stabiles que in divina intelligencia continentur / et cum ipse neque oriantur neque intereant / secundum eas tamen
dicitur formari omne quod oriri vel interire potest / et omne quod oritur vel interit / sed solum sine
est quod oritur et interit id est quod generatur et corrumpitur ergo ydee per prius respiciunt sine / Sed contra cum ydee
sint forme exemplares requiritur ad racionem ydee assimilacio ydeati ad ipsum / sed ydeatum id est res creata
magis assimilatur divino exemplari secundum formam a qua est racio speciei / quam secundum materiam que est individuacionis
principium / ergo ydea per prius respicit naturam speciei quam singularitatem individui / Responsio dicendum quod cum in mente
divina sint omnium creaturarum forme exemplares / que ydee dicuntur / sicut in mente artificis forme ar-
tificiatorum / hoc tamen ~~creaturarum forme~~ interest inter formas exemplares que sunt in mente divina et in mente
artificis creati / quod creatus artifex agit ex supposita materia / unde forme exemplares que sunt in mente eius
~~non sunt factive materie que est individuacionis~~ principium / sed solum forme a qua est species artificiati

Et quia forme exemplares non respiciunt directe artificiatum quantum ad individuum sed quantum ad speciem
solam / forme autem exarates intentionem dicuntur sunt factive totius rei quantum ad formam sive quantum ad materiam
et ideo respiciunt creaturam / non solum quantum ad naturam speciei / sed etiam quantum ad singularitatem individui per
prius tamen quantum ad naturam speciei quod patet ex hoc / Exemplar enim est ad cuius imitationem fit aliud / prima
ad rationem exemplaris / requiritur quod ipsa assimilatio operis ad exemplar sit intenta ab agente / alias
talis assimilatio casu accideret / et non secundum viam exemplaritatis / Sic ergo in ratione exemplaris includitur
intentio agentis / Ad hoc ergo per prius exemplar respicit quod agens per prius intendit in opere / Agens
autem quodlibet principaliter intendit in opere id quod perfectius est / Natura autem speciei est perfectissimum in unoquoque indi-
viduo / per ipsam enim duplex imperfectio perficitur / imperfectio secundum materiam que est singularitatis principium quae tamen sit in
potentia ad formam speciei perficitur quod naturam speciei consequitur / et etiam imperfectio forme generalis que se habet
ad diversas species in potentia et materia ad formam / Unde species est materia est potentia in intentione nature / ut patet per Avicennam
in principio sue methaphisice / Non enim natura principaliter intendit generare sorte alias destructo sorte ordo et intentio
nature periret / Intendit autem in sorte generare hominem / Sicut non intendit principaliter generare asinum / Alioquin questio
eius actio quantum ad naturam asini premisset / cum tamen in individuo generato prius compleatur natura asini quam homo
ut patet in libro de animalibus / Non autem prius est homo quam hic homo / Unde exemplar quod est in mente divina per
naturam speciei respiciat in qualibet creatura / Ad primum ergo dicendum quod id quod est primum in intentione est ultimum
in executione / Unde cum natura non plus intendat generare hominem / per prius tamen generatur hic homo / Non enim
homo generatur nisi per hoc quod hic homo generatur / Et propter hoc in dyonisio ydee dicuntur quod secundum eas creatur omne
quod creatur quantum ad viam executionis in qua singularia sunt prima / Sed quod est in contrarium concedimus
Inde queritur de hiis que pertinent ad naturam creatam / et primo de hiis que pertinent ad animam humanam animam
Secundo de hiis que pertinent ad corpus Circa primum queruntur duo / primo utrum anima accipiat species
quibus cognoscit a rebus que sunt extra eam / Secundo quid causat vel quomodo aliquid habeat a non habente cognoscit
11 q. Ad primum sic proceditur videtur quod anima non accipiat species a rebus que sunt extra eam / Dicit enim augustinus xii super
genesim ad litteram ymaginem corporis non corpus in spiritu facit / sed ipse spiritus in seipso facit celeritate mirabili
non autem eam in seipso faceret nisi ipse a rebus exterioribus acciperet / ergo anima non accipit species a rebus quas
cognoscit / Preterea cum solum est dimensionis a re dimensionata abstrahi cum est dimensionum corporibus datur
quod est solum causatus / sed ad hoc quod species a rebus accipiuntur in anima oportet quod ab ipsa specie dimen-
siones seperentur / quia res extra animam habent esse dimensionale / non autem in anima maxime quantum ad intellectum
ergo anima non potest accipere species a rebus sensibilibus / Preterea contra venit tota philosophorum doctrina que secundum a sensibus yma-
ginem a sensu intellectum a fantasmatibus accipere facit / Respondeo dicendum quod anima humana plures rerum quas
cognoscit accipit a rebus 10 modo accidit quo patiens accipit ab agente / quod non est intelligendum quod
agens influat in patiens eandem speciem numero quam habet in seipso / sed generat sibi similem educendo de
potentia in actum / Et per hunc modum dicitur species coloris deferri a corpore colorato ad visum / Sed in agen-
tibus et patientibus distinguendum est / Est enim quoddam agens quod de se sufficiens est ad inducendum formam
suam in patiens sicut ignis de se sufficit ad calefaciendum / Quoddam vero agens est quod non sufficit
de se ad inducendum formam suam in patiens nisi superveniat aliud agens / sicut calor ignis non sufficit
ad complendum actionem nutritionis nisi per virtutem anime nutritive / Unde virtus anime nutritive est principale
agens / calor vero ignis instrumentale / Sic etiam est diversitas ex parte patientis / Quoddam enim patiens
est quod in nullo cooperatur agenti sicut lapis cum sursum proicitur vel lignum cum ex eo fit scapnum
/ Quoddam vero patiens est quod cooperatur agenti sicut lapis cum deorsum proicitur et corpus hominis cum
sanatur per artem / Et secundum hoc res que sunt extra animam tripliciter se habent ad diversas anime potentias
Ad sensus enim exteriores se habent sicut agentia sufficientia quibus potentia non cooperatur sed recipiunt tantum
Et autem color per se non possit movere visum nisi lux superveniat non est contra hoc quod dictum est / quia tam
lux quam color inter ea que sunt extra animam computatur / Sensus ergo exteriores suscipiunt tantum a rebus
per modum patiendi sine hoc quod ad cooperentur ad suam informationem / quamvis iam informati habeant propriam
operationem que est iudicium de propriis obiectis / Sed ad ymaginationem res que sunt extra animam
cooperantur etiam ut agentia sufficientia / Actio enim rei sensibilis non consistit in sensu / sed exinde con-
tingit usque ad fantasiam sive ymaginationem cum ymaginatio est patiens quod cooperatur agenti
Ipsa enim ymaginatio format sibi aliquarum rerum similitudines quas numquam sensu percepit / Ex hiis tamen que
sunt in sensu percipiuntur componendo ea et dividendo / sicut ymaginamur montes aureos quos

quorum imagines vidimus ex hoc quod ante vidimus et novimus / Sed ad intellectum possibilem comparantur res sicut agentia insufficientia / Ratio enim comparationis rerum sensibilium nec etiam in ymaginatione sistit / sed fantasmata plurimum movent intellectum possibilem non autem ad hoc ex se ipsis sufficiunt / cum sint in potentia intelligibilia / intellectus autem non movetur nisi ab intelligibili in actu / Unde oportet quod superveniat actio intellectus agentis / cuius illustratione fantasmata fiunt intelligibilia in actu / sicut illustratione luminis corporalis fiunt colores visibiles actu / Et sic patet quod intellectus agens est principale agens quod agit rerum similitudines in intellectu possibili / fantasmata autem que a rebus exterioribus accipiuntur sunt quasi agentia instrumentalia / Intellectus enim plus comparatur ad res quarum notitiam recipit sicut paciens quod cooperatur agenti / Multo enim magis potest intellectus formare quidditatem rei que non cecidit sub sensu quam ymaginatio / Ad primum ergo dicendum quod si verbum Augustini referatur ad intellectum sic planum est quod res non faciunt similitudines in intellectu possibili sed intellectus agens / Si autem referatur ad ymaginationem / faciunt quidem sed non sole quia etiam ipsa imaginatio cooperatur ut dictum est / In sensu autem satis certum sit similitudinem sufficit et sola / sed de hoc non loquitur Augustinus / quia secundum eum spiritum dividit sive corporalem visionem contra spiritualem / Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit ac si illa eadem species numero / que est in rebus vel in ymaginatione per quemdam modum fieret in intellectu Sic enim oporteret quod auferentur ab eis dimensiones et hoc patet esse falsum

Questio iiij

Ad iiij sic proceditur videtur quod non habens caritatem eam cognoscit per speciem / Omne enim quod cognoscitur vel cognoscitur per essentiam vel per suam similitudinem / sed caritas a non habente non cognoscitur per suam essentiam / quia non est essentialiter in eo / ergo si cognoscitur cognoscitur per suam similitudinem / Preterea aliquis habens caritatem / aliquando cognoscit eam se habere ad minus per coniecturam vel per revelationem / et postea potest eam amittere potest recordari eam se habuisse / quod esse non potest nisi per eius speciem in memoria reservatam / ergo caritas a non habente qui prius eam habuit per suam similitudinem cognoscitur et eadem ratione a quolibet alio non habente / Preterea Augustinus dicit x confessionum / hoc modo se habet memoria ad intelligentiam sicut venter animalis ruminantis ad os / quia sicut id quod est in ventre animalis ruminantis reducitur ad os / ita quod est in memoria reducitur ad intelligentiam / Si ergo in memoria consistit caritas per suam similitudinem / et ab intelligentia capietur capietur per suam similitudinem / Sed contra est quod Augustinus dicit xij super genesim et habetur in glosa 2 ad Corinthios xij quod intelligibilis visio est earum rerum que non habent species sive similitudines que non sunt quod ipse / et inter huiusmodi ponit caritatem ergo caritas non potest cognosci per suam similitudinem sed solum per essentiam / Responsio Dicendum quod duplex est cognitio caritatis una qua cognoscitur quid est caritas / alia qua caritas percipitur / ut cum aliquis cognoscit se habere caritatem quantum pertinet ad cognitionem autem est prima quid cognitio caritatis eodem competit habenti et non habenti caritatem natura intellectus humani nata est rerum quidditates cognoscere et componere et dividere / quibus cognoscendis complexionibus complexis virtus continetur / Insunt enim nobis naturaliter quedam principia prima complexa ab omnibus nota ex quibus ratio procedit ad cognoscendum in actu conclusiones que in predictis principiis virtute cognoscuntur postea sive per inventionem propriam sive per doctrinam alienam sive per revelationem divinam / in quibus omnibus sic modus cognoscendi hominibus ut principia naturaliter cognita vel ita quod ipsa principia cognita ad cognitionem acquirendam sufficiant administrantibus sensu et ymaginatione / Sic tamen aliqua cognitio acquiritur per inventionem vel doctrinam vel ita quod principia predicta ad cognitionem acquirendam non sufficiant / in illis tamen in huiusmodi cognoscendo principia sicut tamen inveniuntur non repugnare principiis naturaliter cognitis quod si esset intellectus non eis assentiret sicut non potest dissentire principiis / Et similiter in intellectu insunt nobis etiam naturaliter quedam conceptiones ab omnibus note ut entis unius boni / et huiusmodi a quibus eodem modo procedit intellectus ad cognoscendum quidditatem uniuscuiusque rei per quam procedit a principiis per se notis ad cognoscendas conclusiones / et hoc vel per ea que quis sensu percipit sicut cum per sensibiles proprietates accipit rei conceptionem illius rei quidditatem / vel per ea que ab aliis quis audit / ut cum laycus qui nescit quid sit musica cum audit aliquam artem per quam distinguit cantum vel psallere concipit quidditatem musice aut considerat vel ipse percipit quid sit ars et quid sit cantus / aut etiam per ea que ex revelatione habentur ut est in hiis que fidei sunt / Cum enim credimus aliquid esse in nobis divinitus datum quo assentimus ut vivimus deo ~~per cognoscendo tamen quid sit donum~~ concipimus caritatis quidditatem intelligentes caritatem esse donum dei quo assentimus deo vivimus / per cognoscendo tamen quid sit donum et quid sit assensus et quid sit unio / et de quibus etiam quid sit sive non possumus nisi resolvendo in aliqua plus nota naturaliter / et cetera quousque perveniamus ad primas conceptiones huiusmodi intellectus humani que sunt omnibus naturaliter note / Et quod naturalis cognitio est quedam similitudo divine veritatis nostre menti impressa secundum illud psalmi Signatum est super nos lumen vultus tui domine / Ideo dicit Augustinus x de trinitate quod huiusmodi habitus cognoscitur in ipsa veritate / Ipsa enim conceptio virtutis quam intellectus format modo predicto non est solum similitudo caritatis sicut species rerum in sensu vel ymaginatione / quia sensus et ymaginatio non attingunt ad cognoscendam naturam rei sed solum accidentia que circumstant rem / et ideo species que sunt in sensu et in ymaginatione non representant naturam rei sed accidentia eius tantum / sicut statua representat hominem quantum ad eius accidentia / sed intellectus cognoscit propriam naturam et speciem rei / unde species intelligibilis est similitudo ipsius essentie rei / et est quodammodo ipsa quidditas et natura rei secundum esse intelligibile non secundum esse naturale prout est in rebus / et ideo omnia que non cadunt sub sensu et ymaginatione sed solo intellectu cognoscuntur per hoc quod essentie vel conceptiones eorum sunt aliquo modo in intellectu / et hic est modus quo caritas cognoscitur cognitione quid sit tam ab habente caritatem quam non habente / Sed secundum alium modum cognoscendi quo cognoscit aliquis se habere caritatem Nec enim caritas neque aliquis habitus sive potentia percipitur a nostro intellectu nisi per

hoc q actus perpetuit vzt p phm in x° ethi^o. actus at caritatis vel alterius hitus elicitur ab
ipa caritate vel alio hitu p propa eem carit vel alius hitus / Et p huc mod dr ar se cognosce
hre caritate vel aliu hitu p ipam eem hitus zm ee nale quod ht in rez na / et no solu in intu
/ Sic at ny pt agnosce carite n caritate hns / quia actus carit et clazo virtutu pre. csistit in
motib interiorib. qui no put ee cogniti nisi operanti / et nisi aquater maifistet ex actibus
exteriorib / et p quada coiectura ar no hns caritate pt p pe aliu caritate hre / hoc at dico
suppo'do q ar possit sire se hre caritate. quod tn no puto ee vm. quia i actib ipius carit
no possum suffir p pe q sint a carite eliciti propt siltudine dilectonis nalis cu dilecton
gtuita / Ad pm go dd q in hnte caritate no h ee ne. h sm ee intellile e eena caritatis
/ Ad zm dd q postq ar desinit hre carite h ee nale cui. adhuc caritas in ipo maet h ee
intellile / et pt scire quid e caritas / maet etc i meoria eius actus caritatis quos fecit etia i
meoria sbili propt actus sbiles caritatis qui vtiq manet. h sui siltudine / sic et cetia sbilia
et ex eis meorat se huisse carite / Ad zm dd q id qd e i memoria redit ad intellicz. no ita
q cade sps nuo que e i meoria pamod fiat i intectu. h p illu mod loquedi quo fantasta
Scide quit de his que ptinet ad ver huam veru / Dur si i intectu vt dcm e prius.
Alimetu cuti i vitate huane ne / Et vi q no. quia in vre huana id quod e de vite
huane ne e caro vel os sm spem / h alimetu no coiti i id quod e h spem. h i id quod e
h mam vt vi dice phus i pmo de gnacon. go alimetu no coiti i vitate huane ne / Ip
Illud qd e de vitute huane ne ozt q sp i hoie maeat. als no remanet id ho nuo / sed
id quod gnat ex alimeto no sp manet. ymo fluit et refluit vzt ex po de gnoe. go qd gnat
ex alimeto no e de vitute huae ne / Ip. Et augs q nos fuiq i ada dupr. sz h seminale
racon et h corpuleta sbam / xpus at fuit in eo h corta sbam. et no h seminale ron / Illud at
quod ex alimeto gnat in nobis no fuit in ada. go id quod e de vite corte sbe nre no e i
xv alimeto gnatu / sed dicebat q corta nra sba fuit in ada origmar et no eenr / Contra seme
origle rem importat / si go dicim in ada fuisse zm corta sbam origmar tm. erit ide ee h
cortu sbam. et h seminale ron qd e fam go ic / Sed q sic dr in zo de aia. alimetu e po
tule quale e id quod nutrit i actu. h qd e poa aquale i id coiti pt / go alimetu cuti
pt i id quod nutrit / sed id quod nutrit e id quod e de vite huane ne / go alimetu cuti
in id quod e de veitute huane ne / Iptea seme ex quo fit gnaco maxie vi ad vitate huae
ne ptine / h seme h phm in xv de aiab e de supfluo alimeti. go alitu coiti i vitute huae
ne / Rno. dd q ad hui questios evidetia. oz po vide quid sit vitus huae ne / Vitus aut
vmuscuiq rei vt dt avicenna i sua methia. nil e aliud q proprietas sui ee quod stabilitu
est ei / sic id qd attinget e ad tios stabilitr ne a qua e ee et raco spei in na ia vn id ptinet
ad vitate vniuscuiusq rei. vn dr ee vm aux / vnuquodq at proprie ht ee i aqua na p hoc q substat
complete sore pe illius nae a qua e ee / et ro spei in na illa / vn id ptinet ad vite vnius-
cuiusq quod e complemetu rei illius p form. et ptinet directe et p se ad cplecon illius rei
/ Tam em i nalib q in artificialib invenit quedam i quo consistit prir raco et na rei / alia
at qe sut ordinata ad hor cosuacom et melioracoz sicut stipes et fructus p se ptinet ad cpletu
arbois vn sut de vitute ne ipius / folia at st quoda ordinata ad fructuu csuacoz / et ppm ad
hc no videt ee de vite ne arbois prinr / sicut raco gladij consistit in fro et acumie eius va-
gia at e ad gladij cosuacom / vn si gladius eet res nalis. fru eet de vitate ne eius. no at
vagia / sic at de vitute huane ne ee dicit id quod p se ptinet ad pfecom huae ne comple-
te ptcipat forma spei / Illud at no e de vitute huae ne i hoie quod e ordinatu quoda
ad hois csuacom vel meliocom quacuq / Scied e at q na huana pt dupr cosiderari vl
sm tota spem huam vel h ee quod ht i hoc individuo / Et h hoc invenit in prin questioe
tres opinioes / Quida em dicut q alimetu no coiti i vitute huae ne neq h spem
neq h individuu / Dicut em q tota ma que vnq nata e ve ee sbe huae ne fuit in
core ade / neq aliqua ma pt fieri ve sbstas huae spei. et ex ia ma. ex qua corp pmi hoc
cstabat fuit aliqua p decisa. que quide p mltine quada sine addicon exterioris me augme-
tata e intm q pvenit vsq ad pfcitam et completa qntitate i corpe seth / ex quo itm ad
decisu e i formaton corpis filij sui et predco mo multiplicatu. etc totu huam gen multi
plicatu e ex ia ma que fuit in corpe pmi hois sn aliq extrinsci addicoe / Illud at quod ex
alimeto gnat e necrim nobis ad csuacoz illius humiditatis que e de vitate huane

Quane ne fuit calor naturalis hominis vel aliquod aliud quod consumat humiditatem ex alimento generata
in attidentalem non consumat humiditatem que est de veritate humane nature / sic artifices apponunt plumbum
argento ut videlicet in conflatorio consumatur plumbum et argentum non consumatur ab igne / unde in resurrectione
quando veritas humane nature erit incorruptibilis / alimento non indigebit nec resurget in nobis aliquid
quod ex alimento sit generatum sed solum id quod fuit in Adam / sed invenimus ut huius positio
propter duo quantum ad primum pertinet / quia eiusdem hominis est forma aliqua nihil amittet de materia sub-
iecta / et nihil denovo acquirere cum sibi et ne nihil amittit neque deperit / Constat autem quod aliqua materia
que erat substantia humane nature desinit esse humane nature substantia sicut patet in morte vinentium hominis
unde nisi aliqua materia denovo adderetur humane nature / sequeretur quod nihil esset nisi id quod est de veritate
humane nature in Adam quod tempore Ade et non specie non perfecte salvaretur per generationem / Secundo quia istud mu-
tuo quando multiter dicitur / nullo est secundum essentiam ipsius sed solum secundum quantitatem vel dimensiones ei accidentales
Non enim dicit quod ad me denovo per essentiam transfertur vel aliunde addatur / sed quod in eadem materia que prius
erat minor postea fiat maior / Nichil autem est ad rarefieri et condensari quam mutari eadem materiam
de magnis dimensionibus in parvas et econverso / unde secundum secundum positionem positum quod id quod est de veritate
humane nature sic rarefieret per continuam generationem et augmentationem / et tamen quantum natura sustinere non posset
/ Esset enim iam id quod est de veritate humane nature invariabiliter magis rarum quam ignis quod patet esse falsum / Et ideo
alia opinio dicit quod alimentum convertitur in veritatem humane nature primo et principaliter secundum speciem non autem secundum individuum nisi secundario
/ dicit enim quod in unoquoque individuo humane speciei id primo et principaliter est de veritate humane nature quod a parentibus
traxit / et hoc vocatur a philosopho caro et os secundum speciem que semper manet / sed quod id cum sit modicum non sufficeret
ad perfectam quantitatem debitam humane nature sine additione / ideo adiungitur id quod ex alimento generatur non
solum ad hoc quod consumeretur id quod fuit a primis parentibus acceptum ut dicebat prima opinio / sed etiam ad hoc
quod compleatur ex huius additione perfecta quantitas / et id quod ex alimento generatur non est de veritate humane
nature in hoc individuo principaliter sed tamen ratio in quantum est necessarium ad quantitatem debitam et hoc nominat philosophus
carnem et os secundum materiam que fluit et refluit / sed ex hoc tamen ad seminalis trahit in prolem per generationem et
efficitur principaliter de veritate humane nature in ipso cum admixtione aliorum quod fuit prius de veritate nature
in patre ut quidam volunt vel sine admixtione eius ut alii dicunt quod est magis consonum dictis philosophi
in xv de animalibus qui vult semen totaliter esse de superfluo alimenti / Et sicut id quod generatur ex alimento
non potest esse quod sit principaliter de veritate humane nature in ipso quod nutritur / sed potest esse de veritate humane nature principaliter
in unoquoque totum resurget in ipso non autem totum quod ex alimento generatur / sed solum quod sufficit ad com-
pletionem quantitatis cum propter completionem quantitatis tamen ad veritatem humane nature aliquatenus pertineat / Et hec opinio
consonat sive Alexandri commentatori qui exposuit carnem secundum speciem quam philosophus dicit semper manere esse id quod a parentibus
trahitur / carnem vero secundum materiam id quod ex alimento generatur que fluit et refluit / Sed opinionem eandem Averroys
reprobat in tractatu quem fecit super librum de generatione / cum nec id quod generatur ex alimento nutriat ignem
est ipso cum et augeat in quantum est potentia quanta caro / ut dicitur in 2o de anima / Illud quod generatur ex alimento
postquam recepit speciem carnis efficitur unum cum illo quod prius inerat caro secundum speciem / quia in fine generationis
iam est simile / Non non videtur esse aliqua ratio quare calor naturalis ad possit consumere de ista humanitate carnis
que ex alimento generatur et non de hominis que a parentibus trahitur ut posset aliquo necessario modo id probari /
et ideo cum id quod est a parentibus acceptum et id quod est ex alimento generatum equaliter se habeat ad hoc
quod maneat vel consumatur per calorem naturalem / et ad hoc quod restauretur per nutrimentum quod est fluere et re-
fluere / etiam equaliter pertinet ad veritatem humane nature quod generatur ex alimento et quod a parentibus trahitur / Et secundum
hoc est 3a opinio quod alimentum convertitur in id quod est primo de veritate humane nature quantum ad speciem et
quantum ad individuum / ponit enim hec opinio quod secundum utrumque sit et quod ex alimento generatur / et quod a parentibus
trahitur indifferenter et equaliter forum humana perficiatur / et utrumque indifferenter manet quantum secundum speciem / consumitur autem
et restauratur secundum materiam / sicut in aliqua republica diversi homines manent ad quantum pertinet quibus morientibus
et aliis in locum eorum succedentibus / sic non manet una respublica secundum materiam / quia sunt alii homines
manet tamen una numero quantum ad speciem sive formam propter ordinis unitatem in officiis distinctis
Ita etiam in corpore humano manet caro et os et unaquaque partium earundem non quantum ad speciem et formam
que consideratur in situ determinato et virtute et figura / Non autem manet quantum ad materiam quia iam materia car-
nis in qua hec forma erat prius consumpta est / et alia in locum eius succedit / sic patet de igne qui continuatur
secundum eandem formam et modum per hoc quod consumptis quibusdam lignis alia supponuntur que ignem sustinent
/ Et secundum hanc opinionem de utroque predictorum indifferenter / sed generato ex alimento et a parentibus tracto tamen resur-
get quantum est necessarium ad speciem et quantitatem debitam humanam generaliter vel corporis / hec opinio videtur in certis
in eiusdem specie sed in filio ipsius Et secundum hanc opinionem dicunt quod id quod est primarie de veritate humane nature

Videtur michi certius probabilior. Sum igitur hanc opinionem. Ad primum dicendum quod distinctio philosophi qua distinguit carnem secundum speciem et secundum materiam non est sic accipienda quod alia sit caro que dicitur species a parentibus tracta, et
alia que sit secundum materiam ex alimento generata, sed una et eadem caro vero potest considerari et secundum speciem quam habet
et secundum materiam. Et quod hoc sit intentio philosophi patet ex hoc quod ipse dicit ibidem quod hoc modo distinguitur caro secundum
speciem et secundum materiam sicut unumquodque habens speciem in materia. In aliis autem habentibus speciem in materia sicut est lapis
et ferrum et huiusmodi non habet locum predicta distinctio secundum rationem, ut per se patet. Et ideo dicendum est quod alimentum convertitur in carnem
que est secundum speciem, id est que habet speciem. Non tamen ita quod alimentum fiat species carnis, sed sicut materia varie
tunc potest dici quod convertitur primo ad materiam et non primo ad speciem. Ad secundum dicendum quod virtus humane nature
et cuiuslibet alterius rei est a specie, et ideo cum id quod est secundum speciem maneat quamvis non maneat secundum materiam, nichil omnino
videtur huiusmodi non manere dicitur. Unde non oportet quod desinat esse idem homo propter mutationem que fit secundum materiam.
Si tota materia sic a forma abstrahatur ut alia totaliter sic formam accipiat. Hoc enim generatio esset et corruptio. Sicut
totus ignis unus extingueretur et alius totus accenderetur. Sed in corpore humano aliqua pars non consumitur et aliqua
in locum eius substituitur que consumitur una materia cum precedenti per hoc quod ei adiungitur ad suscipiendum eandem
formam huius corporis. Sicut si unum lignum ignis consumat et aliud loco eius apponatur erit idem ignis numero.
Ad tertium dicendum quod ad conceptionem humani corporis duo concurrunt, scilicet materia ex qua formatur conceptum et etiam virtus for-
mativa que conceptum format. Quorum primum Augustinus vocat corpulentam substantiam, secundum vero seminalem rationem. Dicendum
= secundum igitur quod utrumque istorum fuisse in Adam signatur. Materia enim scilicet materia conceptionis parata est per virtutem generativam matris
que etiam fuit in Adam quia ex costa. Virtus autem formativa est in semine patris, et utrumque istorum
reducitur in Adam sicut primam originem a qua humana natura traxerit principium generationis. Corpus autem Christi formatum
fuit per virtutem spiritus sancti activam, sed materia ministratur matre, quia ex purissimis sanguinibus virginis conceptum
est ut dicit Damascenus, et ideo non fuit in Adam secundum seminalem rationem, sed secundum corpulentam substantiam. Non tamen ita quod eadem
numero que est in nobis et sunt in Christo fuit in Adam, et ex hoc patet responsio ad sequens.
Consequenter queritur de his que pertinent ad culpam et gratiam. Et primo queritur de his que pertinent ad gratiam.
Secundo de his que pertinent ad culpam. Circa ea que pertinent ad gratiam requirebantur primo de his que
pertinent ad prelatos tantum. Secundo de his que pertinent ad omnes generaliter. Circa ea autem que ad prelatos queruntur duo.
Primo de electione prelatorum utrum scilicet sit necesse semper eligere meliorem vel sufficit eligere bonum. Secundo de honore exhi-
Ad primum sic proceditur. Videtur quod necesse sit semper eligere meliorem. Dicitur enim de bonis prelatis utrumque, scilicet mali prelati sicut honorabiliter
Item 4 Regum: Eligite meliorem et eum ponite super solium patris sui. Ergo multo fortius in spiritualibus
officiis meliores preeligendi sunt. Preterea 1 Thimothei 3 super illud: oportet episcopum irreprehensibilem esse, dicit Glossa: Talis
eligitur pontifex cuius comparatione ceterus grex dicitur. Ergo oportet in episcopum semper eligere meliorem. Preterea Leo papa
dicit: Ille qui melior est in presbiteris et diaconibus in episcopum eligatur. Preterea ille qui est propinquior ad hereditatem
Christi possidendam debet preferri. Sed Christo tamquam prior possidet clericus et prelatus qui est melior est propinquior.
Ergo ad prelaturas et officia ecclesiastica semper sunt meliores eligendi. Preterea si alicui commissum esset a domino suo ut
et fidelem et ydoneum ministrum quereret, non ageret fideliter ergo dominum si pretermisso magis ydoneo minus
ydoneum acciperet. Ergo multo magis peccat ille cui commissum est eligere aliquem in ministrum Dei si non eligat
meliorem. Sed contra est quod Decretum dicit quod sufficit eligere bonum. Ergo non requiritur quod melior eligatur. Respondeo dicendum
quod aliquis homo potest dici bonus vel melior aliquo dupliciter. Uno modo simpliciter, et melior est qui in caritate est perfectior
alio. Secundo quod est autem dicitur melior alio vel ad militiam vel ad ministerium vel ad prelaturam vel ad huiusmodi,
qui non est melior simpliciter, eo quod in singulis officiis tam spiritualibus quam corporalibus requiruntur aliqua propter
meliorem bonitatem ad hoc quod aliquis sit ydoneus ad illud officium exequendum. Dicendum est igitur quod oportet eligere ad
prelationem vel ad ecclesiasticum officium aliquem qui sit bonus simpliciter, quia per quodlibet peccatum mortale aliquis
redditur indignus ad quodlibet spirituale exequendum. Unde Dionysius dicit in epistola ad Demophilum monachum
loquens de sacerdote qui non est gratia illustratus: Non est iste sacerdos, sed inimicus dolosus, delusor
suiipsius et lupus contra divinum populum pelle armatus ovina. Non tamen oportet quod semper eligatur ille qui
est melior simpliciter. Possibile est enim quod illi qui est in caritate perfectior desint multa que requiruntur
ad hoc quod aliquis sit prelatus ydoneus, que in aliquo qui est minoris caritatis inveniuntur et sunt scientia, in-
dustria potestas et alia huiusmodi. Unde non oportet semper eligere meliorem simpliciter, sed eum qui sit melior ad officium
si autem eligat quis eum quem reputat minus ydoneum ad tale officium peccat. Non enim potest esse quod de
duobus unus alteri preeligatur nisi propter aliquid in ipso consideratum. Illud autem quod consideratur in eo qui
est minus ydoneus ad hoc quod magis ydoneo preferatur est aliqua conditio indebite movens ut fa-
miliaritas vel consanguinitas aut aliquid huiusmodi. Non enim potest esse aliqua conditio pertinens ad prelati
ydoneitatem ex quo alter simpliciter magis ydoneus reputatur et indebite movet et erit ibi
acceptio personarum que sine peccato non fit. Ad primum ergo dicendum quod cum dicitur Eligite meliorem intelli-

De meliori ad eandem dignitatem. Ad 3m dicendum quod in comparatione prelati debent esse certi quod
grex non consideratur sola sanctitate morum sed discretione et strennuitate et aliis bonis que in
pastore exiguntur ad regendum. Ad 2m dicendum sicut ad primum. Ad 4m dicendum quod ille qui eligitur in prelatum
non eligitur ad hereditatem possidendam quia hereditas clericorum non est in terra sed ipse deus. Secundum illud psalmi
Dominus pars hereditatis mee. Eligitur autem velut dispensator in familia domini celestis. Secundum illud I. ad
Cor. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores etc. Dispensator autem non semper
eligitur qui est propinquior sed qui est magis ydoneus. Ad 5m dicendum quod sicut etiam contingeret in pro-
curatione servi circa dominum temporalis quod non oportet acquirere meliorem simpliciter sed meliorem hominem ad servi-
endum. Ad id quod obicitur contra dicendum quod decretalis memorata est contra ad hoc quod non oportet eligere semper
meliorem simpliciter sed sufficit eligere bonum. Vel dicendum quod non loquitur ad forum conscientie sed contra ad forum
contentiosum in quo non reprobatur electio ex hoc quod possit alius magis ydoneus inveniri. Dubium 1e

Ad 2m sic proceditur videtur quod malis prelatis non sit honor qui eligitur ydoneus sit alias videtur electio
exhibendus. Dicit enim Boetius in libro de consolatione: Non possumus ad honores calumpnie patet
res reverendos iudicare quos ipsis honoribus reputamus indignos. Sed mali prelati non sunt honoribus
digni. Ergo non possunt esse iudicari reverendi a suis subditis. Contra honor non debetur malis prelatis nisi
ratione prelationis. Cum igitur sint prelatione indigni sunt et penitus indigni ad honores et ad omnia ad
que sunt prelationi propria. Sed contra est quod dicitur Exodi 20 Honora patrem tuum. Glossa id est prelatos. Cum igitur
indistincte loquitur videtur quod omnes prelati tam boni quam mali sint honorandi. Respondeo dicendum quod in prelato duo
possumus considerare scilicet propriam personam et dignitatem secundum quam est quedam persona publica. Si igitur prelatus
sit malus ipse ratione persone sue non est honorandus quia cum honor sit reverentia alicui exhibita ob
testimonium virtutis, secundum testimonium de eo profertur si quis eum obtentu proprie persone honoraret. Sed inquantum
est persona publica sic gerit typum et locum non suipsius sed alterius scilicet Christi in ecclesia vel reipublice
toti indignitatibus singularibus et honores non computantur secundum personam suam sed ratione eius cuius locum
possidet. Sicut est de lapillo qui est in computationibus loco C marcarum cum in se nichil valeat ut dicitur
Prov. 26 Sicut qui mittit lapidem in acervum mercurii ita qui tribuit insipienti honorem. Mercurius
enim vocabatur deus ratiocinii et mercature. Et ita est et exhibendo honorem non propter se sed propter
eum cuius locum obtinet. Sicut adoratio ymaginis refertur ad prothotypum ut dicit Damascenus. Unde etiam mali pre-
latus ydolo comparatur sicut Zach. xi o pastor et ydolum relinquens gregem. Ad primum ergo dicendum quod intentio
Boetii est dicere quod mali homines non iudicantur ut reverendi in propriis personis quamvis exhibeatur eis honor
propter officia in quo sunt. Ad 2m dicendum quod malus prelatus est indignus prelatione et honoribus que pre-
lato debentur sed racione cuius vicem gerit eius est dignus ut eius vicario talis honor exhibeatur. Sicut ista
ymago digna est ut eius ymagini in pariete depicta veneretur quamvis ymago talis reverentia digna non sit
Deinde queritur de pertinentibus ad gradum communem omni statui. Et circa hoc queruntur tria. Primo de
oratione. Utrum oratio tantum valeat facta pro alio sicut facta pro se. 2o de suffragiis utrum magis pro-
sit pauperi digno quam diviti pro quo specialiter fiunt. Tertio de voto utrum votum simplex dirimat matrimonium

Ad primum sic proceditur videtur quod oratio plus valeat pro se facta quam pro alio. Ita enim dicitur in quadam glossa quod
speciales orationes plus valent. Sed illa est maxime specialis qua quis pro se orat. Ergo plus valet
oratio pro se facta quam pro alio. Preterea ut dicitur in libro de spiritu et anima oratio nichil aliud est quam devotio mentis
in deum. Sed magis devote aliquis orat pro se quam pro alio. Ergo plus valet oratio pro se facta quam pro
alio. Sed contra caritatis valet amplius quanto magis est devota. Sed quandoque quis devotius orat pro alio quam pro
seipso. Ergo plus valet oratio facta pro alio quam pro seipso. Respondeo dicendum quod duplex est valor orationis. Unus
qui est orationis proprius secundum quem dicitur valere oratio ad impetrandum id quod petitur secundum quod oratio petri valuit
ad sustentationem Thabite. Alius valor est communis orationi et aliis operibus virtutum secundum quod oratio valet
dicitur ad merendum ipsi oranti prout caritate formatur sicut oratio petri qua sustentatio Thabite impetrata
fuit meritoria petro vite eterne inquantum erat actus caritate informatus. Loquendo igitur de primo va-
lore ceteris paribus plus valet oratio facta pro se quam pro alio quoniam efficacia orationis in impetrando
potest amittere suum effectum quando pro alio sit ex aliquo impedimento quod invenitur in eo pro quo oratur. Unde
una de condicionibus orationis que faciunt eam efficacem ad impetrandum est ut quis pro se oret. Quantum
autem ad 2m valorem oratio magis valet que ex maiori caritate procedit sive pro se sive pro alio fiat
Sed aliquando de maiori caritate per exteriora opera debet iudicari. Tunc ista oppositio duplex potest intelligi

Uno° ut aliquis ita oret pro alio quod etiam pro seipso / et tunc maioris meriti est pro alio orare et pro
seipso quam pro se tantum / maioris est enim meriti amicum benivolum et beneficum esse sibi et alijs quam sibi
tantum / Alio° potest intelligi videlicet oret pro alio et non pro se et condicitur alijs esse benivolum magis quam sibi
et ita peccaret in ordine caritatis magis alium quam se diligens / et hoc modo intelligitur propositio melius est orare
pro se quam pro alio ¶ Ad primum dicendum quod ista ratio non est ad propositum quia specialis oratio dicitur in glosa
que pro quocumque specialiter fit sive per alio ¶ Ad 2m dicendum quod licet ut plures homo pro seipso devocius (plus)
oret tamen quandoque orat pro alio devocius / et ita secundum hoc non potest sumi vel iudicari que oratio plus valeat
Ad 2m sic procedendo videtur quod suffragia ecclesie facta specialiter pro amico ¶ Et similiter ad 3m et 4m in 3m dicendum
Divite equaliter valeant pauperi pro quo non fiunt si sint equalis meriti / Ut enim dicit Augustinus huiusmodi
suffragia tantum valent vincimus post mortem quantum meruit vivens ut sibi prodessent / si ergo predicti
duo equaliter meruerit / ergo equaliter prosunt eis predicta suffragia ¶ Preterea passio Christi plus prodest ei
qui maioris est meriti / sed missa que est precipuum suffragiorum est memoria passionis dominice ergo equaliter prosunt
eis qui sunt equalis meriti ¶ Sed contra deus accipit huiusmodi suffragia secundum intencionem facientis / sed faciens
intendit quod plus prosint diviti pro quo fiant / ergo ei plus prosunt ¶ Preterea non est dicendum quod pia intencio
eorum frustra qui pro divitibus specialia suffragia faciunt / frustraretur autem si eis specialius non prodessent / ergo
magis prosunt eis pro quibus fiunt ¶ Circa hoc duplex est opinio Quidam enim dicunt quod
suffragia ecclesie specialiter pro amico facta valent omnibus qui sunt in purgatorio / equaliter quidem his qui
sunt equalis meriti / plus vero his qui sunt maioris meriti / minus his qui sunt minoris meriti sicut
candela incensa pro divite solo in domo / equaliter prodest alijs qui sunt equalis visus / plus vero
his qui sunt acutioris / minus his qui sunt minoris / quamvis sit diviti magis ad quendam honorem pre alijs
/ Et sic etiam lectio que legitur specialiter pro aliquo clerico intelligitur similiter audientibus / equaliter tamen valet his qui
sunt equalis capacitatis / plus his qui sunt maioris / minus his qui sunt minoris / Alij vero dicunt quod suffragia
plus valent his pro quibus specialiter fiunt / utraque autem opinio secundum aliquid vera est / Ad cuius evidenciam / Sciendum est quod
opera unius non valent alteri non vivo quantum ad hoc primum esse possibile quia sic unusquisque ex proprijs actibus
meritum / sed solum ad aliquod accidentale gaudium vel quantum ad remissionem alicuius pene temporalis / et sic suffragia
mortuorum possunt prodesse defunctis / huiusmodi autem quemcumque opera continuatur duplex / uno° sicut ex unione caritatis qua
omnes fideles efficiuntur unum corpus et actio unius quodammodo redundat in iuvamentum alterius / sic et in membris
corporis videmus / et iuvatur aliquis ex actu alterius inquantum quilibet existens in caritate gaudet de quolibet bono
opere / et quanto est maioris caritatis tanto amplius gaudet sive sit in purgatorio sive in paradiso / sive etiam in
mundo / et quantum ad hoc verum est prima opinio / Alio° actio unius fit quantum alteri per intencionem facientis / quia fit
pro illo et valet ei quod valet precise in debitis solvendis / et suffragia ecclesie valent defunctis inquantum unius
solvit deo satisfactionem / quam mortuus solvere tenebatur / et valor suffragij secundum intencionem facientis / et quantum
ad hoc 2a opinio est vera ¶ Ad primum ergo dicendum quod meritum id de quo loquitur Augustinus est meritum donatum / Ostenditur
enim aliquis vivens ut sibi suffragia post mortem valeant si pro eo fiant / que quidem condicio magis extitit
in uno et minus extitit in alio / et ideo non equaliter prosunt utrique ¶ Ad 2m dicendum quod passio Christi fuit exhibita
pro omnibus / sacrificium autem misse specialiter pro aliquibus offertur / et ideo non est simile / Alij duo concedimus 9a
Ad 3m sic proceditur videtur quod votum simplex continencie dirimat matrimonium contractum / Si enim aliquis det alicui
aliquid prius alteri dederat / secunda dacio nulla est / sed ille qui emittit simplex votum continencie / dat corpus suum
uxori / contractus iste matrimonij nichil valere videtur ergo etc. ¶ Sed contra est quod decretum dicit quod votum simplex matrimonium (= et dicitur)
impedit contrahendum / sed non dirimit contractum ¶ Respondeo dicendum quod votum simplex non dirimit matrimonium contractum
sed solum solempne / Cuius ratio patet per differentiam utriusque voti instituitur / In voto enim simplici est sola promissio
qua quis promittit deo se continentiam servaturum / ex sola autem promissione non transfertur dominium / unde si aliquis
promittat rem aliquam alicui / et postea dat eam alteri / huiusmodi dacio non potest rescindi / per potestatem promissoris
quamvis malefaciat dando / Et ille qui emisit votum simplex continencie potest quocumque modo corpus suum tradere
uxori quamvis peccet hoc faciendo / tamen matrimonium non dirimitur per votum precedens / In voto autem solempni est
simul promissio et tradicio / Tunc enim est votum solempne quando simul aliquis cum voto consecratur deo et ponitur in aliquo
statu sanctitatis / vel per ordinis susceptionem vel professionem certe regule / et non potest ulterius corpus suum tradere
uxori / et si tradiderit / contractus nullus est / et matrimonium dirimitur per votum solempne non autem per simplex / Ratio
autem in contrarium adducta falsum presupponit scilicet quod per votum simplex aliquis det corpus suum deo / Non enim dat sed
Deinde queritur de his que pertinent ad iustitiam / Et circa hoc queruntur quinque primo ¶ Promittit
Utrum peccet qui ad ecclesiam vadit propter distribuciones qui alias non iret quamvis a principio prebendam
acceperit ut deo serviret / Secundo utrum aliquis habens de superfluo peccet si non dat pauperibus petentibus / Tercio utrum
cum sint due diverse opiniones de aliquo facto utrum ille qui sequitur minus tutam peccet sicut de pluralitate
prebendarum / Quarto utrum mendacium semper sit peccatum / Quinto utrum quantum aliquis intendit peccare tantum
peccet / Sexto ergo cum pastea contrahit matrimonium dat corpus suum uxori contractus est

Ad primu sic procede videt q ille q vadit ad ecclam propt distribucōs alr nō iturus pecc / Ipe
enim vr obsequium diuinu quod est inpreciabile ponē sub precio rei tpal / go committit symonia et
ita vr q mortalr pecc / Sed contra ille q facit votu bona intencoe si pcesso in prosecucōe voti mu
tet^r vol eius vt invitus faciat quod voleb pmisit nō euacuat^r meritu voti vt vr Anselh dicē
in lib de similitudinibz / go eade racōe qui accipit pbenda vt deo famulet nō pdebit frctus pecca mu
tet^r eius intencō / Rndeo dd q ad euidencia huius qōis nōn / e q aliquis actus dr ee spualis dupr
vno^o ex pte principali / qn s actus compet actui ex se propt aliquid spuale quod in ipo e / sic cp̄o
confectare baptizare et diacono legē ewangm et in talibz actibz committir symo si aliquis intedat suu
actu vendē / alio^o e aliquis actus spualis nō ex pte sui / sed ex pte finis tm / sic docē liberales artes
quibz vtitur spualis ē / sed huiusmodi doctrina nō competit actui propt aliquod spuale officiu / cum
eciā gentilibz huiusmodi artes liceat docē / Et in his actibz committir symonia si vendar finis qui spua
lis est s ipa virtus / nō si aliquis sua opa docet / Celebrare in diuinis officiis in eccla quod est actus spua
lis primo^o competit actui ex hoc q est clicus / et ideo symoniacz committit q huiusmodi actus vendē intedit
In qualz aut vendicōe precium accipir q finis / et io in predicto cau distinguendu e / si enim huiusmodi distri
bucōes recipit q finē sui opis primaria intencōe symonia committit / et ita mortalr peccat / si aut hēt
principale finē deu in tali actu / huiusmodi aut distribucōes respicit secūdario / nō q finē / sed sic id quod
e necessariu ad sua sustentacōz / constat q nō vendit actu spualē / et ita symoniaz nō committit nec
peccat / Sic aut accepcō distribucionu nō e cā quare ad ecclam vadat / sed prope hō delectacōe cā
e quare vadat nunc nō alia vice / et p3 rndo ad pmū / quia nō ponit inpreciabile sub precio / Ad id
vero qd in contrariu obicit^r / dd q tunc in vouente nō euacuatr meritu voti qn merito vouens fert^r sicut licitu
vt tn aliquis vellet id nō facē quod vouit si nō vouisset / si aut fertur directe sup illicitum tunc euacuatr
meritu voti / vt tn aliquis vult aliter id nō facē quod vouit / Ille aut q vult ire ad ecclam pro pecunia
sic pro fine sui hēt voluntate delata super illicitum et io peccat · q xiij

Ad 2m sic procede^r vr q ille qui nō dat paupi petenti si hēat de superfluo pecc / facere enim eleo^z
de superfluo e sub precepto Luce xi · vn tamē quod super̄ date eleoz / go peccat si petenti nō
tribuit / Sed contra aliquis tenet^r inquirere de his que sunt necessaria ad salutē / sed necessariu e ad salutē vt aliquis
subueniat existenti in extrema necessitate / go tenet^r quilz inquirē utru pauper sit in extrema necessitate / vel
statim ei dare / In contrariu e q sic videret^r q omnes essent dampnati / Rndeo dd q circa hoc distinguend
e supposito enim q aliquis hēat de superfluo et ter^o indiuidui et ter^o pnē q tenet^r paupibz erogare
aut videt in pauperē petente euidencia signa extreme necessitatis aut nō / si videt / tunc e q tenet^r dare et
peccat nō dando / In hoc enim cau^o locū Ambrosius pasce fame morientē / si nō paueris occidisti / Si vero
non appareat / tunc nō tenet^r date paupi petenti / quia quilibet teneat^r dare superfluu paupibz / nō tn
oibz dare / nec eciā huic dare / sed tenet^r distribuere s q s visu fuerit oportunum / nec tene^r inquirē
quia hoc eet nimis graue q de oibz paupibz inquireret / et precipue cum ad eu qui necessitate
patitur pertineat ut necessitatē sua exponat · et p hoc patet rndo ad obiectu · q xiiij

Ad 3m sic procede^r vr q ille q hēt plures pbendas pecc ex hoc q opiōs maiore sit in contrariu
Quilibet enim committit se discrimini in hiis que sunt ad salutem peccat / sed ille committit se discrimini
qt vr cum faciat contra maiorum doctorum sentenciam / go vr q pecc / Sed contra sic e / q in tali cau aliquis adhibz
diligenciaz inquirēs an habere plures pbendas sit licitum · nec inuenit aliquid quod eum moueat ad hoc
q sit illicitum / go vr q sine peccato plures pbendas possit habere / Rndeo dd q duobz modis aliquis
ad pctm obligat^r / vno^o faciendo contra legē vt cum quis fornicat^r / alio^o faciendo contra consciam et si non
sit contra legē / vt si consciencia dictat alicui q leuare festuca de terra sit mortale pctm / Ex consciencia aut
aliquis obligat^r ad pctm si hēat certam fidē de contrario eius quod agit / siue eciam hēat opiōz cum aliqua
dubitacōe / Illud aut quod agit^r contra malum legē sp e malum / nec excusat^r p hoc q e s consciam / et
q e contra consciam e malum quamuis nō sit contra legē / Quando aut nec e contra consciam / nec contra legē / nō
pt ee pctm / Dd in q vbi sunt due opiōs contrarie de eodē / oz alteram ee veram et alteram falsam
Aut in ille q facit contra opiōz maiorem vtpote habendo plures pbendas facit contra veram opiōnem / et cum
faciat contra legē dei nō excusat^r a peccato quamuis nō faciat contra consciam / Aut illa nō e vera sed
magis contraria quam ille sequitur ssta q vz licet habere plures pbendas / Et tunc distinguendu e / quia aut talis
hēt consciaz de contrario et tunc peccat contra consciam faciens / quamuis nō faciat contra legē / Aut non
hēt consciaz de contrario s3 certitudine / sed tn in quadam dubitacōe adducit^r ex contrarietate opiōm
Et si manente tali dubitacōe plures pbendas hēt periculo se committit / et sic procul dubio peccat
vtpote magis amans beneficium tpale q propriaz salutem / aut ex contrariis opiōnibus in nullaz

dubietate adducitur et non committit se discrimini nec perimit. Unde patet responsio ad obiecta.
Ad tertium sic proceditur videtur quod non omne mendacium sit peccatum. Gravius enim peccatum est homicidium quam me-
ndacium sed homicidium potest licite fieri, ut cum iudex occidit latronem, ergo et mendacium. Praeterea in sacra scriptura
quidam laudantur qui tamen mentiti esse inveniuntur ut obstetrices, Iacob et Iudith, ergo mendacium non semper est
peccatum. Sed contra est quod Augustinus dicit in libro de mendacio. Respondeo dicendum quod quicumque actus habet
aliquam inordinationem inseparabiliter annexam nunquam bene potest fieri, quia ipsa inordinatio est ad superfluum vel
diminutum, et ita non potest in tali actu medium accipi in quo virtus consistit, ut patet per philosophum secundo ethicorum.
Huiusmodi autem actus est mendacium. Ad hoc enim inventa sunt verba vel voces ut sint signa intellectuum, ut
dicitur in perihermeneias, et ideo qui aliquid voce enuntiat quod non habet in mente, quod importatur in nomine mendacii, est
inordinatio et abusus vocis. Et ideo concedendum quod mendacium semper est peccatum. Ad primum ergo dicendum quod homicidium semper est
peccatum quia inordinationem habet inseparabiliter annexam. Homicidium enim plus importat quam occisio hominis. Compositum
enim nomen frequenter plus importat quam componentia. Importat enim homicidium occisionem hominis indebitam,
et ideo homicidium nunquam est licitum, quamvis occidere aliquem liceat. Ad secundum dicendum quod sicut Augustinus dicit in libro de mendacio
et habetur in glossa super id Psalmi: Perdes omnes qui loquuntur mendacium, duplex aliquis laudatur in scriptura. Quidam propter
perfectum statum virtutis. Et horum facta proponuntur nobis in exemplum, et de talibus non legitur quod mentiti sint, sed si aliqua
dixerunt quae mendacia videntur, sunt [illegible] mysterium, quia ex instinctu spiritus sancti acceperunt mendacia non sunt.
Quidam vero laudantur propter virtutis indolem, et de aliquibus legitur mendacium maxime officiosum, sicut patet de ob-
stetricibus. Non enim commendantur quia mentitae sunt, sed propter misericordiam ex qua in mendacium inciderunt, et apparebat
Ad quartum dicendum sic proceditur videtur quod quicumque in eis indoles cuiusdam profectus virtutis non ad perfectum. q. xvi
non oportet si aliquis intendat peccare mortaliter quod peccet propter hoc mortaliter. Deus enim promptior est ad miserendum
quam ad puniendum, ut habetur in glossa in principio Genesis. Sed si aliquis intendit peccare venialiter non sequitur quod propter hoc peccet
venialiter, ergo nec oportet quod qui intendit peccare mortaliter quod propter hoc peccet mortaliter. Sed contra: quicumque intendit
peccare mortaliter facit contra conscientiam, sed omnis talis peccat mortaliter, ergo etc. Respondeo dicendum quod improprie loquendo dicitur
quod aliquis intendit peccare mortaliter vel venialiter. Malum enim est praeter intentionem, ut dicit Dionysius 4° capitulo de divinis nominibus.
Sed si aliquis intendit facere ad quod credit esse mortale peccatum, et ex hoc dicitur quod intendit peccare mortaliter. Prae-
dicta est quaestio nihil aliud quaerit nisi si aliquis credit quod hoc esset peccatum mortale quod facit peccat mortaliter. Non
autem est necesse quod sit veniale si credat veniale esse, ut si fornicationem credat esse peccatum veniale. Cuius
consideratio de facili patet ex solo, quia cum conscientia etiam erronea habeat vim ligandi ex tempore quod contra conscientiam facit
mortaliter peccat. Error autem conscientiae quandoque habet vim absolvendi sive excusandi quando scilicet procedit ex ignorantia
eius quod aliquis scire non potest vel scire non tenetur, et in tali casu quamvis factum de se sit mortale tamen intendens peccare
venialiter peccaret venialiter, sicut si aliquis intenderet accedere ad uxorem suam causa delectationis et alia intenderet peccare
venialiter si ei alia supponeretur eo nesciente venialiter peccaret. Quandoque error conscientiae non habet vim absolvendi
vel excusandi quando scilicet ipse error peccatum est, ut cum procedit ex ignorantia eius quod quis tenetur scire et potest scire,
sicut si credit fornicationem simplicem esse peccatum veniale, et talis quamvis credit peccare venialiter non tamen peccaret
Deinde quaeritur de his quae pertinent ad poenam et gloriam venialiter. Et sic patet responsio ad obiecta etc.
Et primo de his quae pertinent ad poenam, secundo de his quae pertinent ad gloriam. Circa poenam autem quaeritur
primo de poena spiritualis, secundo de poena corporalis damnatorum. Circa primum duo quaeruntur, primo utrum damnati
videant gloriam sanctorum et maxime post diem iudicii, secundo utrum damnati vellent suos propinquos esse dam-
natos. Ad primum sic proceditur videtur quod damnati post diem iudicii videant gloriam sanctorum. Sicut se habet gloria
ad miseriam ita miseria ad gloriam, sed de perfectione gloriae sanctorum est ut videant miseriam damnatorum, ut habetur
Isaiae ultimo: Egredientur et videbunt cadavera virorum impiorum, ergo et de perfectione miseriae damnatorum
est ut videant gloriam sanctorum. Praeterea post diem iudicii non affectio a damnatis abstrahitur, sed nunc affliguntur
damnati de hoc quod vident gloriam sanctorum super id Luce 16: Videat et ostendat zelantes populi, ergo et post
diem iudicii gloriam sanctorum videbunt. Sed contra omnis delectationis materia damnatis post diem iudicii subtrahitur,
sed videre sanctorum gloriam est quaedam materia delectationis, ergo etc. Respondeo dicendum quod videre gloriam sanctorum contingit dupli-
citer, uno modo ut capiatur quid sit ipsa gloria et qualis et quanta, et nullus potest videre gloriam nisi qui est in gloria. Su-
perat enim et splendorem et intentum eorum quae sunt in ea. Hoc enim est manna absconditum et nomen novum
scriptum in calculo quod nemo novit nisi qui accipit, ut habetur Apocalypsis 2°. Alio modo potest videri gloria beatorum
ut videatur ipsos beatos esse in quadam gloria inenarrabili et excedente intellectum, et damnati ante diem
iudicii vident gloriam sanctorum, non autem post diem iudicii, quia tunc erunt penitus a sanctorum consortio alienati, ut
qui ad summam iam miseriae pervenerunt, et ideo nec etiam sanctorum consortio digni habebuntur. Nam videre aliquod consortium
est cum eo quod videtur. Ad primum ergo dicendum quod videre miseriam damnatorum non erit sanctis ad gloriam, gau-
debunt enim de iustitia Dei et de sua evasione, super id Psalmi: Laetabitur iustus cum viderit vindictam

Nonsolum
est conscientia
ligat

Sed videre sanctorum gloriam ad peccatoris importat qua post diem iudicii dampnati carebunt. Ad 2m dicendum
quod dampnati in inferno existentes post diem iudicii memores erunt glorie sanctorum quam ante et in iudicio
viderunt et cognoscunt eos esse in maxima gloria quamvis non videant ipsos beatos nec eorum gloriam, et ita in-
vidia torquebuntur et afflictio que est in eis nunc ex tali visione manebit visione ablata, de quo eo
magis dolebunt videntes se etiam sanctorum visione indignos reputatos. Ad id quod 3o obicitur dicendum
quod videre sanctorum gloriam non est eis delectationis nisi secundum primum modum ipsos videant qualiter a dampnatis
iniqui videntur, sic autem non vident et non habere est magis afflictionis causa propter invidiam q. xviij
Ad 2m sic proceditur. Videtur quod dampnati non vellent suos propinquos esse dampnatos. Dicitur enim Luce
16 quod dives in inferno dampnatus petebat Lazarum mitti ad fratres suos ut testificetur illis ne venirent
in locum tormentorum. Petitio autem est voluntatis designativa. Ergo dampnati non volunt suos propinquos dampnari.
Sed contra est id quod Ysaie 14 super id surrexerunt de soliis suis dicit glossa: solacium est dampnatis socios
habere sue miserie. Ergo ipsi vellent omnes esse dampnatos. Respondeo dicendum quod vicia spiritualia in dampnatis
non consumentur ut patet Ezech 32 ubi dicitur de impiis quod cum armis suis ad infernum descendent. Et ideo
in eis peccatum invidie est, ad quam pertinet dolere de bono alterius quod ipse non habet. Et per consequens vellet ~~omnium~~ pati
malum quod ipse patitur. Liberari enim a malo quoddam bonum est. Que quidem invidia in aliquibus etiam in hac
vita tantum invalescit ut suis propinquissimis etiam invideat de bonis que non habent ipsi. Et multo amplius
dampnati invidia stimulante vellent suos propinquos cum omnibus aliis esse dampnatos et dolebunt
si sciant aliquos salvatos. Sed tamen si non omnes deberent dampnari sed aliqui salvari, magis vellent suos
propinquos quam alios a dampnatione liberari, quamvis in hoc etiam invidia torquebuntur si videant alios
salvari et suos dampnari. Et per hunc modum dives dampnatus nolebat suorum fratrum dampnationem [margin: reprehensibilem]
Deinde queritur de pena corporali dampnatorum utrum sit ibi tantum pena ignis vel etiam pena aque.
Et videtur quod sic per id Job 24 de impiis transibunt ab aquis nivium ad calorem nimium. Sed contra
omnis delectatio et refrigerium dampnatis auferetur. Sed non potest esse sine quodam refrigerio quod ab afflic-
tione caloris ad frigus aque transeat vel econverso. Ergo talis penarum alternatio non est in dampnatis. Respondeo
dicendum quod sicut dicit Basilius exponens id psalmi vox domini intercidentis etc. In fine mundi ignis dividetur et
quod electum et quicquid est in eis pulcrum et clarum remanebit superius ad gloriam beatorum. Quod vero est in
eis feculentum et penosum descendet in infernum ad penam dampnatorum. Et ita fex totius creature in
infernum colligetur et erit dampnatis in penam. Et ideo non solum patientur penam ignis. Iustum est enim quod
qui creatorem offendunt ab omni creatura puniantur unde dicitur Sap. 5 quod orbis terrarum pugnabit pro eo
contra insensatos. Ad id autem quod in contrarium obicitur dicendum quod ex huiusmodi varietate penarum non erit in dampnatis
refrigerium. Ignis enim et aqua et huiusmodi non agunt in corpora dampnatorum actione nature ita quod relinquat
suas qualitates in corporibus dampnatorum secundum esse nature sicut ignis relinquit calorem in lignis que facit esse
calida. Alioquin cum contraria non possint esse simul in eodem, oporteret corpora dampnatorum suas qualitates perdere
et transmutata natura organorum oporteret ut fieret pena insensibilis. Sed agunt in corpora dampnatorum
actione spirituali imprimendo suas qualitates corporibus dampnatorum secundum esse spirituale per modum quo species coloris
est in aere vel etiam in pupilla, non ita quod fiat colorata. Unde corpora dampnatorum sentient afflictionem ignis
sic ~~hoc~~ quod continetur in natura ignis. Et ideo varietas penarum non facit eis ad refrigerium. Refrigerium aliquid
enim nunc ex alternatione penarum proveniens causatur ex transmutatione nature ignium per refrigerium aque superveniens
calefactionis remittitur et ad medium venitur quod est delectabile. q. xix
Deinde queritur de gloria beatorum et circa hoc queruntur duo. Primo utrum beatitudo sanctorum principalius consistat
in intellectu quam in affectu vel econverso. Secundo utrum per prius beati ferantur ad videndam humanitatem Christi
quam eius divinitatem. Ad primum sic proceditur. Videtur quod beatitudo sanctorum principaliter consistat in intellectu. Sic enim dicit
Augustinus 10 confessionum: beatitudo est gaudium de veritate. Sed veritas pertinet principaliter ad intellectum. Ergo et beatitudo.
Preterea Iohannis 17 dicitur: Hec est vita eterna ut cognoscant te solum deum et quem misisti Ihesum Christum. Cognitio
autem ad intellectum pertinet. Ergo et vita eterna sive beatitudo. Preterea Augustinus dicit in libro de trinitate quod visio est tota
merces. Merces autem est beatitudo. Ergo pertinet principaliter ad visionem intellectus. Sed contra premium videtur ratio: sed
ratio premii principaliter consistit in voluntate. Ergo et beatitudo que est premium. Respondeo dicendum quod felicitas sive beatitudo
in opere consistit et non in habitu ut probat philosophus in 1 ethicorum. Unde beatitudo hominis potest comparari ad
aliquam potentiam anime dupliciter: Uno modo sicut obiectum potentie, et beatitudo sic comparatur ad voluntatem. Notat enim
beatitudo ultimum finem hominis et summum ipsius bonum. Finis enim et bonum sunt obiectum voluntatis. Alio modo sicut
actus ad potentiam. Et beatitudo originaliter et substantialiter consistit in actu intellectus. Formaliter autem et completive
in actu voluntatis quia impossibile est ipsum actum voluntatis esse ultimum finem voluntatis. Ultimus enim finis hominis est
illud quod est primo desideratum. Non autem potest esse quod primo volitum sit actus voluntatis. Prius enim

[margin: quo igitur agit ... corpora dampnatorum]

est potentia fertur in aliquod obiectum quam quod feratur super actum suum / primus enim intellectus actus alicuius potentie est
reflexus eius super actum illum / actus autem terminatur ad obiectum / et ita quelibet potentia prius fertur in
obiectum quam suum actum / sicut visus prius videt colorem quam videat se videre colorem et ita etiam voluntas prius
vult aliquod bonum quam velit se velle / et actus voluntatis non potest esse primum volitum et per consequens nec ultimo
finis / sed quocienscumque aliquod bonum exterius est desideratum quod finis / ille actus interior est nobis quod finis
interior quo primo possidere attingimus ad ipsum / sicut dicimus quod comestio finis est et beatitudo eius / quod potest
cibum finem suum / et avaricia eius / qui in potest finem suum pecuniam / finis autem noster deputatus deus est / unde
actus quo ei primo coniungitur est originaliter et substantialiter nostra beatitudo / primo autem deo coniungimur per actum intellectus
et ideo ipsa dei visio que est actus intellectus est substantialiter et originaliter nostra beatitudo / sed quia hec operatio perfectissima
est et coniunctissima obiecto ideo consequitur maxima delectatio que quod decorat ipsam operationem et perficit eam sicut pulchritudo
iuventutem ut dicitur in x ethicorum / unde ipsa delectatio que est voluntatis est formaliter complens beatitudinem / et
ita beatitudinis ultime origo est in visione complementum autem in fruitione / Tercio quod prime rationes concedende sunt quia
ostendunt quod beatitudo substantialiter consistit in actu intellectus / Ad id quod obicitur quod dicit quod meritum consistit in agendo
premium autem in retinendo / dicendum autem primo pertinet ad voluntatem quia ipsa movet omnes alias vires / sed re-
tinendo prius pertinet ad intellectum quam ad voluntatem / unde primum per prius attribuitur intellectui / meritum vero voluntati
Ad xm sic procedendum videtur quod beati in gloria prius ferantur ad contemplandum deitatem quam eius humanitatem / Altis-
simo enim statui altissimus actus primo et principaliter competit / sed beati sunt in statu altissimo / Cum igitur actus
intellectus que est potentia altissima circa est finis in deum sit actus altissimus et nobilissimus / videtur quod hic actus
primo beatis competeret ut deum contemplentur / Preterea hoc ad perfectionem vie pertinet nos ab infimis ad su-
periora contemplanda consurgere / sed beatus erit perfectior quam in perfectione vie / ergo ipsi ergo per prius superiora con-
templabuntur et prius deitatem quam eius humanitatem / Sed contra ad extremum non pervenitur nisi per medium / sed
medium inter deum et homines est Christi humanitas / i thimothei ii° mediator dei et hominum homo Christus Ihesus / ergo sancti non per-
venient ad contemplationem dietatis nisi prius contemplando eius humanitatem / Respondeo dicendum quod universaliter potentia con-
siderat rationem operis quam sub operatione operatur / Beati autem adeo sunt deo coniuncti ut ipse sit eis ratio contemplationis cognoscendi
et operandi / Aliter enim actus beatus per aliquas creaturas et operationes impediretur / Et ideo id ad quod sancti primo
attendunt est ipse deus et eum habent medium talium cognoscendorum et regulas talium operationum / et per prius contemplantur
deitatem Christi quam humanitatem eius / In utraque tamen contemplatione delectacionem invenient / unde dicitur Iohannis x ingredietur
scilicet ad contemplandum deitatem Christi et egredietur ad contemplandum eius humanitatem / et utrobique pascua invenient
id est delectationem et exponitur in libro de spiritu et anima / duas autem partes rationes concedimus ad id quod dicitur est obiectum
dicendum quod ratio illa procedit quantum ad statum vie in qua nondum summo deo perfecte coniungimur / sed oportet nos ad
deum per Christum accedere / sed cum iam deo in beatitudine coniungimur extremo per prius intendemus Christi deitatem quam eius humanitati

quotlibetum ix

Quesitum est primo de capite id est Christo / deinde de membris eius / de Christo quesitum est triplex / primo quantum
ad naturam divinam / secundo quantum ad unionem humane nature ad divinam / tercio quantum ad species sub quibus in sacramento
altaris continetur / Circa primum queritur utrum deus possit facere infinita esse actu / Et videtur quod sic / Deus enim
potest facere maius omni eo quod facit / quia eius potentia non adequatur operibus ut dicit hugo de sancto victore / Sed
infinito in actu non potest esse maius aliquid / ergo non potest esse quod deus faciat infinitum in actu / Sed dicendum quod deus
potest plus facere quam homo possit dicere vel cogitare / sed id luce primo non erit impossibile apud deum omne verbum
sed homo potest dicere infinitum esse actu et etiam cogitare / cum quidam philosophi hoc posuerunt ut patet in iii° phisicorum
ergo deus potest facere infinitum in actu / Respondeo dicendum quod cum dicitur deum non posse aliquid facere / hoc non est propter
defectum divine potentie / sed propter impossibilitatem que importatur in facto / Quod quidem contingit dupliciter / uno modo quia
repugnat facto in quantum est factum / sicut dicimus deum non posse facere aliquam creaturam que se in esse contineat
et ex hoc ipso quod res aliqua post esse causam superiorem / secundo causa indigere conservatione cum idem sit causa essendi
rem et conservandi rem in esse / Alio modo quia repugnat huic facto in quantum est hoc factum / sicut si dicamus deum
non posse facere equum rationalem / Esse enim rationale equus non repugnat facto / sed hoc facto / sed esse rationale
repugnat huic facto scilicet equo / Repugnat enim equum in quantum est equus / in cuius diffinitione cadit irrationale
/ Dicendum autem dicitur quod deus non potest facere esse infinitum in actu / quia esse infinitum repugnat facto in quantum
est factum / Est enim de ratione creature ut creatorem adequet quod oportet ponere si esset aliqua creatura infinita
infinitum enim maius infinito non est / Sed id non videtur rationabiliter dici / nichil enim prohibet id quod est infinitum
uno modo limitatum ab eo quod est infinitum pluribus modis / sicut si esset aliquod corpus infinitum secundum
longitudinem / finitum vero latitudine / esset minus corpore longitudine et latitudine infinito / Dato autem quod deus faceret
aliquod corpus infinitum actu / corpus quidem hoc esset infinitum quantitate dimensiva / sed de neccessitate haberet naturam
speciei determinatam et esset limitatum ex hoc ipso quod esset res materialis / unde non esset equale deo cuius esse
et essentia est modo omnibus infinita / Alii vero dixerunt quod esse infinitum in actu secundum aliquem modum non repugnat
facto in quantum est factum nec huic facto in quantum est hoc factum quod est in actu / Aliquo vero modo non repugnat enti

[illegible] [illegible] in summa parte q 2 [illegible] at [illegible] implicit [illegible] sub divina [illegible]
[illegible] quia non potest [illegible] [illegible] dicitur quod non potest fieri quam
quod deus [illegible] non potest facere [illegible]

in actu esse infinitum / Et hec est opinio Algazelis distinguit enim duplex infinitum scilicet infinitum per se et infinitum
per accidens / Cuius distinctionis intellectus sic intelligi accipi potest / quod cum infinitum possit in quantitate inveniri ut dicitur in 3o
physicorum si quantitas in qua infinitum consistit habeat talem multitudinem / cuius unaqueque pars ab alia dependeat
et certum ordinem habeat ita quod unaqueque pars illius multitudinis requiratur per se tunc infinitum in tali
quantitate consistens dicitur infinitum per se / sicut patet in hoc quod baculus movetur a manu et manus a lacertis et
nervis que movetur ab anima / quod si hoc in infinitum procedat ut scilicet anima ab alio moveatur et deinceps
in infinitum / vel baculus vel ab alio moveatur et deinceps in infinitum erit multitudo infinitorum motorum et mo-
torum per se post infinita / Si vero quantitas in qua consistit infinitum resultat in aliquibus pluribus que eundem or-
dinem habent et quorum unus non requiritur nisi per accidens / sicut si aliquis faber cultellum faciat ad cuius
constructionem multis marcellis indigeat / ex hoc quod unus post alium frangitur / et unus succedit in loco
alterius eundem ordinem tenens / si multitudo talis in infinitum excrescat / dicetur infinitum per accidens et non per se
/ Accidit enim fabrili operi marcellorum infinita multitudo / cum per unum marcellum si duraret equaliter
posset expleri sicut per infinitos / Dicit igitur quod infinitum per se repugnat ei quod est esse in actu / eo quod omnia in hiis
que per se ordinem habent compleri possunt per operationem quedam omnium etc ad unum constituendum requiretur in-
finitorum virtus influentia si esset ad infinitum per se / et ita numquam posset compleri / cum infinita non possit transire
Sed infinitum per accidens scilicet eos non repugnat ei quod est esse in actu sicut Algazel dicit in sua methaphisica dicens
rationales hominum defunctorum esse infinitas eo quod ponit generationem hominum ab eterno fuisse / et animas post mortem
corporum remanere / Et secundum hanc opinionem deus posset facere esse infinitum vel infinitum in actu / etc si non invenitur
in natura in infinitum in actu / Sed quia Commentator in 110 methaphisice dicit quod infinitum in actu esse non potest nec infi-
nitum per se nec infinitum per accidens / In primo vero invenitur infinitum per accidens / sed non infinitum per se / etc secundum enim
esse infinitum omnino repugnat ei quod est esse in actu / Et hoc verius esse videtur Non enim potest esse in actu in rerum
natura aliquid non specificatum ad diversas species inducuntur secundum hanc / Omnis enim intellectus concipiat aliquid non specificatum
rationalis vel irrationalis dicitur / non tamen potest in actu esse aliquid quod non potest rationale vel irrationale / unde secundum positionem non est
in genere quod non est in aliqua eius specie / omnis autem quantitas vero quantitas specificatur per certam terminationem quantitatis / sicut
multitudinis species sunt duo et tria etc / et magnitudinis species sunt bicubitum / tricubitum et hoc secundum aliquam determinatam
mensuram / unde impossibile est sic inveniri aliquam quantitatem in actu que non sit propriis terminis terminata
Nota quantitas que non habet terminos et terminatas dimensiones non est quantitas / et sic multitudo que non com-
prehenditur sub certa specie numeri non est multitudo / Cum autem infinitum concernat quantitatem / et dicatur infinitum per terminorum
remotionem / impossibile erit infinitum esse in actu propter quod dicit philosophus in 3o physicorum quod est infinitum sicut materia
non specificata secundum sub privatione existens / et quod se habet magis in ratione partis et contenti quam totius et con-
tinentis / Et ideo sicut deus non potest facere equum rationalem / ita non potest facere actu esse infinitum / unde primum accidens
quia unum excedit cuius non esse confundit / eo quod si ponatur deus facere ad infinitum secundum unum modum adhuc
potest ad infinitum facere in alio ordine / sicut si possit facere infinitos leones / Infinito enim non est ad maius
in eo ordine quo est infinitum / secundum alium ordinem nihil prohibet esse ad maius infinito / sicut numeri pares
sunt infiniti / et tamen numeri pares et impares simul accepti sunt plures numeris paribus / Ad id vero quod in contrarium
obicitur dicendum quod verbum intellectus non solum dicit id quod voce profertur sed quod mente concipitur / Et ideo autem
quod ipsi est repugnans mente concipi non potest / quia nullus potest intelligere contradictoria esse simul vera ut probatur in 4o
methaphisice unde cum esse infinitum repugnat ei quod est esse in actu hoc non est verbum / unde non est infinitum in
actu unde sequitur quod sit deo impossibile / Philosophi autem qui posuerunt infinitum esse in actu propria voce ignoraverunt
Eiusdem quaestio de Christo quantum ad unionem humane nature cum divina / Et circa hoc queruntur tria de Christo
Utrum sit in Christo una hypostasis tantum / Secundo utrum sit in eo unum tantum esse / Tertio utrum sit in eo tantum
una filiatio
Ad primum sic proceditur videtur quod in Christo sint plures hypostases / Unio enim anime ad corpus
presupponitur ad assumptionem / quia Christus humanitate sive humana naturam assumpsit que cum sit forma totius
dicit ad compositum ex anima et corpore / sed anima ad corpus unita faciunt hypostasim hominis / ergo hypostasis
in humana natura preintelligitur assumptioni / sed omne quod preintelligitur assumptioni potest dici esse assumptum / ergo hypostasis
non assumpsit hypostasim hominis / etc sunt due hypostases in Christo / Item corpus preintelligitur assumptioni esse assumpti-
bile / ergo unio anime et corporis preintelligitur ad assumptionem humane nature / etc Item quod presupponitur medium unionis
presupponitur ad unionem / sed gratia est medium unionis humane nature ad divinam personam / unde dicitur gratia unionis / ergo
presupponitur ad unionem / Gratia autem non potest intelligi nisi in anima / anima autem non intelligitur esse antequam corpori uniatur
quia creando infunditur et infundendo creatur / ergo oportet intelligi unionem anime etc ad quod prius / Item humanitas
est quedam forma specialis que requirit ad quod proprium informatur per aliquam formam creatam / ergo oportet in Christo
ponere suppositum vel hypostasim creatam que humanitate informetur / etc in Christo erunt due hypostases / hypostasis
scilicet verbi et hypostasis scilicet hominis / Sed quia ea que sunt adinvicem disparata non possunt de se invicem nisi per hoc
quod conveniunt in uno supposito / sicut dicimus quod album est dulce propter unitatem subiecti / sed divina natura et humana sic = subiecti
sit non est assumptibile ... ut unitum ... vali Non ... di ... corpus ... esse assumptibile ergo unio etc

ne permius disparare / propter ait de se in mi in concetu / dicimus enim deus est homo et homo est deus / ergo est ibi unum
suppositum tantum et una ypostasis / si dicatur quod predicatur de invicem propter hoc quod conveniunt in una persona
non propter hoc quod conveniunt in uno supposito vel ypostasi una / sicut dicimus album esse dulce / Contra persona
non addit super ypostasim vel suppositum nisi addit actus scilicet proprietatem ad dignitatem pertinentem / si ergo
in christo esset una persona et non unum suppositum vel ypostasis divina natura et humana essent unita in ipsa
solum in actinente quod est falsum Scotus dicendo quod secundum opinionem Thomae quam tangit in 6 dis. 3 libri sententiarum potest
que est communis opinio modernorum et aliis multo verior et [illegible] securior / In christo est unum suppositum
tantum et tantum una ypostasis sicut et persona una / oportet namque nos secundum doctrinam fidei ponere unam rem
subsistentem in duabus naturis scilicet divina et humana / aliter non posset dici quod unus esset dominus ihesus christus
secundum sententiam apostoli 1 ad Cor. viii vi et Nestorius dampnatus est propter hoc quod christum presumpsit dicere
duas personas habere / Illud autem quod est subsistens in natura est aliquod individuum et singulare unde unitas et in qua
dicitur nature unitur attribuenda est alicui nomini per quod singularitas designatur / Nomina autem que singularitatem
designant / quedam significant singulare in quolibet genere entis sicut hoc nomen singulare et particulare et individuum / Natura
vero et particulare conveniunt omni generi / Quedam vero significant singulare solum in genere substantie sicut hoc nomen ypostasis quod
significat individuam substantiam / et hoc nomen persona quod significat individuam substantiam rationalis nature / et similiter hoc nomen suppositum
et res nature quorum nullum de hac albedine potest predicari quamvis hec albedo sit singularis / eo quod unumquodque eorum
significat aliquid ut subsistens / Accidentia vero non subsistunt / partes vero substantiarum quamvis sint de natura subsistentium non tamen per se
subsistunt / sed in aliis sunt / Unde eciam predicta nomina de partibus substantiarum non dicuntur / Non enim dicimus quod hec
manus sit ypostasis vel persona vel suppositum vel res nature / quamvis possit dici quod sit quedam individuum vel particulare vel
singulare que nomina de accidentibus dicebantur / Non autem potest dici quod humana natura in christo vel aliqua pars eius
sit per se subsistens / Hoc enim unioni repugnaret nisi poneretur unionem secundum quid et non simpliciter sicut uniuntur
lapides in acervo vel duo homines per affectum amoris vel aliquam imitacionis similitudinem / que sola dicuntur
esse unum secundum quid et non simpliciter / Christus enim est unum simpliciter et per se subsistens / nichil convenit alicui subsistens per se
sed forte in persona / Unde secundum veritatem unionis nature in christo oportet ponere sicut unam personam ita et unam ypo-
stasim et unum suppositum et unam rem nature / Sed propter humanam naturam in christo nichil prohibet dicere esse quoddam
individuum aut singulare aut particulare / et similiter quaslibet partes humane nature ut manus et pedes et ossa quamvis quodlibet est
quoddam individuum per se subsistens vel singulare vel particulare quod potest de christo est unum tantum / Unde possumus dicere in
christo esse plura individua vel singularia vel particularia / sed plures ypostases vel supposita non possumus dicere in
christo esse. Capitulum primum ergo dicendum quod ex unione anime et corporis constituitur et homo et humanitas / que quidem duo
hoc modo differunt quod humanitas significat per modum partis eo quod humanitas dicitur / qua homo est homo et cetera partes significat
essencialia principia speciei per que hoc individuum in tali specie collocatur / Unde sicut significat per modum partis cum huiusmodi principia
nulla alia in rebus nature inveniuntur / sed homo significat per modum totius / homo enim dicitur habens humanitatem vel
subsistens in humanitate sine preiudicio quorumlibet aliorum supervenientium eciam libri principiis / quia per hoc quod dico
homo non precidit quin habeat colorem et quantitatem et alia huiusmodi / Secundum ergo Thomae opinionem predictam unioni humane
nature ad divinam presupponitur unio anime et corporis secundum quod constituunt humanitatem non secundum quod constituunt hominem / Illud
enim quod in christo est constitutum ex anima et corpore tantum quod unionem presupponitur non est totum quod per se
subsistit / sed ad eius / et ideo non potest significari ut homo sed ut humanitas / Unde oportet dicere quod in ipsa unione humane
nature ad divinam / et in tempore assumpcionis intelligatur / primo in christo racio hominis / quia tunc primo intelligitur ut res
per se subsistens completa / et in hoc differt ab aliis duabus opinionibus / Nam prima opinio ponit quod unio anime
ad carnem presupponitur quantum ad intellectum assumptum humane nature non secundum hoc solum quod constituunt humanitatem sed
eciam secundum quod constituunt hominem / Dicit enim hominem assumptum / Tercia vero ponit quod nec in tempore assumpcionis intelligitur
anima corpori unita nec ad constituendum hominem nec ad constituendam humanam naturam in christo / et ideo est tamquam
heresis condempnata. Capitulum secundum ergo dicendum quod corpus unitum anime presupponitur assumpcioni humane nature unitur autem divine unionem
constituente hominem. Capitulum tercium dicendum quod gracia habitualis intelligitur ut media unionis / quod secundum intellectum precedit unionem
nec est medium quod causet unionem vel unitatem secundum intellectum quod facit ad congruitatem quamcumque intellectus / Et
similiter sciencia / et omnes alie perfecciones christi / potest dici medium unionis / et pro tanto gracia habitualis potest
dici gracia unionis / Verum tamen puto quod gracia unionis dicitur vel ipsa unitas dei verbi / que gratis nullis
meritis precedentibus unionem facit vel persona ipsum donum gratuitum datum humane nature / quod est esse in divina
persona / Sed tamen anima unita corpori presupponitur ad assumpcionem salvando est ut prius. Capitulum 4m dicendum quod humanitas
non est forma partis que dicitur forma que conformet aliquam materiam vel substantiam / sed dicitur forma totius in qua
suppositum nature subsistit / Unde oportet ponere quod ypostasis increata informatur humanitate et quod subsistat in ea
Inhiere enim secundum philosophum in libro de anima viventibus est esse · q · 4 ·

Ad pm sic proce videt q in xpo no sit tm unu ee / Nome em s phm in so de aia
viuentib e ee / sed in xpo no e tm unu viue / cu sit in eo vita cata s vita qua vixit cor
p aiaz que morte pua / et vita increata qua viuit vm p seipm / go nec in xpo e tm vnu
ee / p sic ee e suppti / ita et opaco / s vnitas suppoiti no facit qi in xpo sint plures opones
go no facit q in xpo sit tm vnu ee / p gnao e mutaco ad ee sed in xpo e qda gnao tpal
de qua dr s xpi at gnao sic erat / que no pt tmiari ad ee etnu / go tmia ad ee tpale
et catu / go in xpo e duplex ee cu in xpo maxie sit increatu ee / p vnicuiqz e attribuendu esse
de quo qrit' quez pt an e / sed de hnana na pt quei an e / go na hnana ht ee propu in
xpo / et e in eo duplex ee / cu eciā dina na sua ee heat / Sed con vnicuiqz sunt distincta
s ee sunt in supposito distincta / sed in xpo e tm vnu suppm go et vnu tm ee / Rndeo dicendu
q ee dupl dicit' vtz p phm in 2o mete Et ide ingt glo a orig s p pnam Johis / vno s
q e copla vbalis signans compoicoz cuiuslz enunciacois qua aia facit / vn hoc ee no e ad in
rezu na / s tm in actu aie compone et diuidentis et ee attribuit' om eo de quo pt ppo fozari
siue sit ens siue puaco entis / Dicim em cecitate ee / Alio ee dicit' actus entis i quo denoiat'
aliquod ens actu in rezu na et sic ee no attribuit' nisi rebus ipis que in x gnib contineti / vn
ens a tali ee diuiditur p x gna diuidit' / s hoc ee vere attribuit' soli sbe pse sbsistenti / vn quod ve
e dr sba i s phz / alia vo que no pse sbsistunt sed in alio et cu alio siue sit aclia siue forme
sbales ac qlz ptes no hnt ee ita q ipa vere sint / sed attribuit' eis ee / Alio 1 quo ad e / sic albedo
dr / no quia ipa i subsistat / sed quia ea ad ht ee albm / Esse go prope et ve no attribuit'
nisi rei pse sbsistenti / huic at attribuit' ee duplex vnu s ee quod resultat ex his ex qb eis vni-
tas integrat' quod e ppu ee suppoiti sbale / Alind ee e quod supposito attribuit' pt ea que in-
tegrant ipam ~~aiaz~~ quod e ee supadditu s acitale vt ee albm attribuit' sorti cu dr sor e albs
Oxuia go ponim in xpo vna rem sbsistente tm ad cui integritate cocurrit ipa hnanitas / et q
vm suppm e vtriusqz ne / io ozt dic q ee subale quod prope attribuit' supposito in xpo e vnu
tm / ht at vnitate ex ipo suppoito et no ex naturis / S; tm ponat' hnanitas a deitate separa nuc
hnanitas sua ee hebit aliud ab ee dino / Non em impediebat qn propu esse hret s quelz
na pse eet sbsistens / sic si archa eet qda indim nale ipa to no hret nisi vnu ee / quelz th
pau eius ab archa separata ppm ee hebit / Et sic pz q s opioz sbam oz dic q in xpo e tm
vnu ee subale / s q e ee suppoiti prope / qmuis sit in eo multiplex ee acitale / Ad pm go dd q
viue dr ee quodda spcialu p spale eendi pncim / et io diuersitas vite qsei' dupltate pncio e
viuendi / sed ee magis respicit ad suppm sbsistes / Ad 2m dd q opo suppoiti no e de integritate
vnitatis eius sed cosequit' eius vnitate / vnde vnici suppoiti inuenim multas opos s diuersa
opacoum pncia que supposito insut sic ho ad opat' ligno et manu s ee e id i quo funda'
vnitas suppoiti / vnde no omne multipx pndicat huic vnitati / Ad 3m dd q gnao tpalis tia'
no ad ee suppoiti etni vt simpr per ea ee incipiat / sed q incipiat ee suppm hns id esse s hnane
ne / Ad 4m dd q obiectio ra procedit de esse quod in actu aie cosistit quod ecia de cecitate

Ad 2m sic proce vi' q in xpo no sit tm vna filiaco / Multiplicata em ca quecu pt l q
multiplica' effectus / s natiuitas e ca filiacois / go cu in xpo sint due natiuitates ec-
cia due filiacones / p Cimplic e ide sit mane et corrupi / sed supposito q btā vo ante x
morte mortua fuisset / corrupta fuisset filiaco quo filius matris dicebat' / manet at filiao
etnā qua dicit' filius pris / go alia filiaco dr xpus filius pris / et aia filius matris / S;
dices q e alius respectus / sed no alia filiaco / Con filius e relm s ee / et no tm s dici
sed hmoi relatiua s phm in pnt sunt quoz ee e ad aliud se hre go ee filius e esse re-
spectus quo refert' ad ad / et ita si sint ples respectus sunt ples filiaco / p em relaco mil
inve nisi respectus et ca siue fundatu respectus sic vnitas qntt e fundatu rlonis que est
equalitas / sed respus sunt diuersi quo xpus refert' ad prem et mrem / fundamenta eciā hoz
respectuu diuersi sunt ade s ipe natiuitates / Rlta filius e rlo vnigst go in xpo sunt plures filia-
cones / Sed q filiaco e relo psonalis sed in xpo e tm vna psna / go e vna filiaco / Rndeo dd
q in xpo vna e tm filiaco s rem qmuis sint ples respectus relh s rco / Ad cuius euidencia
scim q in hoc dr ad aliquid ab aliis gnib / quia aia gna ex propia sui racon hnt q alicp
sint / Qualitas em ex ipo q e qltas aliqd ponit / Et sic e de aliis / S; ad ad ex propia sui racon

generis non habet quod ponat ad hoc ad aliquid / unde inveniuntur ad aliquid que nihil sunt in rerum natura, sed in relatione
tantum quod aliis generibus non convenit / Et genus ad aliquid ex ratione sui generis non habeat quod ponat aliquid non
tamen causa habet ex ipsa generis ratione quod nihil ponat / quia sic non relatio esset aliquid in rerum natura / unde ad aliquid
non est unum ex x generibus / habet autem relatio quod sit ad aliquid ex eo quod relationis tantum / Omni enim in aliquo
invenitur aliquid per quod ad alium dependeat vel comparetur / tunc dicitur relative comparari vel dependere
vel respicere / sicut equalitas relatio realis ponitur ex unitate quantitatis que causat equalitatem / quia non ex eodem
res habet esse et unitatem / non realis unitas relationis pensanda est ex ipso relationis fundamento vel causa / ut
quia est una quantitas per quam pluribus sum equalis in me non est nisi una relatio realis equalitatis habens respectum
ad plures / Similiter quia una nativitate ex patre et matre genitus sum una filiatione realiter dicitur filius
utriusque quamvis multiplex respectus / sed in Christo non possumus dicere unam tantum esse filiationem sed quod refertur ad
patrem et matrem quia sunt due nativitates penitus disparate / unde si esset aliquod filiationem temporalem posset
recipere quasi subiectum oporteret ponere in Christo plures filiationes / Nunc autem filius est hec relatio quod non potest habere pro
subiecto nisi ipsum suppositum / In Christo autem non est nisi suppositum eternum quod quidem non potest esse subiectum alicuius
temporalis relationis / Omnes enim relationes temporales de aliquo eterno dicuntur / sunt relationes rationis et non rei
una filiatio qua Christus refertur ad matrem non est relatio realis sed rationis tantum / sicut et cetere que dicuntur de
deo ad creaturas / Non enim potest dici quod subiectum filiationis sit suppositum eternum / ratione humane nature velut
potius eius / sicut dicitur suppositum mortis vel passionis / quia sic ipsa humana natura vel pars eius esset proprium subiectum
filiationis et denominaretur per ipsam sicut contingit etiam de aliis que attribuuntur Christo ratione humane nature /
filiatio autem nullius denominat nisi ipsum ~~subiectum~~ suppositum / Non potest est ad pro subiecto habere / nihil tamen pro-
hibet aliquas reales relationes inesse Christo ad virginem / sicut cum dicitur conceptus est et origo ex virgine / sed ista
relatio non habet rationem filiationis nisi ponere / sed prima opinio supponit eternum esse ad aliquid a tempore / Ad primum ergo + a quo
dicendum quod ex nativitate temporali non innascitur filiatio realis sed rationis tantum / quamvis Christus realiter sit filius
dominium virginis / sicut dicitur rex est dominus creature quamvis in eo dominium non sit relatio realis dicitur / dicitur enim rex dominus propter
realem potentiam / et dicitur Christus realiter filius virginis propter realem nativitatem / Ad secundum dicendum quod respectus
relationis dependet ex termino ad quem refertur / et ideo destructo termino relatio aufertur / sed tamen filiatio rea-
lis ad patrem remanet in Christo etiam supposita morte matris / Ad tertium dicendum quod in ia parte descriptionis esse
quod pro ratione tenendi / sed quod distinctio dicitur secundum Greg / unde non oportet quod habeat esse relatio ex termino / sed ex causa
respectivus / Ex respectu vero habet propriam rationem generis vel speciei / Ad quartum dicendum quod quamvis sit terminus filiationis
divisus et causa filiationis diversa / tamen filiationes non possunt esse due ratione iam dicta   v q

Deinde queritur de Christo quantum ad species secundum quibus in sacro altaris continetur / utrum sint ibi accidentia
sine subiecto / Et videtur quod non / Deus enim non potest facere contradictoria simul esse vera / hoc autem esset si ab aliquo
removeretur id quod est de sua diffinitione / ergo cum in diffinitione accidentis cadat esse in subiecto / quia
accidentis esse est inesse / videtur quod deus non possit facere accidens esse sine subiecto / Contra de eodem predicatur diffinitio
et diffinitum / sed esse per se est diffinitio vel descriptio substantie / si ergo in sacro altaris accidentia sunt per se non
in subiecto / sequitur quod sint substantie quod est absurdum / Contra ex accidentibus non potest generari substantia / sed videmus ex
illis speciebus generari vermes et cineres / que constat non generari ex corpore Christi / ergo accidentia non sunt
ibi sine subiecto / Sed dicendum quod generantur miraculose / sed contra miracula ordinantur ad edificationem fidei / sed
id est magis ad scandalum quod vermes exinde generentur / ergo non fit miraculose / Contra In sacro altaris
nihil debet esse inordinatum / sed contra ordinem quem deus imposuit est accidentis sine subiecto esse / ergo non sunt
ibi accidentia sine subiecto / Sed contra sensus non decipitur in proprio sensibili / secundum philosophum in 2o de anima / sed sensus
iudicat ibi esse colorem et saporem et alia huiusmodi ergo hec accidentia sunt vere ibi / Non autem in corpore Christi sicut in
subiecto nec etiam in aere cum neutrum sit natum affici talibus accidentibus / ergo accidentia sunt ibi sine
subiecto / Responsio dicendum quod accidentia sunt ibi sine subiecto quod qualiter esse potest / hic considerandum est quod in omnibus
causis ordinatis / secundum propositionem illam libri de causis / prima causa vehementius imprimit in causatum quam secunda [illegible]
etiam causa secunda / unde fit ut causa prima non retrahat operationem suam ab effectu etiam postquam causa secunda retraxit
ut dicitur ibidem in commento / cum igitur causa et prima omnium entium deus est non solum substantie sed etiam accidentium
Ipse enim est creator substantie et accidentis / sed accidentia procedunt ex eo quodam ordine / Nam mediantibus substantie principiis
accidentia producuntur / unde sed [illegible] ordine accidentia a principiis substantie dependent ut sine subiecto esse non
possunt / tamen per hoc non excluditur quin deus qui prima causa est possit accidentia in se servare substantia remota / Et secundum
hunc modum accidentia miraculose sunt in sacro altaris sine subiecto / virtute scilicet divina ea tenente in esse
Ad primum ergo dicendum quod cum dicitur accidentis esse est inesse vel qualitercumque ponatur subiectum in diffinitione
accidentis / intelligitur esse diffinitio per additionem / quia in diffinitione ponitur aliquid quod est extra essentiam diffiniti sicut nasus

+ accidens vero est res cuius esse debet esse in alio &c.

posito in diffinitione sua / hoc autem est propter naturalem dependentiam accidentis a subiecto / sed hoc non impedi-
te deus potest accidentia sine subiecto conservare / nec tamen sequitur contradictio potest esse vera / quia subiectum non est
de substantia accidentis. Ad secundum dicendum quod secundum Avicennam in sua methaphysica / esse non potest poni in diffinitione
alicuius generis vel speciei / cum omnes res quae sunt sub genere non sint secundum unum esse in omnibus / et ideo haec non est vera diffinitio
substantiae / substantia est quod per se est / sed accidens est quod est in alio / et est circumlocutio verae descriptionis quae sic intelligitur
substantia est res cuius naturae debetur esse non in alio / unde patet quod quantitas accidens miraculose sit non in subiecto
non tamen pertinet ad diffinitionem substantiae / non enim per hoc eius naturae debetur esse non in aliquo / nec egreditur diffinitionem
accidentis quia adhuc natura eius remanet talis ut ei debeatur esse in alio. Ad tertium dicendum quod de hiis quae generantur
ex speciebus ut vermibus vel cineribus et a quibus huiusmodi duae sunt opiniones magis probabiles. quarum una est probabiles
quae dicit quod substantia panis redit ex qua possunt talia generari / sed haec opinio videtur incompetenter ponere propter
duo inconvenientia quae debite vitari / primo quia non potest esse quod iterum sit ibi substantia panis / aut enim oportet ponere ibi
esse substantiam panis creato speciebus manentibus / et tunc corpus Christi tamdiu sit sub sacramento quamdiu species manent
sed quod aliquando erit ibi corpus Christi et substantia panis quod non sustinet [illegible] / aut hoc erit destructis speciebus et
hoc iterum est inconveniens ut substantia panis sit sine propriis accidentibus panis / secundo apparet inconveniens [illegible] redire
/ si enim aliquid est in aliquo [illegible] non potest dici redire nisi id quod fuit in ipsum / substantia autem panis non est adni-
chilata sed transsubstantiata in corpus Christi / unde non potest intelligi quod substantia panis redeat nisi corpus Christi reconvertatur in
panem quod est absurdum / unde si debet ista opinio sustineri intelligenda est per substantiam panis materia panis non quod re-
deat quae prius erat ibi. sed quod destructis speciebus aliqua materia a deo ibi provideatur vel per creationem vel conversionem
aliquo de quo possint huiusmodi corpora generari / alia vero est opinio planior ut dicatur quod illis accidentibus
sicut datum est per se subsistere divina virtute sic datum est eis ut agant et ex eis fiat quicquid fieret ex substantia
panis vel quicquid ageret si maneret / et hac virtute nutriunt et vermes et cineres exinde generantur / et
carnem generant si quis multas hostias comederet / et omnia alia faciunt quae ipsa substantia panis ante consecrationem
et sic tota potest quantitas quae ibi substituitur aliis accidentibus loco substantiae. Ad quartum dicendum quod hoc miraculum
ordinatur ad fidem ne fides sine meritum perdat. sed non facit mysterium deprehendatur. Ad quintum dicendum quod
nihil prohibet aliquid esse ordinatum quando omni ordine quod contrarium est extra pro aliqua causa speciali. et sic modo
quamvis secundum ordinem communem rerum dimittens ordinatum sit ut accidens sit in subiecto / nihil tamen prohibet
causam rerum ordinatum esse ut in sacramento altaris accidens sit sine subiecto ut sic fides meritum habeat

Deinde queritur de membris Christi / et primo de angelis / secundo de hominibus. De angelis per [illegible]
queruntur duo / primo quantum ad naturam ipsorum / utrum sint compositi ex materia et forma / secundo quantum ad cognitionem
ipsorum / utrum simul in actu possint esse in cognitione matutina et vespertina / et utrum simul cognoscat rem in
propria natura et in verbo / tertio quantum ad meritum [illegible] utrum sic potuit eodem actu [illegible] mereri [illegible] et sim
/ quarto quantum ad motum utrum moveatur in instanti / quinto quantum ad affectum utrum possint imprimere vel

Ad primum sic proceditur. videtur quod angeli sint compositi ex materia et forma / quia [illegible] in istis corporibus
Augustinus enim dicit de materia [illegible] omnipotens deus ex materia informi quam prius condidit
corporalium et incorporalium. sensibilium et insensibilium. intellectualium et [illegible] terrenorum multiformes species distinxit
/ Angeli autem sunt intellectuales et incorporales ergo habent materiam in sua compositione. Praeterea Boetius dicit in libro de
unitate et uno quoddam est unum compositione ~~[illegible]~~ ut angelus et anima / quorum unum quod est simplicium
unum [illegible] materiae et formae / et sic idem quod prius. Praeterea omne quod est in genere habet genus et differentiam / genus
autem secundum Avicennam in sua methaphysica sumitur ex natura materiae / differentia ex natura formae / ergo omne quod est in genere
compositum est ex materia et forma / Angelus autem est in genere substantiae cum substantia sit limitata ad speciem limitata / ergo
angelus est compositus ex materia et forma. Sed contra quod substantia angeli non sunt ex forma sed ex forma [illegible]
quod est ipsum esse angeli. Contra substantia cuiuslibet rei est de essentia / et intrat diffinitionem ipsius / sed [illegible]
[illegible] est extra ab essentia eius nec intrat diffinitionem eius ut Avicenna dicit / ergo substantia angeli non
potest sumi ex esse ipsius. Praeterea [illegible] impossibile plura summa bona esse quia oportet in aliquo convenire / cum
utrumque sit summum bonum et in aliquo differre. aliter non essent plura. et sic essent composita / sed constat
esse plures essentias angelicas / ergo oportet eas in aliquo convenire et in aliquo differre / et oportet eas esse
compositas / sed compositi partes sunt materia et forma / ergo angeli componuntur ex materia et forma. Sed contra
est quod dicit Boetius de duabus naturis in una persona Christi / Ubi natura incorporeae substantiae non materiae innititur fundamento
/ sed angeli sunt incorporei / ergo non est in eis materia. Responsio dicendum quod quidam posuerunt angelos componi ex
materia et forma / sed hoc videtur repugnare naturae eorum propter duo quae in eis inveniuntur / primo quia
intellectuales sunt / si enim angeli haberent materiam de sua compositione oporteret omne quod in eis est
esse in eis per modum materiae / cum omne quod est in alio sit in eo per modum recipientis ut habetur in libro de

117

Lans[=] / forma aut aliqua hoc modo est in materia / quod in ea habet esse particulare et materiale / unde si angeli essent
ex materia compositi oportet quod forme quibus intelligunt quecumque sint essent in eis secundum esse materiale et
particulare / et sic hoc impossibile quod angelus nunquam cognosceret nisi particulare / quia forma in aliquo particulariter
recepta non potest esse universalis cognoscitiva particularis in se patet in scripto / nec potest obviari per hoc quod ponatur angelus
compositum ex materia alterius rationis quam materia corporalis / quia quecumque esset illa materia constat quod reciperet formam
substantialem angeli particularem / alias angelus non esset res particularis / et illa materia conveniret cum hac materia in hoc quod
forme in ea reciperentur per modum particularem / unde impossibile est angelum vel aliquam substantiam intellectualem
ex materia compositam cum alterius modi sit receptio qua recipit intellectus formas et qua recipit materia prima
ut dictum est / unde dicit philosophus in 3° de anima omnium philosophorum sententia est quod intellectus habet a materia / non repugnat eis
per hoc quod incorporales sunt / Preterea enim ex materia componitur oportet in materia habere / eo quod materia secundum se accepta
cum qualis forma careat non habet in se aliqua distinctionis causam / Supposita autem unitate materie impossibile est
quod una materia duas et disparatas formas recipiat / nisi secundum diversitatem partium / Non enim potest eadem materia et secundum
idem accipere formam angeli et formam lapidis / diversitas autem partium non potest intelligi in materia nisi intra
dimensionem / nec dico in intentu dimensionum quia sublata quantitate substantia remanet indivisibilis / ut dicitur in primo phisicorum unde
oportet omnia que sunt composita ex materia dimensibilia esse / et ita nullum incorporeum potest esse ex materia compositum / Sed
quia substantia angeli non est suum esse / hoc enim soli deo competit cui esse debetur ex seipso et non alio / In-
venimus in angelo et substantiam sive quiditatem eius que subsistit / et eius esse quo subsistit / quo scilicet actu
essendi dicitur esse / sicut actu currendi dicimus currere / et sic dicimus angelum esse compositum ex quo est et quod est
vel secundum Boecium ex esse et quod est / Et quia ipsa substantia angeli in se considerata est in potentia ad esse / cum habeat
esse ab alio / et ipsum esse sit actus eius / ideo est in eo compositio actus et potentie / et ita posset in eo concedi
materia et forma / si omnis actus deberet dici forma / et eius potentia materia / sed hoc non competit in proposito quia
esse non est actus qui sit pars essentie / sed forma est ipsa quiditas angeli secundum substantiam per se subsistens quod materie
non competit / Ad primum ergo dicendum quod Augustinus super Genesim ad litteram materiam informem qua dicit primo conditam
dicit significari per celum et terram cum dicitur / In principio creavit deus celum et terram ut per terram significetur materia
informis visibilium rerum / per celum autem ipsa natura angelica nondum formatam per conversionem ad deum / ut ipsa
spiritualia angelorum attribuatur eis quasi forma / unde non est ad propositum auctoritas inducta / Ad secundum dicendum
quod liber iste non est Boecii unde non oportet quod in auctoritate illa recipiatur / Sustinendo tamen ipsum potest dici quod
formam et materiam large accipit pro actu et potentia ut dictum est / Ad tertium dicendum quod ipsa substantia angeli quodammodo
se habet ad esse eius ut materia ad formam ut dictum est / Quantum autem ad essentie eius diffinitio habet pro differentia
ipsum suum ordinem ad formam et pro genere ipsam suam substantiam / Et sic in angelis ex ipsa natura substantie accipitur
ratio generis / ex proportione vero ipsius substantie ad esse accipitur specie differentia / Unde secundum hoc differunt angeli specie
secundum quod in substantia unius est plus vel minus de potentia quam in substantia alterius / dictum autem Avicenne intelligitur de gra-
dibus / Alii vero tamen dicendum non venit ab ipso esse sive differentia sed magis ex habitudine ipsius substantie ad esse / Ad quartum
dicendum quod in summo uno nulla diversitas esse potest / cum in eo sit idem esse et quod est / Unde hoc sufficit ad eius
simplicitatem remotam / Sed compositio que in angelo invenitur sufficit ad eius simplicitatem remotam ut ex dictis patet

Ad secundum sic proceditur videtur quod angelus non possit cognoscere simul res in verbo et in propria natura / Eadem enim
potentia non potest simul plures actus habere ut quod intellectus simul plura intelligat / sed alius actus est
quo intellectus angeli videt res in verbo / et alius quo videt res in propria natura / ergo impossibile est ut simul
videat res in verbo et in propria natura / Sed dicendum quod hoc modo videtur ab intellectu angeli simul res in verbo et in
propria natura sicut intellectus noster videt eclipsim et causam eius / Contra cum intellectus noster videt eclipsim et
causam eius / accipit causam ut rationem intelligendi eclipsim / ergo accipit eclipsim et causam eius ut unum
intelligibile / et ita erit unus tantum actus / Preterea unius non potest esse nisi unus ultimus terminus / sicut una li-
nea non terminatur ex una parte nisi ad unum punctum / sed ultimus terminus potentie est operatio / ergo non potest una operatio
simul habere plures actus / et ita idem quod prius / Preterea sicut se habet potentia ad actum ita actus ad obiectum / sed
unius actus non potest terminari ad duo obiecta / ergo nec una potentia potest simul habere plures actus / et ita idem quod
prius / Sed contra visio qua angelus videt res in verbo est visio beata que quidem non est intercisa sed continua
/ si ergo non potest simul videre res in propria natura / et in verbo nunquam videbit res in propria natura / et preter hoc vel
in anima Christi que ab initio sue creationis vidit verbum et res in verbo / Respondeo dicendum quod angelus vel anima simul
potest videre res in verbo et in propria natura et hoc expresse potest haberi ab Augustino libro 3° super Genesim ad litteram
ubi dicit quod dies illi et vespere et mane in eis non sunt ordinati secundum successionem sed solum ordine nature
unde simul est penitus dies et vespere et mane cum vespere / et ita simul visio rerum in verbo et in propria natura
quod qualiter sit possibile videndum / operationes siquidem non proprie attribuuntur potentie sed rei subsistenti quod per
potentiam operatur / ut ipsa potentia intellectus non potest operari intelligendo sed magis operans per eam / Sic autem potentia
intellectus est principium intelligendi ipsi substantie / sicut species intelligibilis est principium intelligendi ipsi potentie / Unde sicut una
substantia potest simul diversos actus habere secundum diversitatem potentiarum ut anima simul videt et intelligit / Ita ex una

Potentia intellectiva angeli potest simul producere diversos actus sicut potest diversis speciebus intelligibilibus uniri. Hanc enim rationem
Algazel assignat quare non est possibile simul multa intelligere, quia scilicet non est possibile intellectum
informari simul multis speciebus in actu completo, sicut nec idem corpus figurari simul diversis figuris.
Visio autem qua angelus videt res in propria natura fit per speciem intelligibilem concreatam vel infusam inhe-
rentem. Visio autem rerum in verbo fit per ipsam speciem verbi sine ea inhe[re]nte que non est inherens, sed ei intelligibiliter
unitur sicut intelligibilis. Species autem concreata inherens non repugnat unioni intellectus angeli ad verbum, cum
non sit unius rationis, et ideo ipsa species et quicquid est perfectionis in intellectu augetur et fit quasi materialis dispositio
ad illam beatam visionem. Unde simul intellectus angeli procedit operatione duplici: una ratione visionis ad verbum
qua scilicet videt res in verbo, alia ratione speciei intelligibilis qua informatur qua videt res in propria natura. Nec est
una harum operationum debilitata per attentionem ad aliam, sed magis conformatur cum una sit causa alterius, sicut
ymago rei vise conformatur cum visu in actu oculo exteriori. Actio enim beatitudinis in beatis est ratio singularis alterius
actionis in eis existentis. Et per hoc patet ratio ad primum. Similiter secundo, quia extremum id non est magnus. Ad 2m
dicendum quod potentia intellectiva angeli non trahitur ad duos actus secundum idem, sed secundum diversas species quibus ad actum ordinatur.
Ad tertium dicendum quod inter actum et obiectum nihil cadit medium, sicut species cadit media inter intellectum et eius
Ad 3m sic proceditur videtur quod angelus non meruit suam beatitudinem actu. Unde non est possibile   q viij
Meritum enim est beatitudinis perfectum est, quod autem meretur est adhuc imperfectum, sed non potest idem simul esse perfectum et im-
perfectum, ergo non potest angelus mereri beatitudinem quam habet. Contra: angelus beatus est comprehensor, non autem meretur
nisi viator. Si autem in primo instanti quo beatus fuit angelus beatitudinem meruit, simul fuit viator et comprehensor,
quod est falsum. Cum hoc sit solius Christi. Contra: beatitudo secundum philosophum in actu consistit, sed in actu perfecto et
simul meritum in actu secundum imperfecto, non autem potuit esse quod simul esset beatus et beatitudinem meruit. Sed contra: beatitudo
a natura pura tanta habetur sine merito, cum habeat premium rationem, sed angelus non potuit mereri eam nisi in primo instanti
quo beatus fuit, quia ante non habuit gratiam ut quidam ponunt, et mereri non potuit antequam haberet. Ergo in primo
instanti ~~quo beatus fuit~~ sue beatitudinis eam meruit. Respondeo dicendum quod de conditione angelorum triplex est positio.
Quidam enim posuerunt quod angeli in primo instanti sue creationis fuerunt beati, sed hoc non videtur congruum, quia
peccato quorum aliorum in eodem instanti fuisset miseri, quod etiam quidam dicunt, sed absurdum et contemptibile est.
Alii vero dicunt quod fuerunt conditi in gratia omnes et in ea quidam perseverantes beatitudinem meruerunt. Alii vero
quam eam agendo facti sunt miseri. Et hec opinio nihil difficultatis habet. Contra pretitis michi magis placet.
Tercii vero dicunt quod fuerunt creati angeli in puris naturalibus et una quibusdam conversi ad verbum sicut collata
est gratia et beatitudo. Et hii dividuntur in tres vias. Quidam enim dicunt quod nunquam beatitudinem meruerunt, sed
hoc non videtur competere nisi soli Christo, qui est filius naturalis ut hereditatem suam fructuose sine merito habeat. Alii vero
dicunt quod meruerunt eam ex operibus que circa nos agunt, et hoc esse non videtur congruum ut meritum sequatur premium
cum magis meritum dispositio sit ad premium. Tercii vero dicunt quod in primo instanti beatitudinem meruerunt
ex hoc ipso quod ad verbum conversi sunt. Et hec opinio inter has tres probabilior est. Cum ad eius evidenciam
sciendum est quod meritum se habet ad premium sicut motus ad terminum, et sic fieri ad factum esse. In hiis vero que
fiunt subito simul est fieri et factum esse, sicut simul aer illuminatur et illuminatus est, simul res creatur et creata est. Cuius
ratio est quia instans id in quo primo ad factum est est terminus preteriti temporis in quo non creatur, et ideo de aqua
aqua propter terminus illius temporis retinet. Similiter potest dici quod ante hoc instans res creata non fuit. Et etiam
in hiis que per modum successionis fiunt fieri attribuatur tempori preterito in momentaneis tamen factionibus fieri non
potest attribui nisi ipsi instanti primo quod dividit inter esse et non esse rei. Cum quamvis in omnibus aliis instantibus
sequentibus posset dici quod hoc factum non est, non tamen potest dici quod fiat nisi in primo. Similiter dico quod in primo in-
stanti quo mens angelica conversa est ad verbum fruitionis et beata quidem erat ratione perfecte fruitionis quasi in
perfecto esse existens et beatitudinem merebatur in hoc quod convertebatur ad verbum non per rationem beatitudinis perfectionis, sed
quia existens in ipso fieri beatitudinis per quem modum mens angelica est tunc beata et non beatitudinem meretur. Similiter est de co-
tritione quia in eodem instanti est terminus preparationis ad gratiam et gratie infusio. Ad primum ergo dicendum quod non oportet
ponere idem simul esse perfectum et imperfectum, sed idem simul esse perfectum et terminus imperfectionis vel nunc post esse perfectum.
Ad 2m dicendum quod angelus meretur ut viator non quasi distans a termino, sed ut in termino vie existens.   q ix
Ad tertium sic proceditur videtur quod angelus moveatur in instanti. Sic enim dicitur in libro de intelligentiis: In motu
angeli magnitudo spacii distanciam non operatur, sed propter distanciam quam facit magnitudo spacii
et quod ad non eque cito pervenit ad propinquum et distans. Ergo angelus eque cito ad distans et ad
propinquum pervenit, sed omne tale movetur in instanti. Ergo angelus in instanti movetur. Contra: sicut se habet mobile divisibile
~~movetur successive in tempore divisibili, ergo angelus qui est mobile indivisibile ex hoc patet~~ ad motum divisibilem, ita
se habet mobile indivisibile ad motum indivisibilem et instantaneum, sed contra quod est mobile divisibile movetur successive

in tempore dicitur / ergo angelus qui est mole indivisibilis ex hoc quod caret quantitate movetur subito vel in instanti
propter hoc quod medium mobili non resistit / sed sicut vacuum non resistit corpori in motu / ita nec aliquod
plenum ipsi angelo / ergo angelus movetur in instanti / Sed contra est quod Augustinus dicit viii° super genesim ad litteram quod
deus movet creaturam spiritualem per tempus et non instanti / Respondeo dicendum quod in omni motu oportet interesse
successionem et tempus per aliquem motum / eo quod termini cuiuslibet motus sunt sicut oppositi invicem / et incon-
tingentes ut dicitur in vo physicorum / unde oportet quod omne mobile intelligatur esse prius in uno termino motus / et postea
in alio et secundum successionem / et transire de uno termino in mobilibus corporibus contingit dupliciter uno modo sicut de
instanti in instans / hoc autem esse non potest nisi quando sunt tales termini motus / inter quos est accipere aliquod
medium / sicut inter duo instantia est tempus medium ut in loci mutatione et alteratione augmento et
diminutione / et tales motus dicuntur continui aliquo propter continuitatem eius super quod transit motus tamen
spatii et magnitudinis accipere / Alio modo transitur de uno termino motus in alium sicut de tempore in instans / Et hoc accidit
in motibus quorum termini sunt privatio et forma / inter que constat medium non esse / unde non potest sic transire de uno
extremo in aliud / ut quandoque in neutro extremorum sit / sicut transitur de instanti in instans / ita quod in neutro
est instantium / sed in medio tempore et hoc motus sunt generatio et corruptio / et illuminatio / et huiusmodi in quibus oportet dicere / quod
unus terminus erat in tempore precedenti / et alius in instanti ad quod tempus terminatur / huiusmodi enim mutationes sunt
termini motus cuiusdam sicut illuminatio diei est terminus solis motus vel luminis super terram / unde in toto tempore precedenti quo
sol movebatur ad punctum orientis erant tenebre / in ipso vero instanti / quo pervenit sol ad punctum predictum
est lucem / Et sic est de generatione et corruptione que sunt termini motus alterationis / Et quia inter tempus et instans non
cadit aliquod medium / nec est aliquod instans accipere immediate precedens ultimum temporis / inde non est quod in huiusmodi
mutationibus absque omni medio transitur de uno extremo in aliud / nec est accipere tempus in quo sint in neutro a
quo / sed ultimum tempus quod terminatur ad instans in quo est in termino ad quem / et ideo huiusmodi mutationes instan-
tanee dicuntur / hoc autem dici non potest in motu angeli / eo quod nullum ordine habet ad aliquem motum continuum / ut possit
dici terminus eius / unde oportet ponere quod intelligatur transire de termino motus in terminum motus / sicut transitur de instanti
in instans / et non sicut transitur de tempore in instans / eo quod temporis non potest intelligi sine motu / unde cum esse angeli
in termino a quo in non motu dependeat / non potest dici quod sit ibi in tempore / sed in quodam nunc / et similiter in termino
ad quem in alio nunc / sed huiusmodi nunc non sunt temporis quod est mensura motus celi / unde non oportet quod eius ~~termino~~ mensuratio me-
suretur / nec oportet ea continuari per medium tempus / continuitas enim temporis secundum continuitatem motus / et continuitas mo-
tus continuitatem magnitudinis super quam transit motus ut habetur in vio physicorum / sed in operationibus angeli cum quis
dicit moveri per diversa loca / non est invenire aliquam continuitatem sed continue se habet unum et nunc / que mensurant
motum angeli sunt continue se habentia / et non est inter ea ad continuitatem ut sit ipsa pluralitas nunc se contingentium / sicut
quadam tempus in quo dicitur angelum moveri / et hoc consonat dictis philosophi in vio physicorum / ubi dicit quod eiusdem
rationis est indivisibile moveri et tempus componi ex nunc / Ad primum ergo dicendum quod non reperitur tempus in motu an-
geli propter distantiam / sed propter contingentiam terminorum / scilicet quia non contingit angelum esse in duobus locis
simul / Ad secundum dicendum quod successio motus non solum secundum dimensionem mobilis / sed etiam eius super quod transit motus
per prius et posterius in magnitudine est prius et posterius in motu ut dicitur in iiiio physicorum / licet ergo angeli sit indivisibilis
per loca per que movetur dicitur sit diversa ab invicem / et ideo oportet in motu eius intelligi aliquam divisionem / Ad
tertium dicendum quod quamvis non impediat plenum aliquod angelum in suo motu / tamen propter rationem iam dictam oportet
in motu eius intelligi diversa nunc / Ad quartum autem philosophi est magis dicendum ad impossibile secundum consuetudinem ut commentator dicit
Deinde videtur sic proceditur videtur quod angeli non possunt in hec corpora inferiora agere / Actio enim ut Boetius dicit
esse non potest nisi inter ea que habent aliquam convenientiam adinvicem / sed angeli non habent convenientiam
cum istis corporibus / tamen corruptibilium et incorruptibilium etiam genere non sit unum ut dicitur in x° metaphysice / ergo angeli in
hec corpora non possunt agere / Praeterea si angeli agunt in hec corpora / aut agunt per imperium aut per influentiam
si per imperium equaliter agere possunt in propinquis et in distantibus quod est contra Damascenum qui dicit quod ubi angeli operantur
ibi sunt / si vero per influxum oportet quod id influxum per medium transeat / medium autem corporale non est receptivum
spiritualis impressionis / ergo neque possunt angeli agere in hec inferiora corpora / nec in animas nostras / Praeterea non
possunt dici agere vel influere sicut fons influit rivo ut iam movetur quod posset esse in angelo per modum in divinis
possunt dici agere vel influere / sicut fons influit rivo ut iam dictum est / Nec etiam id quod in huiusmodi inferioribus recipi dicitur
inferioribus fiunt quam sic in agendo ad invicem / Nec etiam de potentia educunt in actum / Sed contra est quod
per eorum influxum tamen quia angeli creatores non sunt / Nec etiam de potentia educunt in actum / Sed contra est quod
Augustinus in iii° de trinitate dicit quod ea que divinitus in corporibus fiunt ministerio angelorum fiunt / Gregorius etiam dicit in iv dialogorum

q omnia corpa p spuales sbas admistrat. Alio diced q de actioni angelorum in hec inferiora cor. diu-
sorum diversa e opinio. Quida eni dicut q angli no agit in hec inferiora corpa nisi mediis corpibus
celestibus que a sbis incorruptis movet s. philos Avicen enim ut in sua metha et in 6to de nalibus
q dupr insluunt i hec corpa inferiora. uno p motu orbium. alio per impium imediate quia forte inter
corpora sit fenie s. eis et ma sbilis obedit eorum conceptionibus plus qm quibuslibet activis et passivis.
Et exinde e s. eni q in istis inferioribus fiunt aque trasmutationes quedam ex conceptionibus superioru
sbarum preter totum ordine causarum nalium. Et hec opinio sa repugt dictis Aug. in 3o de
trin. ubi dicit q angelo no servit ad nutum ma corpal. quia no e ibi proportionata potencia respectu
illius actus. quo sbe spuales in actu sunt. oportet at agens quod educit potenciam i actu ee me
proportionatum. unde no pt ee q virtus sbe spualis cate se extendat ad me trasmutatione imediate s.
mete aliquo agente nali. quamvis tn obediat corpalis ma ei ad formale trasmutatione. tn obedit
ei ad motu locale totaliter. et p hac virtute pnt colligere et componere aliqua agentia nalia ad = comg
aliquem effectum pficiend. Ea vero ad que nulla virtus nalis se extendit fiunt divina virtute. que sola
pt nale ordine imutare. sed quia metes me sut proportionate et propinque ad recipiend actione angelorum
ideo i metes mas agere pnt dupr. uno confortado intellectu eorum sicut in corpibus minus calida con-
fortatur p magis calida. Alio p pagens nale quo intellect sicut eciam agit in cor. et hoc e ipsum lule
aliquo angelo illustrat fantasma ad aliquas nobliores conceptus exprimendas quam intellectus agens
exprime posset. Ad pm go dicendum q angli hnt convenientia cu istis inferioribus corpibus que e ~~cassata~~ movet = convenientia
ad motu. pnt eni movere motu locali corpa no solum celestia imediate sed hec eciam inferiora ut
sit similitudo nra de actione angelorum in corpora sit media inter duas opiones philosophorum predictas. Ad 2m dicendum
q angelus agit in hec corpa ~~angelorum~~ movendo ea localiter p impium et hoc dr virtute activa qua
oportet aliquid attingere corpus motum cu movens et motu oportet ee sil ut p. in 7o phisicorum. Ad 3m vero
quia iste dicit in anima confortando ea ad intellectum. no oportet q trasfeat p mediu corpale quia hic fuit
in spualibus ordo quod in corporalibus patet s. Aug. aie vero in ordine nae qui contiguatur ipsis anglis
sicut et angelis inferior superiori. unde no oportet q intueatur medium corpale. Ad 4m dicendum q angli nec i aia
ma nec in ma corpli ~~ad~~ sed form educit de potencia in actu et quamvis nale agens de potencia
i actu educere possit no tn ita pfecte sicut angelus.

q. xi

Deinde quitur de his que ptinet ad homine et primo qm ad nam 2o qm ad gratiam 3o quantum
ad culpam 4to qm ad gloriam. Circa ad nam queritur duo. po utrum vegetal et sensibilis aia sit
a creatione 2o utrum impetere sit actus voluntatis vel racionis. Ad pm sic proceditur videtur q aia vegetabilis
et sensibilis educitur in ee p p creationem. ut eni dicit Aug. in libro de vera religione. sba vivens nata et
ordine pferetur sbe no viventi sed aia sensibilis et vegel. sit sbe viventes go sunt nobliores omnibus
sbis no viventibus. aliquae at sbe no viventes sunt imediate a deo create ut elementa hujus mundi
go et aia sensibilis et vegel imediate a deo creantur. cu nobilitas faciet accedere nobilitate sui. Preterea
ea ee cui proprie competit fieri vel sit ex nihilo vel sit ex aliquo. Quod at no habet materiam ptem sui
sit ex nihilo sed aia vegel et sensibilis no sunt ex aliquo quod habeat materiam ptem sui go relinquitur q
fiat ex nihilo et cetera exit in esse p creationem pbo minor. ee quod proprie hbt ee. si no proprie dicitur
fieri. s. aia sensibilis proprie et vere hbt ee. cu sit sba operans movet eni corpus. nihil at hbt propriam operationem
nisi quod hbt propriu ee. go cu aia sensibilis hujus alis no proprie fuit propriae competit ei fieri et cetera restat ut
creetur. Sed contra e q phus dicit i 2o de aia q sbi mutuo pa fit a generante. pa at mutatio
sbti e s. quia acquirit actu prim qui e ee aia sensitiva go sit p generacionem et no p creationem. Preterea ee
id quod procedit i semine hois aiam intera e p generacionem. vegetativum et sensitivum e hujus quia prius
primu quam alt. et at quam hd s. phum i 15 de aialibus. go et aia sensibilis et vegel e p gnacionem. Resp. Circa
dea in mystici operatur na vero succedit. omne id quod p actione succedit exit in ee e ab aliquo agente
nali. s. aia sensibilis et vegel producuntur actione successiva quia determinato spacio tempus previsto con-
cepcio et sensificatur go aia sensibilis et vegelis sut a nali agente et no p creationem. Ad pm dicendum q circa
hac qstione e dupx opinio quidam eni dicut aiam sensibilem et vegelem ee ex creatione. Alii vero ex
traduce. Et hec dubitatio apud philos invenitur no solum de istis aiabus sed eciam de omnibus formis
sbalibus. Quidam eni ut plato et sui sequaces s. Avicen posuit omnes formas ab extrinseco
e pte ex duobus movebatur primo quidem q cu forme no habeant materiam pte sui no pnt fieri

nisi ex nihilo / unde oportet quod a creante fiat / Ideo quia in rebus insensibilibus non videbant principia activa nisi qualitates
activas et passivas quas videbat insufficientes ad productionem formarum substantialium cum nihil agat ultra
suam speciem / Sed in hoc videntur esse decepti quod attribuebat fieri proprie istis formis cum tamen fieri non sit
~~cum tamen fieri non sit~~ nisi compositi cuius scilicet proprie est esse / forme enim dicuntur non ut subsistentes sed ut quibus
composita sunt / unde et fieri dicuntur non proprie factione sed per factionem suppositorum que transmutantur mediante
transmutatione de potentia in actum / unde sic compositi fiunt per agentia naturalia / ita et forme que non sunt
subsistentes / qualitates autem active et passive agunt ad formas substantiales in virtute substantialium formarum
quarum sunt instrumenta / sic calor ignis agit ut instrumentum anime nutritive ut dicitur in 2° de anima / Anima autem
vegetativa et sensitiva non sunt forme subsistentes aliter remanerent post corpus / unde oportet quod fiat a generante per actionem
compositorum / sic et cetere forme materiales / Sola autem anima intellectiva que habet esse subsistens cum maneat post
corpus est ab extrinseco per creationem / Si autem sensitiva et vegetativa et intellectiva in homine diversarum substantiarum anime inducantur /
tunc etiam vegetativa et sensitiva hominis a generante erit / Sed quia hec opinio repugnat dictis philosophorum qui
in uno animato unam animam tantum posuerunt / ad quam omnes operationes anime pertinent / Et etiam est contra doctorum sanctorum
improbantium dualitatem animarum ut patet in libro de ecclesiasticis dogmatibus / Ideo approbatur quod in homine sit tantum
una substantia anime / cuius potentie sunt vegetativa sensitiva et intellectiva / Dicitur quod anima hominis que habet omnes potentias
anime sufficienter a deo creatur / et quod per operationem naturalis agentis fiat ut corpus organicum actu perfectum per potentias
que sunt totaliter principia actus / Ad primum ergo dicendum quod anima vegetativa et sensitiva non sunt substantie viventes sic
nec subsistentes / sed sunt principia vivendi et essendi et ideo non oportet quod quod est ita nobile est a deo immediate
/ quod etiam quod est magis nobile / quia deus cum non liceat limitata virtute ut agat necessitate naturae / potest
agere et nobiliora et minus nobilia secundum suam voluntatem / sic immediate produxit prima individua brutorum alia in
quibus tamen homines qui nunc generantur ex semine nobiliores sunt / Ad 2m dicendum quod anime sensitive non congruit per se esse
nec fieri nec operari / nullus est enim actus anime in qua corpus non communicet / Est enim duplex potentia motiva anime
sensitive una que imperat scilicet appetitiva cuius actus constat quod non exercetur sine corpore / Alia que imperium
exequitur que affixa musculis et nervis est principium motus in eis / secundum quam ipsa distinctio patet totaliter
sit quod una pars alia est movens et alia mota / et ita potest moveri ex se / Alia que sunt in contrarium concedo
nisi quod pertinet ad hominem in cuius semine quamvis vegetativa perdat et sensitiva anima tantum imperfecte / Unde
secundum Avicennam in generatione alius ex semine interveniunt multe generationes q. VII
Ad 2m sic proceditur videtur quod imperare sit actus rationis / quia philosophus dicit in primo ethicorum ratio tenet ad optima deprecatur
et obedit ei quod est concupiscibile / ergo imperare et deprecari et hoc videtur ad rationem pertinere / Sed contra imperare
ad dominum pertinet secundum nos sumus domini nostrorum actuum per voluntatem ergo imperare est actus voluntatis / Respondeo dicendum quod in
imperio duo sunt quorum unum est rationis / aliud voluntatis / Ratio enim imperat intimat ad faciendum quod voluntatis est / Imperium
enim est movere per modum agentis / et etiam ordinat eum cum imperat ad exequendum id quod imperat et hoc ad
rationem pertinet cuius est ordinare / Et sic duorum horum ordo consideretur / videtur primum esse inchoative voluntatis in ad per electionem
/ et postea in principio executionis ordinatur modus per quos fieri debeat quod electum est / et imperium erit immediate
actus rationis / secundum voluntatem quia primo movet / et per hoc patet solutio ad obiecta Questio VIII
Deinde queritur primum ad quantum pertinet / Utrum caritas secundum essentiam augeatur / et videtur quod non / Cum enim augmentum
sit quedam mutatio vel variatio quod mutatur vel variatur secundum essentiam aut generatur aut corrumpitur / Non enim
generatur cum prius fuit / Et per Caritas non habet quantitatem nisi virtualem / sed virtus caritatis est ipsa essentia eius
ergo quantitas caritatis est essentia eius / ergo non potest quod varietur quantitas caritatis sine variatione essentie / et secundum
suam essentiam / oportet quod essentia eius vel generatur vel corrumpatur / Sed contra primum essentiale / videtur quod essentie caritatis secundum quidam
pertinent ad minus primum essentiale ergo in eis caritas secundum essentiam augetur / Respondeo dicendum quod caritas secundum suam essentiam
augetur / Et notandum quod hec propositio secundum / varias habitudines importat / quandoque enim denotat subiectum / ut cum
dicitur iste est albus secundum pedem / quia pes est subiectum albedinis / quandoque vero formam / ut cum dicitur iste est coloratus secundum albedi-
nem / Cum ergo dicitur aliud secundum hoc moveri potest intelligi vel subiectum vel formam / Cum enim dicitur iste movetur secundum manum
notatur subiectum motus / cum vero dicitur iste movetur secundum locum notatur quod forma specificat motum / Sic ergo cum dicitur caritatem
secundum essentiam augeri denotatur subiectum augmenti ut sit sensus / ipsa essentia caritatis augetur / sic cum dicitur album augetur
secundum essentiam suam / non autem designatur formam specificantem motum / ut sit sensus augetur secundum essentiam / augmentum eius
est motus in esse vel in essentia / et dicitur augmentum esse secundum quantitatem / Et quamvis quantitas caritatis que est virtus sit
idem quod essentia caritatis / non tamen oportet quod essentia caritatis tollatur / quia et in augmento corporis ipsa essentia quantitatis
non tollitur cum sic remaneat dimensio indeterminata / sed secundum diversas terminationes quas recipit sit mutatio
de parvo in magnum quod est augmentum / Ita etiam ipsa virtus caritatis non tollitur per essentiam / sed variatur terminatio
eius / Omnis autem forma recepta in aliquo subiecto terminationem recipit secundum capacitatem recipientis / Unde quanto

Obiectum caritatis magis disponit ad caritatem quam ad coniugationem sui ad deum / tanto maiorem percipit caritatem / et caritas secundum suum conatum augeri dicitur / Et patet solutio ad obiectum etc. q. xviij

Deinde queritur de hiis que pertinent ad culpam / Et queruntur duo primo utrum petrus negando christum peccavit mortaliter / Et videtur quod non / dicit enim quedam glossa quod peccavit per surrepcionem / sed peccatum per surrepcionem est veniale et non mortale / Unde primi motus qui per surrepcionem fiunt sunt peccata venialia / ergo peccavit tantum venialiter / Item unde dicit in libro de dilectione dei quod in petro caritas fuit sopita non extincta / sed per peccatum mortale caritas extinguitur / ergo petrus non peccavit mortaliter / Sed contra est quod gregorius dicit in moralibus quod petrus ab ipsis faucibus dyaboli eripitur / sed in faucibus dyaboli non est aliquis nisi propter peccatum mortale / ergo petrus peccavit mortaliter / Responsio dicendum quod absque dubio petrus peccavit mortaliter negando christum / quod quidem patet ex duobus / primo quia negavit fidem in loco ubi periclitabatur / et eius confessio requirebatur / ore enim confessio fit ad salutem ut dicitur ad Ro. x. In quo videtur quod sit de necessitate salutis confessio fidei in tali predicto / et preter mendacium in hiis que fidei sunt perniciosissimum est secundum augustinum in libro de mendacio / Secundo quia defectui confessionis et mendacio addidit periurium et blasphemiam / quia ut dicitur Mt. 26 cepit detestari et iurare / quia non novisset hominem / quia perseverare in peccato dat incrementum sceleris / et quia minima sprevit cadit / Ad primum ergo dicendum quod surrepcio dupliciter accipitur / uno modo secundum quod opponitur deliberacioni / et sic quod primi motus dicuntur esse ex surrepcione / sic petrus ex surrepcione non peccavit / Alio modo quod opponitur electioni / et petrus ex surrepcione peccavit / quia peccavit ex electione / non quia ex certa malicia sed ex passione timoris / talis autem surrepcio non excusat a mortali sicut patet in quolibet qui fornicatur non motus cupiditate sed metu corporis gravi / Ad secundum dicendum quod Bernardus [?] accipit caritatem et eius vim ut visitetur vel est intelligendum de quadam dilectione familiaritatis quam petrus ad christum habebat que in eo mansit etiam post negationem / vel si intelligatur de caritate gratuita intelligendum est quod non fuit extincta secundum predestinationem divinam que eius penitentiam preparabat / quamvis esset extincta secundum actum. xix

Deinde sic proceditur videtur quod habere plures prebendas sine cura animarum absque dispensatione sit peccatum mortale / quia hec est contra statutum concilii generalis extra de preben. 10 dicitur in quodam decreto Urbani pape quod inter cetera statuimus ut nullo clerico in duabus ecclesiis titulari non liceat / sed unusquisque in qua intitulatus est in ea tantum canonicus habeatur / licet enim episcopi dispensatione unius duabus preesse possit ecclesiis / canonicus in prebendariis nisi unius ecclesie in qua scriptus est esse debet. Capitulo 16 q. 1 dicit quoddam decretum Alexandri synodi / Clericum ab instanti tempore duabus non convenit ecclesiis / Negociacionis enim est hoc et turpis lucri commodi et ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum est id quod preterea / Item Ieronymus dicit Quod teneberis erubuit lu[-]me erubescat / quod sic non fuit concessum rei recor esse illicitum / sic autem non fuit concessum quod inter leuitas qui carpebant in Bethleem carpent in Ierusalem / quo tamen peccatores esse debent qui capit in titulo capiat in dampno / Item unde dicit Cx non unus sed plures est in beneficiis / non unus sed plures est in suppliciis / et gravissime pateat / Item Quicumque committit se discrimini et periculo peccati mortalis peccat mortaliter / iste est huiusmodi qui recipiendo plures prebendas incurrit frangere statuta utriusque ecclesie in quibus prebendatur / que per illum fieri et nec servari possunt ut puta si eodem tempore vocetur ad electionem in utraque ecclesia / vel ad aliqua ecclesie negotia peragenda / et preterea si sit cum inter duas ecclesias cum utraque teneatur / ergo videtur quod peccet mortaliter / Sed contra est quia id quod vergit in commune periculum non est sustinendum ab ecclesia / sed ecclesia sustinet ut aliqui canonici habeant duas prebendas / ergo in hoc non est periculum peccati mortalis / Item statutum est circa priorem habitum prebendam accipere / sed idem est quia inter ecclesiastica beneficia quam inter priorem et prebendam / ergo etiam licet habenti unam prebendam accipere aliam / Responsio dicendum quod omnis questio in qua de peccato mortali queritur nisi expresse veritas habeatur periculose determinatur / quia error quo non creditur esse peccatum mortale quod est peccatum mortale / quamvis conscientiam non excuset a toto / tamen a tanto / Error vero quo creditur esse peccatum mortale quod non est mortale / ex conscientia ligat ad peccatum mortale / precipue autem periculosum est ubi veritas ambigua est / quod in hac questione accidit / Cum enim hoc ad theologos pertineat / inquantum dependet ex iure divino vel ex iure naturali / et ad iuristas inquantum dependet ex iure positivo / inveniuntur circa ea theologi theologis et iuriste iuristis contraria sentire / In iure autem utroque divino non invenimus determinatum expresse tamen in sacra scriptura quia expressius de ea non fiat quamvis ad ea argumenta ex aliquibus auctoritatibus sacre scripture adduci possunt / que tamen eundem veritatem non concludunt / Determinando vero eam secundum ius naturale sic videtur ad presens de ea dicendum quod actionum humanarum triplex est differentia / Quedam enim sunt que habent deformitatem inseparabiliter annexam ut fornicatio adulterium / et alia huiusmodi / que nullo modo bene fieri possunt / De istis tantum non est habere plures prebendas / Alias in nullo casu dispensationem recipere posset / quod nullus dicit / Quedam vero sunt actiones que de se indifferentes sunt ad bonum vel malum / ut levare festucam de terra vel aliquid huiusmodi / Inter quarum numerum quidam computant habere plures prebendas / cum tamen secundum veritatem plurium in se deordinationis contineat

Theologi

De pluribus beneficiis



Utpote quia non est possibile aliquem pluribus ecclesiis deservire in quibus prebendatus est, cum prebende videantur esse ordinate ut quedam stipendia divino cultui ministrantium; similiter etiam diminuitur cultus divinus dum unus loco plurium instituitur; similiter etiam in aliquibus defraudatur votum testatorum qui ad hoc aliqua bona ecclesiis contulerunt ut certus numerus deo famulantium esset ibi; similiter etiam inequalitas dum unus pluribus beneficiis habundat et alius nec unum habere potest; et multa alia huiusmodi que de facili posset aliquis videre. Unde non potest connumerari inter indifferentes actus; et multo minus inter eos qui sunt secundum se boni, ut dare elemosinam et huiusmodi. Sunt vero quedam actiones que absolute considerate deformitatem et inordinationem quandam important, que tamen aliquibus circumstantiis advenientibus bone efficiuntur; sicut occidere hominem vel percutere in se deformitatem quandam importat, sed si addatur occidere malefactorem propter iustitiam, vel percutere delinquentem causa discipline, non erit peccatum sed virtuosum. In numero harum actionum videtur esse habere plures prebendas. Quamvis enim aliquas inordinationes contineat, tamen ille circumstantie possunt supervenire ita honestantes actum quod predictas inordinationes totaliter evacuant; ut puta si sit necessitas ecclesie obsequio in pluribus ecclesiis, ut possit plus servire ecclesie vel tantundem absens quam alius presens; et si que alia sunt huiusmodi. Et tunc istis conditionibus supervenientibus, cum recta intentione, non est peccatum, etiam nulla dispensatione interveniente, si consideretur tantum secundum ius naturale; quia dispensatio ad ius naturale non pertinet sed solum ad positivum. Si vero hac intentione aliquis plura beneficia habeat ut sit ditior et lautius vivat et ut facilius ad episcopatum perveniat in aliqua ecclesiarum ubi est prebendatus, non tolluntur predicte deformitates sed augentur; quia cum tali intentione etiam unum beneficium habere quod nullam deordinationem importat esset illicitum. Et sic quidem esset dicendum secundum ius naturale etiam nullo iure positivo superveniente. Nunc autem certum est per antiqua iura hoc esse prohibitum; patet etiam huic prohibitioni consuetudinem esse contrariam, per quam quidam dicunt iura illa esse abrogata. Nam per contrariam consuetudinem iura humana abrogantur. Quidam autem dicunt per huiusmodi consuetudinem antiqua iura non abrogari, eo quod quedam decretales dicunt multa per patientiam tolerari que si in iudicium fuerint adducta, statuto cogente cassarentur. Et hec controversia iuristis est relinquenda. Quamvis hoc videatur esse probabile quod quantum ad ea iura antiqua continent ius naturale, abrogari non posse per contrariam consuetudinem, utpote ius naturale; quantum autem ad hoc quod statuerunt de iure positivo, continet potest esse abrogata, precipue si dissimulantibus hac contraria consuetudine in quorum potestate est ius positivum mutare, intendat per talem dissimulationem antiqua iura mutare. Si ergo antiqua iura que hoc prohibebant in suo robore maneant, contraria consuetudine non obstante, certum est non posse aliquem plures prebendas habere absque dispensatione, etiam illis circumstantiis supervenientibus que secundum considerationem iuris naturalis poterant honestare. Si autem antiqua iura sint per consuetudinem abrogata, tunc predictis circumstantiis supervenientibus etiam sine dispensatione licitum est plures prebendas habere; sine quibus circumstantiis licitum non est quantumcumque dispensatio interveniat, eo quod dispensatio humana non aufert ligamen iuris naturalis, sed solum ligamen iuris positivi, quod per hominem statuitur et per hominem dispensari potest. Et ex hiis de facili potest patere solutio ad obiecta.

XVI

Deinde queritur quantum ad gloriam que pertinet: utrum omnes sancti qui sunt in ecclesia canonizati sint in gloria vel aliqui eorum sint in inferno. Et videtur quod aliqui possint esse in inferno de hiis qui sunt in ecclesia canonizati. Nullus enim potest ita certus esse de statu alicuius sicut ipsemet de se, quia que sunt hominis nemo novit nisi spiritus hominis qui in ipso est, ut dicitur I ad Cor. II. Sed homo non potest esse certus de seipso utrum sit in statu salutis. Ecclesiastes IX: Nemo scit utrum odio vel amore dei dignus sit. Ergo multo minus papa scit. Ergo potest in canonizando errare. Praeterea quicumque in iudicio innititur medio fallibili potest errare; sed ecclesia in canonizando sanctos innititur testimonio humano cum inquirat per testes de vita vel miraculis. Ergo cum testimonium hominis sit fallibile, videtur quod ecclesia in canonizando sanctos possit errare. Sed contra: In ecclesia non potest esse error damnabilis; sed hic esset error damnabilis si veneraretur tamquam sanctus qui fuit peccator, quia aliqui scientes peccata eius fallerentur si ita dicat, possent ad errorem perduci. Ergo in talibus ecclesia non potest errare. Praeterea Augustinus dicit in epistola ad Ieronimum quod si in scriptura canonica aliquod mendacium admittatur, nutabit fides nostra que ex hac scriptura dependet. Sed sicut tenemur credere id quod in sacra scriptura, ita et id quod est per ecclesiam communiter determinatum. Unde hereticus est qui sentit contra determinationem conciliorum. Ergo omne iudicium ecclesie erroneum non potest esse. Responsio. Dicendum quod aliquid potest iudicari possibile secundum se consideratum, quod relatum ad aliquod extrinsecum impossibile invenitur. Dico ergo quod iudicium eorum qui presunt ecclesie potest errare in quibuslibet si persone eorum tantum respiciantur. Si vero consideretur divina providentia que suam ecclesiam spiritu sancto dirigit ut non erret, sicut ipse promisit Iohannis XVI quod spiritus adveniens doceret omnem veritatem de necessariis scilicet ad salutem, certum est quod iudicium ecclesie universalis errare in hiis que ad fidem pertinent impossibile est. Unde magis est standum sententie pape ad quem pertinet

Dispensatio ad ius naturale non pertinet

Dispensatio

determinare quam sententie quorumlibet sapientum hominum in scriptis opinioni, cum cayphas quamvis pravus tamen
quia pontifex legatur etiam inscius prophetasse Iohannis xi. In aliis vero sententiis que ad particularia facta pertinent
ut cum agitur de possessionibus vel de criminibus vel de huiusmodi possibile est iudicium ecclesie errare propter falsos testes. Cano-
nizatio vero sanctorum medium est inter hec duo. Quia tamen honor quem sanctis exhibemus quedam professio fidei est
qua sanctorum gloriam credimus, pie credendum est quod nec etiam in his iudicium ecclesie errare possit. Ad primum
ergo dicendum quod pontifex cuius est canonizare sanctos potest certificari de statu alicuius per inquisitionem vite et atte-
stationem et precipue per instinctum spiritus sancti qui omnia scrutatur etiam profunda dei. Ad secundum dicendum quod divina
providentia preservat ecclesiam ne in talibus per fallibile testimonium hominum fallatur. Quodlibet xm

Quesitum est de deo de angelo et anima. De deo quesita sunt tria: primo de eius unitate, secundo de eius
iudicio, tertio de eius facto. Ad primum sic proceditur. Videtur quod unitas aliquid positive dicat in divinis
et non remotionem tantum secundum opinionem magistri. Ex privationibus enim non constituitur res aliqua; ex uni-
tatibus autem constituitur numerus qui est res, cum sit species quantitatis. Ergo unitas non dicitur secundum privationem tantum. Praeterea
numerus sequitur ad distinctionem. Si igitur unitas et numerus in divinis non diceret rem aliquam, non esset in divinis realis
distinctio, quod est heresis sabelliana. Praeterea si unitas et numerus in divinis dicuntur solum remotive, per uni-
tatem autem nihil aliud videtur removeri quam numerus, nec per numerum aliud quam unitas, sequitur quod utrumque illorum in divinis dicatur
secundum negationem negationis. Secundum negationem negationis non est nisi ens rationis tantum. Ergo unitas et numerus non erunt realiter in
divinis, quod est magnum inconveniens. Ergo unum et numerus aliquid positive dicuntur in divinis. Sed contra omne quod predicatur de aliquo
predicatur de eo secundum propriam rationem. Sed ratio unius in negatione consistit; est enim unum quod non dividitur secundum philosophum. Ergo de eo
predicatur secundum remotionem tantum. Praeterea secundum philosophum in x metaphysice unum et multa opponuntur sicut privatio et habitus. Privatio
autem per remotionem tantum. Ergo unum quod multitudini predicatum duo tenet locum privationis dicitur per remotionem tantum. Praeterea unum
super ens non addit aliquid secundum rem, quia sic res non esset una per suam essentiam. Additur igitur aliquid secundum rationem tantum. Sed
quod est secundum rationem tantum vel est negatio vel relatio. Cum igitur unum super ens non addat aliquam relationem, quia ad
aliquid non dicitur, videtur quod addat negationem. Respondeo dicendum quod unum quod est principium numeri ~~oportet quod esse unum~~ de necessitate
aliquid positive dicit in eo cui attribuitur, quia cum ex unitatibus numerus constituatur, nisi unitas res aliqua esset,
numerus res esse non posset, et sic non posset poni in aliquo genere tanquam species. Si igitur unum quod convertitur
cum ente sit idem quod unum quod est principium numeri, oportet quod etiam unum quod convertitur cum ente aliquid positive superaddat
enti, et hoc concedit Avicenna. Unde vult quod unum quod convertitur cum ente addat supra ens aliquid quod ad
genus mensure pertineat. Sed hoc non potest esse, quia unum quod convertitur cum ente cum de qualibet re dicatur, oportet
etiam quod illa res quam addit supra ens sit una etiam vel erit una per aliquam unitatem additam, et ita
erit processus in infinitum, vel erit una per essentiam suam, quod si verum est, standum est in primo, scilicet quod ens ipsum
dicatur unum per essentiam, non per aliquam rem additam. Sic igitur intelligendum est secundum opinionem Aristotelis et Averrois quod unum quod
convertitur cum ente non superaddit enti rem aliquam sed solum negationem divisionis, et huiusmodi unum ponit idem
in subiecto, includit ens et dicit remotionem quantum ad id quod superaddit enti. Unum vero quod est
principium numeri quod superaddit enti aliquid de genere mensure, et similiter numerus qui est principium reperitur tantum in rebus
habentibus divisionem, quia talis numerus causatur ex divisione continui, et hic numerus scilicet ex divisione continui causatus
est subiectum arismetice etiam secundum Avicennam. Nulla autem conditio propria rei corporalis potest dici de deo et de aliis
substantiis spiritualibus. Et ideo secundum hoc unum et numerus que continentur in genere quantitatis non dicuntur de deo et de aliis substantiis
incorporeis, sed solum unum quod convertitur cum ente et multitudo ei opposita. Et ideo unitas in divinis non
dicit nisi remotionem quantum ad id quod superaddit enti, quamvis ponat aliquid secundum quod includit ens. Est enim unum
ens indivisum. Ad primum ergo dicendum quod obiectio illa procedit de uno quod est principium numeri. Ad secundum dicendum
quod obiectio illa procedit acsi nullo modo unum et numerus aliquid ponerent rei in divinis. Ponunt enim ens remota distinctione
vel quantum ad hoc quod ens includitur in ratione unius, ut dictum est. Ad tertium dicendum quod in ratione multitudinis includitur
divisio rei, sed in ratione unius negatio et rei sic quod sic patet. Unum enim est quod non dividitur. Divisio autem que negatur
per unum non est que convertitur cum ente, oportet quod sit talis que includit divisionem solvetur. Hec autem distinctio per affirma-
tionem et negationem, et ratio huius divisionis negatio constituit rationem unius. Est enim unum quod dividitur
talis divisione quod sit in eo accipere hoc et non hoc, et unum intelligitur negata affirmatione et negatione sicut
est negatio rei et negationis sic. Predicta vero divisio includitur in ratione multitudinis, et includitur ibi negatio rei,
quia multa sunt que sic dividuntur quod eorum unum non est alterum. Art. ij q. x

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod Christus non sit descensurus in terram ad iudicium, quia super illud psalmi Dominus in templo
sancto suo, dicit glossa quod deus in celo sedens de bonis et malis iudicat. Ergo iudicium futurum non
est in terra sed in celo. Praeterea ad dignitatem iudicis pertinet quod iudicandi ad eum accedant et non
econverso. Sed Christus est iudex dignissimus cuius locus est celum. Ergo homines ascendent illuc ut iudicentur et
non econverso. Praeterea si iudicium sit in terra futurum, videtur quod sit futurum in valle Iosaphat, ut habetur
Iohelis iii. Sed locus ille non posset tantam multitudinem hominum capere. Ergo non est ibi futurum iudicium.

go in loco tre ¶ Sed cu e 1a 2e thess 4o q xpus in iussu et in voce archangli et in tuba dei descendet
¶ In iudicio apparebunt no solu electi sed etia reprobi qui habebunt corpa grauia et grossa quibz
no competeret ets locus celestis / go iudiciu in terra no in celo erit ¶ Ultio iudiciu ordinat ad retribucionez
premiorum / vn s duplex primu s aie et corpis e duplex iudiciu dei / vnu quo iustificat vel
dampnat homines quo ad aiam / Et hoc iudiciu tm p hoc tempus agit / Aliud e iudiciu quo
premiabunt vel punient hoies etia qm ad corpa / et hoc iudiciu fiet pq resurrecoz in fine tpis
pmu at iudiciu avet xpo racone diuinitat / s s racone huanitatis / Et sic dt augg sup Iohem
vbm dei viuificat aias / sed vbm caro factu viuificat corpa / vn etc Iohis .5. Et ptate dedit ei
iudiciu facere quia filius hois e / Sic go vltimu iudiciu e futurum in loco qui xpo competit rone
sue huanitatis s ct terra illa vbi natus e et passus et reliqua complevit huai officia ¶ Et q
dr q in valle iosaphat iudiciu e futurum que vallis subiacet monti oliueti / vn xpus ascendit
celu vt ondat ide ee qui ascendit regturus et qui descendet iudicaturus s 1o Act 1 quadmodu
vidistis eu ascendente in celu ita veniet ¶ Ad 8m go dcm q glo 1a Cor de pmo iudicio quod
competit xpo rone deitatis rone cuius etc pro loco celu s assignat / sed quia in celo pre inter
celestis corporeas creaturas apparet iudicia maiestatis diuine / vn celu locus dei dr et sedes q deo
fruunt ¶ Ad 2m dcm q ascensus ad locu iudicis e ascensus in celu et ascensus in celu e pmiu
quod ex iudicio reportat / vn dei iudiciu sequit / no at ita se ht ad iudiciu huanu accessus ad
locu iudicis id no e simile ¶ Ad 3m dcm q in iudicio nec xps nec angeli erunt in terra sed solu
reprobi / xpus enim et electi erunt in aere s id 1 ad thess 4 Rapiemur in nubibus obuiam xpo
aliorum qui inde speretur / Ad primum ergo dicendum quod quamdiu fundamentum fidei non habet ab ecclesia recipi non debet
sed postquam conversus incipit habere recipiendus est xvi q
Deinde queritur de hoc quod pertinet ad gloriam scilicet de visione dei in patria / Utrum aliquis intellectus creatus
possit videre deum per essentiam et videtur quod non / Intellectus ad intelligibile est aliqua proporcio / sed intellectus
creati ad divinam essentiam nulla est proporcio cum in infinitum distent / ergo intellectus creatus divinam essentiam
videre non potest / Preterea plus distat spiritus creatus ab intellectu creato quam spiritus creatus a sensu / sed sensus non
potest cognoscere spiritum creatum / ergo nec intellectus creatus spiritum increatum / Sed contra est quod exodi xxxiii super illud non
videbit me homo et vivet dicit glossa gregorii fuerunt nonnulli qui deum dicerent etiam in illa regione beatitudinis
in claritate sua conspici / sed in natura minime videri / quos minus intentionis inquisitio subtilitas
fefellit / Nec enim illi simplici et incommutabili essentie aliud est claritas aliud est natura / sed ipsa est
claritas / ipsa claritas natura est / et ita essentia dei videbitur a beatis / Respondeo dicendum quod necesse est ponere divinam essentiam
videri a beatis / Beatitudo enim est ultima perfectio rationalis nature / nichil autem est finaliter perfectum nisi at-
tingat ad suum principium secundum suum modum / Quod ideo dico quia ad principium quod est deus attingit aliquid
dupliciter / Uno modo per similitudinem quod est commune omni creature / que tamen habet de perfectione quantum consequitur de
divina similitudine / Alio modo per operationem ut fruitur eo modo quo est causa sui ipsius scilicet in unitate per unitatem / Dico
autem per operationem quam rationalis creatura cognoscit et amat deum / Et quia anima immediate facta est a
deo ideo beata esse non poterit nisi immediate videat deum scilicet absque medio quod sit similitudo rei cognite sicut
visibilis in pupilla vel in speculo / Non autem absque medio quod est luminis confortans intellectum quod est
lumine glorie / De quo in psalmo dicitur / In lumine tuo videbimus lumen / hoc autem est per essentiam deum videre / xvi
In hoc ponitur beatitudine rationalis creature quod deum per essentiam videbit / sicut philosophi ammanitis(?) fluere ab
intelligencia agente / Ponunt ultimam felicitatem hominis in continuacione intellectus nostri ad ipsam / Ad
primum ergo dicendum quod proporcio dupliciter dicitur uno modo proprie secundum quod importat quandam determinatum excessum et sic
proporcio requiritur inter intellectum et intelligibile ad hoc quod sit cognitio cum comprehensione qualiter divina essentia
numquam videbitur ab intellectu creato / Alio modo dicitur ulterius pro qualibet habitudine et sic finitum potest habere proporcionem ad
infinitum si sit perfectio eius / vel aliquo huiusmodi habitudine habeat ad ipsam / et ista proporcio sufficit ad hoc
quod intellectus videat divinam essentiam attingendo non comprehendendo / Ad secundum dicendum quod obiectio illa procedit
de distantia secundum esse naturale / non secundum racionem cognitionis / Divina spiritus creatus non est sensibilis / sed spiritus increatus est
intelligibilis / Quodlibetum xi
Questiones fuerunt de deo de angelis et de hominibus / De deo
Quod quesitum fuit de immensitate ipsius / De cognicione eius et de predestinacione / Circa immensitatem
vero dei quesitum fuit utrum solius dei sit proprium esse ubique / Et videtur quod non / Nichil enim est in
rebus maius / sed constat quod omnes partes universi sunt maiores / ergo maius est in omnibus partibus universi et ita
quod sit ubique / Non est igitur solius dei proprium esse ubique / Preterea ubique est quod est ubique et semper / sed
ubique non est hoc quod est deus / ergo non est proprium solius dei esse ubique et semper / Preterea substantia spiritualis excedit
corporalem / sed hoc quod dicitur esse ubique pertinet ad substantiam corporalem quia in solis corporibus est proprium
assignare locum / ergo multo magis esse ubique pertinet ad substantias spirituales / et ita videtur quod non sit solius dei

proprium. Contra. ad commendacionem tamen regis pertinet quod possit gubernare eciam in absencia sua regnum sed
deus est commendator omnium regum ergo videtur quod eciam competat sibi ad suam commendacionem quod gubernet totum
mundum vel aliquas partes in absencia sua per providenciam / et sic videtur quod non sit dei proprium esse ubique /
Contra. constat quod quedam dicuntur deo proxima et quedam remota et quanto magis sunt remota tanto magis
sunt corporalia / non autem posset dici aliqua proxima et alia remota deo si deus esset ubique. Contra. dato
quod tota machina mundialis esset unum corpus continuum constat quod id corpus esset ubique non igitur est solius
dei proprium esse ubique / Contra ambrosius probat spiritum esse deum quia est ubique / sed si esse ubique non esset
solius dei proprium racio sua non valeret / Cum ergo racio hec valeat videtur quod sit solius dei proprium esse
ubique. Respondeo dicendum quod spiritualia dicuntur esse in loco non quidem per contactum magnitudinis sed virtutis cuiuslibet
rei spiritualis / loquentes autem de eadem rei spiritualis virtute / ut nos loquimur de loco in quo est / virtus autem
dei est infinita / que quandam infinitatem apparet quantum ad duo / primo quia non solum excedit creaturas que
sunt fuerunt et erunt sed eciam omnes que possunt ymaginari esse / secundo quia virtus dei sic et semel in omnibus
operatur et in singulis. secundum proprium modum rerum / et ideo esse ubique proprie acceptum soli deo competit / aliis
autem rebus competit esse ubique improprie / Unde distinguit modus quo deus est ubique et quo
alie res quibus aliquid competit esse ubique / Nam huiusmodi dicuntur esse ubique / quia sunt tamen in hiis que
sunt in presencia / deus est non solum in hiis que sunt / sed eciam in ymaginatis et in preteritis et in futuris /
Item alie res non sunt ubique sic in loco uno / sed sunt in diversis locis sed deus ita est ubique quod est
in quolibet et in toto quia eius virtus habet efficaciam non solum in id quod est commune universo sed in id
quod est proprium unicuique rei particulari / et ideo est in omnibus sic in uno loco et sic in pluribus quod est
proprie esse ubique / Unde cum hic modo solus deus sit ubique solius dei proprium est esse ubique. Ad primum
ergo dicendum quod numerus non est in rebus numeratis sic in loco / sed sic accidens in subiecto. Contra. unus numerus
licet sit in omnibus numeratis sic unitas extrinseca / non tamen est in qualibet parte / quia non quelibet pars numeratur
eodem / Item numerus non est omnino unus sed multitudo quedam / deus autem est in rebus per virtutem suam et in
singulis operatur ut dictum est. Ad secundum dicendum quod universale dicitur esse ubique et semper magis per remocionem quam per potenciam /
non enim dicitur ubique esse et semper eo quod sit in omni loco et in tempore / sed quia abstrahitur ab hiis
que determinant sibi locum et tempus determinatum / et propterea universalia non sunt subsistencia. Ad tercium dicendum
quod substancia spiritualis excedit corporalem excessu dignitatis nature et non in virtute agendi / ymmo videmus quod multe
substancie spirituales habent determinata corpora in quibus agunt sic anima racionalis corpus humanum / et ideo non est simile.
Ad quartum dicendum quod non esse ubique est ex defectu regis terreni propter circumscripcionem sive substanciam / deus autem cum
sit incircumscriptibilis est ubique et tamen si non esset ubique nichilominus gubernaret omnia providencia sua / unde
in rege terreno non esse presentem est ad defectum. sed quod gubernat in absencia est ad commendacionem / Deus
autem ubique est et omnia gubernat. Ad quintum dicendum quod huiusmodi distancia et propinquitas creaturarum ad deum non
est secundum locum sed secundum similitudinem et dissimilitudinem / Nam illa que magis assimilantur deo dicuntur sibi esse pro-
pinquiora / que vero magis recedunt a similitudine eius dicuntur esse sibi remociora. Ad sextum dicendum quod dato
quod tota machina mundialis esset unum corpus continuum non tamen proprie hoc posset ymaginari quod esset ubique sed
in uno loco tamen quia totum id in quo esset / acciperetur pro uno / et sic non attingeret quodlibet particulare.
Circa cognicionem vero dei querebatur / utrum deus cognoscat malum / quod esse ubique compleri sua con-
silium per bonum / Et videtur quod non quia cognoscere unum per aliud pertinet ad defectum cognoscentis / sed in divina
cognicione non potest esse defectus / ergo videtur quod deus non cognoscit malum per bonum. Contra. cognoscere unum per
aliud est in cognoscendo discurrere / sed in divina cognicione non est discursus / ergo cum cognoscere malum
per bonum sit cognoscere unum per aliud videtur quod deus non cognoscat malum per bonum. Contra. philosophus dicit
in primo de anima quod intellectus qui semper est in actu non cognoscit privacionem / sed intellectus divinus semper est in
actu igitur. Contra. omnia que cognoscuntur cognoscuntur per aliquam similitudinem in ipso cognoscente existentem /
sed malum non habet aliquam similitudinem / ergo deus non cognoscit malum per aliquod bonum quod in
eo existat. Contra est quod augustinus dicit quod malum cognoscitur secundum quod ab ipso bono discordat. Respondeo dicendum
quod propria cognicio uniuscuiusque rei est secundum quod cognoscitur per propriam racionem / In cognoscibilibus autem quedam
sunt que habent racionem propriam absolutam / ut homo et lapis / quorum propria racio non dependet ex alio /
Quedam vero sunt que habent propriam racionem non absolutam / sed ex alio dependentem sicut est in relativis et
privativis / et in negativis quorum racio dependet ex ordine quem habent ad alia / Nam racio ceci sive
absoluta sed dependens in quantum habet ordinem ad visum cuius est privativa / Cum ergo dicitur omnia cognoscit
secundum proprias raciones / Dico quod illa quorum racio est absoluta cognoscit absolute et non per aliud ad / Illa vero quorum

racio est dependens et in ordine ad alia cognoscit s ordine ad illa ex quibus dependet. Ergo
go racio mali no sit absoluta sed dependens igitur s. discordat a racione boni cognoscit malum
s. ordine ad bonum, s. quod discordat ab ipso bono. Ad primum ergo dicendum quod in illis que habent racionem absolutam
e ad defectum cognicionis cognoscere vnum per aliud sed non in illis quorum racio est ad aliud vt dictum est.
Ad 2m dicendum quod cognicio distincta est cognoscere vnum cognitum per aliud cognitum absolute, sed cognoscere
cognitum per aliud cognitum ad quod ordinatur non est distincte in cognoscendo et hoc modo cognoscitur
malum. Ad 3m dicendum quod licet malum non sit oppositum diuine essencie tamen est oppositum effectui diuine essencie. Nam
bonum increatum non habet oppositum malum sed bonis effectibus qui creantur a bono increato opponitur malum et igitur
discordat ab aliis effectibus cognoscit. Ad 4tum dicendum quod id habet locum in illo intellectu qui cognoscit res
per adequacionem ad ipsas suas et ille modus cognoscendi non est in deo qui cognoscit omnia per essenciam suam.
Ad 5m dicendum quod licet malum non habeat aliquam similitudinem in deo tamen oppositum mali s. bonum contrarium
habet similitudinem in deo scilicet in sua tamen et ita bonum cognoscitur per seipsum malum vero per bonum. q. 4.

Circa predestinacionem querebatur vtrum predestinacio imponat necessitatem Et videbatur quod sic. Constat enim quod
predestinatus omnino saluatur sed hoc non esset nisi necessarium esset predestinatum saluari videtur ergo quod predesti-
nacio necessitatem imponat. Item Rom. ix dicit apostolus Non est volentis neque currentis sed dei miserentis ergo
videtur quod quicumque homo de salute habet sit ex sola predestinacione diuina et ex nullo alio. est videtur necessitatem im-
ponere. Contra Augustinus dicit Qui creauit te sine te non iustificabit te sine te. Respondeo dicendum quod predestinacio
certitudinem habet et tamen necessitatem non imponit. In predestinacione enim tria sunt consideranda quorum duo presupponit ipsa
predestinacio s. prescienciam dei et dilectionem et voluntatem. quia vult predestinatum saluari et 3m est predestinacio
que nichil aliud est quam directio in finem quem vult deus rei dirigere. Quodlibet autem horum trium certitudinem
habet et inde necessitatem non imponit. Et quod prescientia diuina certitudinem habeat probatur. Deus enim cognoscit res nobiliori
modo quam nos cognoscamus. Nostra cognicio enim est in tempore et ideo intuitus noster respicit res secundum tempus contra
s. presens preteritum et futurum vt s. cognoscat preterita vt preterita, presencia vt presencia, futura vt futura et naturalia. Co-
gnicio vero diuina est supra tempus et mensuratur eternitate solum et ideo non cognoscit res prout sunt in tem-
pore sed prout sunt in eternitate, s. prout sunt presencia. et hoc tamen necessarium quam contingens. vnde omnia cognoscit
tamquam presencia in sua presencia. Cum ergo eciam intellectus noster certitudinaliter cognoscat presencia. multo magis deus
omnia sibi presencia certitudinaliter cognoscit ergo nullam necessitatem rebus cognitis inducit. sicut videmus quod aliquis existens
in loco eminenti videt certitudinaliter homines venientes aliquorum euncium per vias duorum ... et non inducit in
hodie — vel que scit sibi presencia cum hominibus. ex quo nulla necessitas imponitur. Nam hoc non est nisi ex hoc quod sicut
in alto existens intuetur omnia in presencia que eciam in plano sunt presencia. s. illa que retro sunt presencia s. illa
que sunt iuxta se et futura s. illa s. que anteriora sunt. Quod autem voluntas diuina certitudinem habeat et tamen
necessitatem non imponat sic probatur. Voluntas enim dei est efficax et prima causa omnium rerum. quia omnia quecumque
voluit dominus fecit. Cuius perfeccio et efficacia apparet ex hoc quod non solum modum et eciam res. sed eciam dat
eis talem modum essendi. namque cuilibet rei determinatum modum contulit quo suos effectus produceret. vnde
quia ipse voluit quedam esse in vniuerso necessaria et quedam contingencia constituit quasdam causas quibus
contulit vt contingenter causaret et quasdam quibus contulit vt necessario agerent effectus. vnde voluit istum
vel illum effectum non solum esse sed eciam tali modo esse. s. vel contingenter vel necessario sicut quod voluit petrum
non solum currere sed eciam contingenter currere et sic voluit istum vel illum hominem saluare quam eo modo vt ar-
bitrii libertatem non perderet. et sic quod petrus vel martinus saluatur habet duas causas. Vna s. voluntatem diuinam
et hoc habet certitudinem. Alia liberum arbitrium et hoc habet contingenciam. et est in aliis rebus. quia quod sint
contingencia conuenit eis ex causa proxima. quod vero sint certa et necessaria prouenit eis ex prima causa rerum. vnde
prima causa rerum s. diuina voluntas eciam de contingentibus certitudinem habet. ex qua quidem certitudine non imponitur ipsis rebus
aliqua necessitas. quia non solum vult ea esse sed tali modo esse s. necessario vel contingenter vt dictum est. Quod vero prede-
stinacio certitudinem habeat et necessitatem non imponat sic probatur. Motus enim vel direccio vel processus dirigendi
in finem quod positum est ipsa predestinacio est secundum constituciones et ordinem rerum a deo constitutum. Constat
autem quod quando sunt due cause ordinate quarum vna est necessaria et alia contingens est effectus sic contingens. In
predestinacione autem sunt due cause ordinate quarum vna est necessaria s. ipse deus et alia contingens s. liberum arbitrium
et ideo effectum predestinacionis esse contingentem. vnde quia deus scit et vult istum vel illum consequi talem
finem. predestinacio habet certitudinem. quia vero deus vult vt secundum libertatem arbitrii in talem finem dirigatur
huiusmodi certitudo predestinacionis nullam necessitatem imponit. Ad primum ergo dicendum quod hoc quod hic predestinatus
omnino saluatur est ex certitudine diuine predestinacionis non tamen est ibi necessitas absoluta sed condicionalis quia si

talis ē p̄destinatꝰ nemo saluaꝛ nō est neām simpľr. Ad 2m dr̄ ꝙ v̄bū ap̄li nō ē sic intelľ
qⁱ sit neām velle et ꝑre ex pte nr̄a · sed qnia pncipiū p̄mū bene opandi nō est a nobis sed
ex nr̄a diuīa infundere grām · melioꝝ tñ ꝙ ꝙ ex pte nr̄a sit aliquod pncipiū q̄ iiij

Circa angelos · questitū fuit de motu angeli · s. vtrū motus eius sit in instāti / Et vi ꝙ
sic / Constat em̄ ꝙ mutaᵒ angeli simplicior ē om̄i mutacōne corꝑli / sed īueniᵗ aliqua mu-
tacō corꝑlis in instāti / sicut illumīacō et hmōi · g° multo magis motus angeli ē in instāti. Cōm̄ / No-
bilissime nature competit nobilissimꝰ motus / Nobilissimꝰ aūt motus ē iᷤ q̄ est in instāti / g° competit
nobilissime nature · s. angelo. Cōn omīs motus hꝫ prius et posterius · sed inīs prius et posterius ī motu
fiat tempꝰ / g° in oī motu ē tpus / g° nec motus etiā angeli ē in instāti. Rn̄o dr̄ ꝙ omīs
mutacō hꝫ duos terminos / quos nō ptingit simul ee / vnde īpossibile ē ꝙ aliquis motus vel mutaᵒ
sit in instāti / hoc mō ꝙ idē instans ambos terminos amplectaᵗ / vnde sciēd ꝙ in rebus corꝑlib
duo termī motus vel mutacōis duplr̄ se pnt hr̄e / vnoᵒ ꝙ sit assignare instans in quo termīꝰ ad
quē prius ē · et aliud in quo terꝯ a quo ultᵒ ē / et tū int quelibet duo instāti sit tempus medium
/ sed ꝙ de vno nō motus in aliū / fiat transitꝰ p tpus / et tūc mutaᵒ ē in tempore et nō in instāti /
/ hoc aūt ōt quōꝫ ꝙ inter duos terīos motꝰ ē aliquod mediū accipe sicut int albū et nigꝝ / et
int ee hic et int ee ibi / Sed aliqui termī mutacōis sūt int quos nō ē accipe mediū vt inter
album et nō albū / et int ignē et nō ignē / int tenebrosū et lucidū / qnia affo et neᵒ nō ꝑ se
int / et simlr̄ puacō et forā in subiecto determiato / et in talibus licet sit accipe instans · a quo p°
ē terīꝰ ad quē / nō tamē ē accipe instans in quo vltīo ē terꝯ a quo / Cū em̄ int quelibꝫ duo
instantia sit tempus mediū / sed ꝙ in ilᵒ tempore medᵒ ī neutro extremoꝝ eēt ꝙ ē impossibile cuꝫ sint extrema
oīo imediata g° oꝫ dicē ꝙ tū id instans in quo p̄mo ē termīꝰ ad quē sit terꝯ aliquis tpis quod in
toto tpe pcedenti duret terꝯ a quo / et tū inter tempus et instans quod ē terꝯ tpis nō sit tpus
mediū / nō sit transitꝰ de vna extremitate in aliā in tpe / sꝫ in instāti p̄mo desinit ee terꝯ a quo
et incipit ee termīꝰ ad quē / et hmōi mutacōs dicuntᵗ ee instantanee / sicut illumīacō gn̄acō et corrupcᵒ
/ Sed oꝫ ꝙ iste mutacōs sūt termī motuū cōtrariorum et in tempore extremi / qnia tpus in quo ē vltīo
termīꝰ a quo mensurat aliqꝫ motū sꝫ ꝙ accedit ad termīꝰ ad quē / sicut p alteracōnē mā dispoᵗ ad
formā / et p motū locale corpus lucidum accedit ad sitū ī quo illumīat / et sꝫ hoc dr̄ ꝙ gn̄acō et
corrupcō sūt termī alteracōnis / et illumīacō motus localis / Sic iᵗ sūt due mutacōs corꝑlium sed
nec talis pt ee in motu angeli / cū motꝰ ali attendaᵗ sꝫ diuersos cōtactus virtualis angeli ad
diuersa loca · q̄ qnia cōtactꝰ nō sūt cōtinui / oꝫ sed ꝙ motus angeli nō sit cōtinuꝰ / et ita
tpus quod prope mensurat motū angeli nō ē cōtinuū / cū cōtinuitas tpis sit ex cōtinuitate motꝰ
vt dr̄ 4 phꝫ / Nō em̄ pt dici ꝙ motꝰ angeli mensuretᵗ tempore cōtinuo qd ē mensura motus celi
qꝛ motꝰ angeli nō dependet ex motu celi / et ꝙ motꝰ ali mensuretᵗ quodā tpe in quo
instantia sūt sibi succedentia sꝫ cōtinuacōnē / qꝛ tpus ex hic ꝙ ē mensura nō ē cōtinuū · sꝫ ex hic ꝙ ē
mensura motus cōtinui / Sic iᵗ in motu angeli duo extrema motus nō sunt in duobꝫ instantibꝫ int
que sit tempꝰ mediū / Nec tū vnū extremoꝝ ē in tempore · et aliud in instāti qd terminat tpus · sꝫ duo
extrema sūt in duobꝫ instantibꝫ int que nō ē tpus mediū / et tūc oꝫ dicē ꝙ motꝰ angeli sit in tpe
licet alioᵒ q̄ motus corpus sit in tpe. Ad p̄m g° dr̄ ꝙ mutaᵒ angeli sꝫ pdicta oꝫ ee sim-
plicior q̄ ista mutacō cuius duo sūt extrema ī duobꝫ instantibꝫ int que cadit tempus mediū cū
int duo instantia motus angeli nō cadat tpus mediū / ille et simplicior ē q̄ iᷤ cuius vnū extremū
ē in toto tpe cōtinuo · cū hoc vnū extremū sit in instāti indiuisibili · et tū nō intercidit tpus mediū
sicut nec illi / et qnia ē simplicior iō etiā sequiᵗ ꝙ sit nobilior / Cōm̄ pꝫ solucō ad scdm. q̄ v

Deinde quesitū fuit de hoīe / Et cūca hic quesitū ē de ptibꝫ hūane nē · de factis gr̄e
de cōstitucōne hūane nē. Circa p̄m querᵗ duo p̄mo de aīa / 2° de corpe. De aīa qsitū
ē / vtrū sint eiusdē spēi aīa sensitiua et intellectiua / Et videbaᵗ ꝙ nō / qꝛ aīa sensitiua educiᵗ
ex potentia mē / intellectiua vero p creacōnē nō g° cadē ē sba vtrusqꝫ. Cōm̄ nulla sba que sit vna
et cadē ē eodē tpe motꝰ cōtraria · sꝫ sensꝰ et racō eodē tpe mouetᵗ ad cōtraria sicut dr̄ apl̄s Ro
vij video aliā legem ī mebris meis repugn̄ ꝛc / g° sensualis et racōnalis nō sūt vnius sbe. Cōtra
corꝑale et incorꝑale nō sūt eiusdē gn̄is / g° nec vnius mōi / sed aīa sensitiua ē corꝑalis / intellectiua vero
incorꝑalis · g° sensitiua et intellectiua nō sūt eiusdē mōi / et nō eiusdē spēi. Cōm̄ aīa sensitiua ē cōis
nobis et brutis sed in brutis educiᵗ de potentia mē · g° et in nobis / nō ē igiᵗ cadē cū

cum intellectiva que est per creationem. Contra unius perfectibilis una est perfectio sed corpus humanum est unum per-
fectibile ergo anima que est eius perfectio est una. Secundo dicendum quod circa ordinem formarum est duplex opinio
una est Avicebron et quorundam eius sequacium qui dicunt quod secundum ordinem generum et specierum sunt diverse forme
substantiales et invicem advenientes, sicut est substantia corpus corpus animatum et animal. dicunt ergo quod quedam forma substantialis
est per quam est substantia tantum et preter eam est quedam alia per quam est corpus. Deinde est et alia per quam est anima-
tum et alia per quam est animal et alia per quam est homo, et sic dicunt de aliis formis substantialibus rerum. Sed
hec positio stare non potest quia cum forma substantialis sit que facit hoc aliquid et dat esse substantiale rei, tunc sola
prima forma esset substantialis cum ipsa sola daret esse substantiale rei et faceret hoc aliquid. Omnes autem alie post primam
advenientes essent accidentales, nec daret esse rei simpliciter sed esse tale et sic in amissione vel acquisitione
separatum non esset generatio et corruptio sed tantum alteratio. Unde patet hoc non esse verum. Similiter etiam esset in potentiis
anime. Nam sola prima scilicet vegetabilis esset forma substantialis et faceret hoc aliquid. alie vero accidentaliter essent
advenientes quod omnino est falsum. Et ideo dicendum quod huiusmodi forme dicuntur secundum perfectum et imperfectum. Est enim
aliqua forma que non dat nisi esse corpus tantum, aliqua est magis perfecta que etiam dat esse et vivere
quocumque modo vivendi. aliqua que cum hiis dat etiam sentire. Unde patet quod forma ultima est perfectior primis
et habet se ad priora sicut perfectissima ad imperfectiores et ideo quicquid continetur in primis, totum est virtute in
ultima. Unde dicendum est quod una et eadem essentia est anime sensitive et intellective. sed intellectiva se habet ad sensitivam
sicut perfectum ad imperfectum. Item autem anima sensitiva et intellectiva sunt eiusdem esse, signum est quod nisi vires
anime radicentur in una essentia numquam una impediretur ab alia, nec etiam virtus unius redundaret in
aliam. Item cum intellectus non habeat determinatum organum in corpore quo mediante exerceret operationes suas non vi-
detur quod uniretur corpori nisi esset eiusdem essentie cum anima sensitiva. Sic ergo patet quod una essentia est anime sensitive
et intellective sed dicuntur secundum perfectum et imperfectum ut dictum est. Ad primum ergo dicendum quod anima sensitiva educitur
de potentia materie in brutis in nobis vero non, sed est per creationem, cum eius essentia sit essentia rationalis que est
per creationem. Ad secundum dicendum quod non est inconveniens aliquid idem existens secundum diversas vires vel partes moveri
ad contraria, et ideo licet substantia anime sit eadem sensitive et intellective tamen potest secundum diversas partes et vires moveri ad
contraria ut sensitiva moveatur ad ea que sunt contra propria et ratio ad ea ad que ordinatur. Ad secundum dicendum quod
licet incorruptibile non sit idem cum corruptibili tamen invenitur aliquid incorruptibile quod habet aliquam proprietatem
communem corruptibili et sic est in anima rationali. Nam ipsa substantia anime est incorruptibilis in lege tamen habet aliquid in se
sensitivum quod est commune cum corruptibili. Ad tertium dicendum quod licet sensitiva sit animalis nobis et brutis quantum ad rationem
generis, tamen quantum ad rationem speciei alia est in homine sensitiva et alia in brutis et similiter alia in asino et
alia in equo et alia in bove quia secundum quod dicunt aliquam speciem, ita etiam dicunt in eis sensitiva. et ideo non sequitur
quod sicut in brutis educitur de potentia materie quod etiam in homine quia in homine est alterius speciei et est per creationem.

De corpore autem queritur est utrum resurget idem numero. Et videbatur quod non. quia secundum philosophum in thopicis
idem dicitur idem numero quod est idem proprio accidente et dispositione. sed corpus in resurrectione non habebit eadem
propria quia modo est capillatum tunc non. Item non eadem accidentia quia nunc albus crispus niger et huiusmodi
que tunc non erunt. Item non eadem dispositione quia modo disponitur per mortale, tunc vero non erit mortale
ergo videtur quod non resurget idem numero. Item identitas materie facit idem numero sed materia corporis resurgentis
non erit eadem cum corpore quod nunc est cum multe forme remanent in ea. ergo corpus non resurget idem
numero. Item philosophus dicit in libro de anima quod non est eadem statua numero que destruitur et de eodem ere
restauratur. ergo pari ratione quod modo corruptum non erit idem numero cum eo quod resurget. Item constat quod
homo humanitate est homo et una humanitate est unus homo. sed in corpore quod nunc est et quod resurget
erunt due humanitates quia per mortem destruitur forma corporis. ergo erunt duo homines. et sic videtur quod
corpus non resurget eadem numero. Contra Iob xix. Quem visurus sum ego ipse et non alius. Respondeo
dicendum quod ad hoc quod aliquid sit idem numero requiritur identitas principiorum essentialium. Contra per ordo principiorum essentialium
etiam in ipso individuo variatur non est necesse etiam identitate variari. Illud autem est essentiale singulari
individuo quod est de ratione ipsius sicut cuiuslibet rei essentialia sunt materia et forma. Contra per accidentia valet
et mutentur remanentibus principiis essentialibus individuum ipsum idem remanet idem. Cum principia essentialia
hominis sint anima et corpus et remaneant quia resurget eadem anima et idem corpus. dicendum quod corpus hominis
resurget idem numero. Ad primum ergo dicendum quod obiectio illa procedit ex falso intellectu libri. Non enim dicit
idem numero id quod habet idem accidens nunc et postea et idem primum sed id est idem numero quod est idem cum
accidente et idem cum proprio cum subiectum est idem cum accidente proprio et dispositione. et non ita que habent

id actus ide propu et vna disso Con pz q obiciens sic intellexit textu Dato at q sic
illum intellectu procedit obiecto debet intelligi de accidentibus individualibus s. de dimensionibus et hec erunt
in corporibus glorificatis Ad 3 erit id propriu s. risus Job 8 Implebit os tuu risu et labia tua iubi
lo De disone vo dicend e q licet resurgat imortale tn ne mortalitas no tolletur ab eo qua
na huana erit ibi que ex se ht q sit mortalis Ad 4m dicend q licet eade ma faciat ide nro
no tn ma nuda nec que fuit prius in nro sed vna ma s. q e sb dimensionibus terminatis ipaz
fiat id nro reiteretur in ma corporis resurgentis cu resurget corpus sb eisde dimensionibus et
cu eisd principiis eentialibus Ad 5m dd q prius ot quia ipe em vt si statua restitua ex eode
ere q sit id nro Nullo tn dicend q omia artificialia ponunt dupr in gne et in spe quia
vel p ma vel p forma sua Naturalia at ponunt in gne vel spe tn p forma Forme at artificiales
sut accntales Id oz q tollerent in gne vel in spe p ma sit restituat eade statua Si vo co
sideret prout po in gne vel spe p form sic dico q no restituat eadem sed alia quia aa e for hoi
et aa illius in corpe at no e sic quia in corpe erit eade for Ad 6m dicend q no sut due
quantitates in corpe quod corr et quod resurget sed vna quia principalia eentialia no mutant sed

D E sacris vero gne questa sunt tria pmo de sacrato confirmacionis 2o sunt eade q vij
de sacro Euke 3o de sacro ordinis Circa pmu quer utru solus epus debeat confe sacm
confirmacionis Vi q quilibet sacerdos possit confe Constat em q in confirmacion confert gra
spualis sed huiusmodi gre collacio sic e ordinata ut non possit impediri constat at q p absenciaz
eporu multocies impedit quia no sut ubiqz pntes ergo debet confirmari p ministeriu sacerdotu qui
sut ubiqz pntes Ep sacra sunt multiplicata propt utilitate ergo debent eode ordine quo ordinentur
utilitati omnium sed hoc no fieret si solus epus conferret hoc sacm in quo da robur spus scti
quia no omes hnt opportunitate epi ergo debet fieri p sacerdotes p quos pnt omes consequi
hanc utilitate Ep constat q sacm bapmi e maius q sacm confirmacionis sed bapmus pt conferri
per quoslibet sacerdotes ergo multo magis confirmacio In oppm e ecclie consuetudo Rndo dicend
q propius minister sacri confirmacionis e epus et hoc probatur rone et auctoritate Racion quide quia co
firmacio ad hoc fit ut homo in quada pfection constituatur cu detur ad robur spus sti s. ut homo
ex hoc fiat fortis et robustus ad confitend et exponend fide coram regibus et principibus Unde
et pt hoc fit in fronte ut no pertimescat nec confundatur proponere fide cora omnibus et defendere
Sic at Dyon dt Tres sut actiones ierarchice s. purgare illuminare et pficere purgare est pprium
dyaconorum illuminare pbrorum et hoc consistit maxie in euka pficere vero eporum et io omnia
sacra que ad pfectionem conferunt ptinet ad collacionem epi que sut collacio ordinu consecracio
virginum et vasorum et confirmacionis Unde nullus pro pt confe confirmacionis sacm nisi epus
hoc at pz auctoritate scripture Confirmacio em cedit in locum impositionis manuum hoc at no pt
fieri nisi p solos apostolos Unde et p philipum qui predicavit vbm dni in samaria no impo
nebatur ma sed apli qui erant Iherusalem audito q samaria recepit vbm dni miserunt ad
eos petrum et Iohanne Et pga se Tunc imponebat manus sup illos Cu vero cu epi succedat
debat in locu dr aplorum ipis debetur collacio sacri confirmacionis Invenim tn q aliqua que
in quada pfectione hois constituunt ex dispensacion committunt simplicibus sacerdotibus sic collacio
minorum ordinu et huiusmodi quod ecia de confirmacion fieri posset cu dispensacion sine q no debet
confe sacm nisi solus epus Ad pm ergo dd q no oia sacra i quibus confertur gra spualis
pt confe sacerdos Unde licet in sacro confirmacionis conferatur gra spualis no tn compent sacerdoti
quia eodo in sacro ordinis confertur gra spualis que reservatur solis epis propt pfectoz in qua
constituit ex eodo confirmacio Nec obstat de impedimento quia pnt recurre ad ciuitates in quibus se
epi pntes et p hec pz solo Ad 2m Ad 3m dd q sacm bapmi e maius necitate no pfectioe
et io propt eius necitate no solu sacerdotes sed ecia quilibet xanus pt bapzare in casu necitatis
obvia no het copia sacerdotu quanta multo for sacri Confirmacio vo quia no e adeo
necia et constituit i quada pfectione ut dictu e maioribus reservatur s. solis epis q viij

C Irca sacrm Euke questa sut duo pmo de illis qui excludunt a consecracion p forni
cacionem 2o de illis qui excludunt a participacione sacri p excomunicacioz Circa pmu querit
utru aliquis posset audire missa sacerdotis fornicarii qui peccat mortaliter Vi q no possit audire
sine pecco mortali Ecclia em precepit sub anathemate q nullus audiat missa a sacerdote

Inducens ad peccatum mortale est mortale

Formicario / sed facere contra huiusmodi mandatum est peccatum mortale ergo etc. Contra est quod in multis locis per totum mundum sustinetur. Responsio dicendum quod tamen hoc est considerandum quod ad quem ad ius naturale est per se ma-
lum et ad est malum quem ad ius positivum / Quicumque enim sacerdos in peccato mortali existens celebrat
peccat mortaliter / Unde si consuetus in eum esse in peccato mortali et inducere eum ad celebrandum peccare mortaliter
/ et hoc secundum ipsum ius naturale / quia hoc quod est provocare eum ad peccatum mortale est peccatum mortale / Ius autem
positivum addit plus quod non solum si inducam eum ad celebrandum / sed etiam si audio eius missam pecco mortaliter
/ Et illud quod constitutum est in penam sacerdotis formicarii / Attendendum tamen est quod hoc non intelligitur de
quolibet sacerdote formicario / sed de publicis formicariis qui quippe dicuntur publici / quos inditio et fama
ecclesie vocantur publici / Unde quicumque a tali formicario publico audit missam peccat mortaliter / Ad illud
quod obicitur dicendum quod si sustinetur a prelatis propter hoc non excusatur / quia hoc est propter negligentiam
/ vel propter miseriam et defectum ipsorum prelatorum qui non sunt ausi corrigere aliquos cum in se multa
corrigenda cognoscant / vel etiam aliquando propter timorem / unde non excusatur propter hoc. q. vi.

Circa sextum queritur sic / utrum aliquis loquendo communicando sive studendo cum excommunicatis peccet mortaliter.
Videtur quod sic quia multi magistri doctores et magni dicunt. Item facere contra preceptum ecclesie est peccatum mortale
sed ecclesia mandat quod nullus loquatur vel comedat cum excommunicatis / ergo qui hoc facit peccat mortaliter. Item
quedam decretalis dicit ubi consulebatur summus pontifex utrum posset participare excommunicatis / quia etiam
hoc pro vitando dispendio mortis non debet facere / et huius assignat causam dicens quia est peccatum
mortale / ergo videtur quod quicumque in aliquo cum eis participat peccat mortaliter. Contra quod nos videmus multos per-
fectionis viros hoc facientes qui nullo modo hoc facerent si esset peccatum mortale. Responsio dicendum quod aliquis per excommunicationem
separatur a communione hominum magis contingit separari a communione fidelium / Dico ergo quod aliquis potest communicare seu
participare cum excommunicato directe et indirecte / Directe quidem in his que sunt fidei / et ille qui sic modo
communicat semper peccat mortaliter / et sic communicant tempore / quia si communicet secum in divinis sicut si orem cum eo / vel
audiam missam cum eo et in aliis spiritualibus / Item si ex contemptu et hoc in quocumque casu communicat quis
cum eo quia contempnens mandatum ecclesie peccat mortaliter / Item quicumque participat secum in crimine et in causa /
Indirecte vero communicat his que sunt hominis sicut in verbo in cibo et in his que sunt simpliciter humane con-
versationis / et sic hic non peccat mortaliter sed venialiter nisi faciat ex contemptu ut dictum est. Ad primum dicendum
quod opinio decretistarum non est vera quia ipsi assentiunt plus quam consequitur ius humanum quam divinum cum
plus sit assentiendum divino iuri quam humano. Et ideo melior est opinio aliorum qui dicunt contrarium. Ad
secundum dicendum quod communicare cum excommunicato directe est contra preceptum ecclesie / et est peccatum mortale / sed indirecte
non est contra sed preter preceptum ecclesie / et sic non est peccatum mortale sed veniale / Unde sciendum est quod quedam
sunt per se mala et hec non possunt fieri sine peccato / Quedam vero sunt occasio malorum tantum / et ista possunt
fieri tamen sine peccato mortali / sicut est loqui vel comedere cum excommunicatis. Ad tertium dicendum quod non solum
quis debet subire mortem antequam peccaret mortaliter / sed etiam antequam peccaret venialiter / quia peccatum minimum
peccatum magis est eligibile / Si enim eligibile magis esset peccatum / et sic non peccare si faceres / et ideo per hoc
non excluditur quin ideo non sit participandum cum eis / quia est peccatum mortale / et qui facit sic mortaliter peccat
/ sed quia etiam si esset veniale non esset participandum eis / et tamen non peccaret mortaliter participando. Vel
dicendum quod decretalis intelligitur de illis qui directe communicant excommunicatis q. vii.

Eligibilius est mori quam peccare etiam venialiter

Circa sacramentum matrimonii quesita sunt duo / primo de maleficiis / secundo de frigidis / Circa primum queritur
an totum maleficium impediat matrimonium / videtur quod non opus dei est fortius quam dyaboli / sed matrimonium
est opus dei / maleficium vero opus dyaboli / ergo matrimonium est fortius maleficio non ergo impeditur per
ipsum. Contra maior est potestas demonis quam potestas hominis / sed homo potest matrimonium impedire / ergo et demon.
Responsio dicendum quod matrimonium est quasi quoddam pactum / unusquisque per matrimonium unus tradit potestatem sui corporis alteri
ad carnalem copulam / Constat autem quod pactum de impossibili nullum est / cum nullus se possit obligare
ad impossibile / et ideo quando aliquis obligat se per matrimonium ad carnalem copulam / si hoc sit ei impossibile
matrimonium nullum est. Sed notandum est quod impossibilitas carnalis copule ex aliquo impedimento proveniens
potest dupliciter considerari / quia vel illud impedimentum est superveniens matrimonio iam consumato / vel precedens
/ Si est superveniens tunc matrimonium iam consumatum nunquam solvitur / Item etiam hoc sciendum quod impedimenta
huiusmodi / vel sunt perpetua vel ad tempus / Si sunt perpetua tunc matrimonium id semper impedit / Si vero
sunt temporalia seu temporanea tunc matrimonium non impeditur semper sed ad tempus / ita tamen quod impedimentum
utrumque si precedat. De maleficiis autem sciendum est quod quidam dixerunt quod maleficium nihil est / et hic
proveniebat ex infidelitate / quia volebant quod demones non sunt nisi in ymaginatione hominum ipsum

s homines ymaginabatur eos et ex ista ymaginacione talis ledebatur / Fides vero katholica vult quod
demones sunt aliquid et per nocere suis operibus et impedire carnalem copulam / et ideo huiusmodi
impeditum sic perdat et sit perpetua ut dictum est semper impedit matrimonium / Ad primum ergo dicendum quod licet
naturalis est opus dei et non solum matrimonium / et inter opera dei unum est forcius alio et unum impeditur
per aliud magis forte / Unde cum naturalis sit forcior quam matrimonium / nichil prohibet per ipsum
Q*Ueritur* secundum quesitum est / utrum frigiditas impediat matrimonium / matrimonium impediri q xi
Videtur quod non quia senes sunt frigidi et contrahunt matrimonium / In contrarium est quod nullus obligat
se ad impossibile / sed impossibile est frigidis carnaliter alicui commisceri copulari / ergo sic ad hec obli-
gant se pactum huiusmodi nullum est / Respondeo dicendum quod frigiditas eadem racione impedit matrimonium sicut ma-
leficium / cum sit eadem impotencia ex utroque. Inter illos tamen dicuntur frigidus et maleficiatus / Frigidus enim
est impotens semper quantum ad omnes / maleficiatus vero impotens quidem est / non tamen quo ad omnes / sed quo
ad unam tantum / Nam maleficium consistit in ymaginacione viri respectu unius mulieris / cuius ipsum sic ex operacione
demonis fit illi abhominacio alicuius mulieris quam pro horrore refugit et respuit / et ideo aliter impedit
frigiditas et aliter maleficium / Nam frigiditas impedit aliquem ita quod oporteat quod remaneat absque
omni spe contrahendi si ab una impediatur / unde sic aliquis effectus potens reintegre sit matrimonium
Unde frigiditas solvit contractum et impedit contrahendum / Maleficium vero impeditur quantum ad istam tantum / unde
datur ei licencia nubendi alteri et mulieri similiter / unde solvit contractum / sed non dirimit contrahendum ut
ita patet / Ad primum ergo dicendum quod senes sunt frigidi / et non quidem ad actum generacionis / sed ad generacionem prolis
et ideo cum possunt carnaliter copulari non solvitur matrimonium / Frigiditas vero que omnino carnalem copulam
Q*Ueritur* consequenter vero humane vite / quesitum sit / impedit solvit matrimonium xii
quedam per comparacionem ad proximum / quedam per comparacionem ad res que in usum hominum veniunt / Per
comparacionem vero ad proximum quesitum est de correpcione fraterna / Circa hoc duo queruntur / Primo utrum debeat
quis in publico vel in privato corripere fratrem suum vel proximum / videtur quod occulte secundum illud Mt 18 Si peccaverit
in te frater tuus vade et corripe eum inter te et ipsum solum / videtur ergo quod occulte sit corrigendus frater
delinquens / Contra Thimotheum dicitur peccantem coram omnibus argue / Item communiter consuetudo hoc habet ut sic publice
corrigatur / Respondeo dicendum quod huiusmodi correctio ex caritate debet procedere et inde est quod dicitur fraterna correctio / et
ideo ordine fraterne correctionis sumere secundum ordinem caritatis / Ordo autem caritatis est ut quis bono proximi
preferat quam bonum / Item ut velit bonum proximi et consciencie et fame / et horum velit magis bonum consciencie
quam utrumque haberi non potest / Et ideo his consideratis / credo quod si esset aliquod peccatum carnale seu
spirituale quod vergit in detrimentum multorum / statim est revelandum / cum preponderet bonum commune in ordine
caritatis prout dictum est bono proximi / sive sit fame sive consciencie / Ubi vero non timetur multorum detri-
mentum tunc debet quis utrumque custodire scilicet bonum fame et consciencie / corrigendo inter se et ipsum / Si autem
ex hoc correctio non sequatur / tunc secundum ordinem caritatis debet secum adhibere alium vel etiam testes etiam
multos tamen et in hoc servandus est ordo ut si peccatum sit publicum publice corrigatur / si vero occultum
occulte / et ideo dicitur Si peccaverit in te frater tuus id est te sciente solum hoc quantum ad occultum
quantum vero ad publicum dicitur peccantem scilicet publice coram omnibus argue / et per hoc patet solucio ad primum
consequenter patet / Ad aliud vero dicendum quod id de constitucionibus ordinatum est et servari debet in his que ver-
gunt in periculum et detrimentum societatis et collegii xiii q
S*Ecundo* queritur utrum si aliquis sciat peccatum proximi peccet mortaliter revelando id statim prelato suo
videtur quod sic quia facere contra ordinem caritatis est peccatum mortale / sed statim revelare prelato est contra ordinem
caritatis ergo peccat mortaliter / Contra est quod hoc faciunt multi viri perfecti / qui nullo modo hoc facerent si esset
peccatum mortale / Item prelati possunt non solum de preteritis / sed etiam de futuris prebere cautelam / et ideo si eis
revelatur non videtur esse peccatum mortale / Respondeo dicendum quod verum dicitur quod dicit Mt 18 de correctione fraterna
est intelligendum sicut alia verba que dicit pertinere ad humanos actus / sicut quod servari debet secundum quod dependet a caritate
/ Et ideo dico quod sic cum debitis circumstanciis intelligenda sunt / Sciendum est autem quod in criminibus triplex
procedere secundum iura / Primo per inquisicionem et hec est in peccatis publicis et non debet fieri nisi precedat clamor con-
gregacionis / Item per denunciacionem et per accusacionem et hec est in privatis / Si autem procedatur per accu-
sacionem tunc debet fieri inscripcio qua obligatur accusator ad talionem / et hoc intenditur ut finis
bonum reipublice / Unde hoc potest fieri secundum voluntatem sive publice sive privatim / Si autem procedatur
per denunciacionem / tunc debet precedere fraterna amonicio quod huiusmodi finis est emendacio proximi

et ideo dicitur fuari ordo fraterne correctionis / Utrum autem statim cum quis scit fratrem suum peccasse
debeat denuntiare prelato dico quod in hiis distinctio est de conditionibus subditi et prelati / si tamen
scio quod frater per me corrigetur tunc non debeo hec denuntiare prelato / Si autem videtur quod hoc melius
fiat per prelatum et prelatus nichil sit prius discretus et spiritualis non habens rancorem sive odium
adversus illum subditum / tunc licite potest hoc denuntiare et tunc non dicitur ecclesie et quia non dicitur ei sicut
prelato sed sicut persone proficienti ad correctionem proximi et emendationem / Sed quia propter conditiones
diversas prelatorum et subditorum non potest in hoc dari generale iudicium quia aliquis prelatus vertitur in odium
adversus subditum vel subditus non bene fert verba prelati ideo tenendum est hoc pro regula quod in omnibus istis
semper servanda est caritas et quod melius et magis expedire videtur et si homo intendat emendam si proximi
fuerit quantum potest bona talis tunc denuntiando non peccat / Si vero denuntiet cuicumque persone hoc ex malitia
et ut proximum confundatur vel deprimatur tunc denuntians sive accusans peccat mortaliter Ad primum ergo dicendum
quod si statim autem referat prelato adhibens debitas circumstantias et considerans id quod videtur magis expedire
non facit contra preceptum evangelii quia non dicitur hoc ecclesie sed persone proficienti ut dictum est et ideo non peccat
mortaliter Ad secundum dicendum quod etsi perfecti viri peccaret mortaliter si denuntiando prelato vel alii persone inten-
deret ad quod est contra intentionem precepti Ad tertium dicendum quod si autem referret prelato culpam proximi intendens
vel cautelam in futurum vel aliquid huiusmodi quod ad emendam proximi videtur expedire non peccat Si autem
dixerit hoc sive prelato sive alii amico suo ex malitia tunc peccat mortaliter quod si ex cautela alicui
dixerit hoc ita tamen quod non veniat inde aliquid vel infamie vel iniurie proximi delinquenti tunc non peccat
mortaliter licet in caritate non agat

Quodlibetum xi

Quesitum est de rebus que sunt supra homines et de rebus humanis / Circa primum quesitum est de deo
de angelis de celo / Circa primum quesitum est de deo ~~utrum in deo sit tantum unum esse~~ secundum essentiale
quantum ad suum esse secundo quantum ad suam potentiam / tertium ad eius predestinationem / Circa primum quesitum est utrum
in deo sit tantum unum esse secundum essentiale vel preter id sit in deo esse personale / Et videtur quod sic quia aliud est
patrem esse / aliud filium esse / aliud spiritum sanctum esse / sed esse essentiale non est aliud et aliud ergo etc. Sed contra
forme est quod dat esse sed in divinis sunt tres proprietates personales que obtinent vicem forme / ergo etc.
Contra Augustinus dicit In divinis tantum est unum esse Respondeo dicendum quod veritas fidei habet quod in divinis solum est
distinctio que est secundum relationes oppositas / Relatio autem sic et quelibet forma habet esse ex comparatione ad
aliud cui inest / Unde et esse filiationis est per comparationem ad subiectum cui inest / Relatio autem in divinis
non distinguitur ab hoc cui inest quia est ipsa res que refertur sed distinguitur solum ex parte eius cui opponitur
et ex hac parte non competit esse relationis sed distinctio et oppositio eius / et ideo est in deo unum tantum
esse secundum essentiale Ad primum ergo dicendum quod esse dicitur dupliciter / quandoque enim esse idem est quod actus entis / quandoque autem
significat compositionem enuntiationis / et sic est actum intellectus quo intellectus intelligit / Dicitur ergo quod aliud est
esse patris et aliud filii non est esse accipiendo secundo modo Ad secundum dicendum quod sic et quelibet forma pervitas
absolute facit esse secundum patrem quod est divinum esse facit tantum unum esse ipsum persone facit esse q[uestio] ii

Deinde quesitum est de potentia dei / et primo utrum deus possit facere duo contradictoria simul esse / Secundo
utrum possit facere infinita in actu Respondeo Ad primum dicendum quod non et hoc non importat in deo
imperfectionem potentie quia hoc non habet rationem possibilis / Nam omnis virtus activa producit actum plenum
simile ei quod agit in quantum est ens actu / ergo effectus agentis est ens actu / quicumque ergo repu-
gnat ei quod est actu repugnat potentie active quod esset si contraria simul essent q[uestio] iii

Hic enim dicendum quod esse aliquid infinitum actu posset suspicari ex primo aspectu quod esset impossibile per se
id esse equale deo / sed hoc non sequitur quia ei quod est infinitum omnibus modis non adequatur
id quod est infinitum uno modo / dato enim quod esset ignis infinitus secundum magnitudinem non adequaretur deo /
quia si sit infinitus ignis in quantitate tamen est quid finitum specie / Deus autem omnibus modis est infinitus
/ Cum ergo queritur utrum sit possibile deo facere aliquid infinitum in actu Dicendum quod non / potentie enim agentis per
intellectum aliquid repugnat dupliciter Uno modo quia repugnat potentie eius / Alio modo quia repugnat modo quo
agit / Primo modo non repugnat potentie dei absolute quia non implicat contradictionem / sed si consideretur modus quo deus
agit non est possibile / Deus enim agit per suum intellectum et per verbum quod est forma tamen omnium / Unde oportet quod
omnia que agit sint formata / sed infinitum autem accipitur ut materia sine forma / Nam infinitum se tenet ex parte
materie Si ergo deus hoc ageret sequeretur quod opus dei esset aliquid informe et hoc repugnat ei per quod agit
et modo agendi quia per verbum suum omnia agit quo omnia formantur iiii q[uestio]

Deinde quesitum est de predestinatione utrum sit certa Et videtur quod non quia possibile est predestinatum damnari

Sicut petrus si fuisset tunc statim mortuus qui peccauit xpm negando / Si vero dicatur / ergo locutio
de deo est vera / de re vero non / Contra quia hoc habet locum in formis separabilibus sed hec forma que
est predestinacio est inseparabilis / Ad 2ᵐ dicendum quod predestinacio est quedam pars diuine prouidencie / prouidencia
autem dicit direccionem aliquorum in finem / et hec presupponit scienciam et voluntatem / Sic ergo predestinacio habet cer-
titudinem ex parte sciencie dei que non potest falli / et ex parte diuine voluntatis cui non potest aliquis resistere et
ex parte prouidencie / que certissimo modo ducit ad finem / cum deus sit sapientissimus / Ad primum ergo
dicendum quod predestinacio habet certitudinem et tamen non est necessarium predestinatum saluari sed remanet contingens /
Dictum est enim quod habet certitudinem ex sua voluntate et prouidencia et nullum illorum contingenciam impedit
/ Sciencia non / quia sciencia dei est futurorum prout sunt in presenti / et sic hoc sunt determinata / voluntas non quia
voluntas dei est principium totius entis / ergo non cadit sub racione contingencie vel necessitatis / sed hec effluunt
et ordinantur ex dei voluntate / et ipsa dei voluntas facit quedam esse contingencia preparando causas contingentes / et ali-
qua necessaria tamquam rebus ex effectibus necessariis / Sicut ergo voluntas dei semper impletur / non tamen necessario euenit
sed eo modo quo vult ea esse / et vult quod sint contingencia / prouidencia non quia non tollit contingenciam
Ad 3ᵐ dicendum quod hec est distinctio / Sed ad obiectum de formis dicendum quod aliter est de formis realibus
et aliter de hiis que important ad pertinens ad actum racionis / quia in primis sicut in eis dicatur hec locucio
distinctio / oportet inesse sepecionem in re et in consideratione / in secundis non requiritur / sed oportet quod res iam cadat
sub hac consideracione / etc. dico quod iste predestinatus potest considerari / vel ut in se / vel diuine cognicioni relatus
etc. Secundo / attribuitur ei quod possit dampnari / Alio modo non ~~Ad 2ᵐ dicendum quod patet ex predictis~~
Deinde quesitum est de fato utrum omnia subsint fato / Ad 2ᵐ dicendum quod patet ex predictis quid sit fatum
et ex post hoc facilius patebit propositum / Videmus autem multa contingenter euenire / et ideo fuit olim
dubium utrum ista que variantur et modo contingunt reducantur in aliquam causam ordinatam / Alii dixerunt
fatum nichil esse ut Tullius dicit / Quidam autem dicunt quod in aliquam causam superiorem reducuntur / et isti nominant
fatum a for faris / quia hec omnia sunt prefata a aliqua superiori causa / sed horum est multiplex opinio / Quidam
enim reduxerunt hoc in quandam seriem causarum quam dicunt fatum sicut stoyci qui dicunt quod nichil est quod non
habeat causam / et posita causa necesse est poni effectum / Si ergo euenit / vel talis effectus huius causa / et hec
cum alia causa et deinceps / sicut qui est occisus de nocte / quia exiuit domum / quare exiuit domum / quia
sitiuit / quare hoc quia salsa comedit / etc. quia salsa comedit ex necessitate moritur / Aristoteles videtur
negans duo prima / primo quod non quicquid fit habet causam / sed tamen quod fit per se / Et autem ego occidar me
exeunte est per accidens / Secundo dicit quod non posita causa ponitur effectus / quia potest impediri / et ideo non sequitur
vel non stat series causarum / Alii reducunt hoc in aliam causam / scilicet in corpora celestia / ex quorum necessitate
dicunt omnia accidere / unde dicunt quod fatum nichil aliud est quam vis posicionis syderum / Hec autem opinio
duplex est falsa / Primo quantum ad humanas que proueniunt ab intellectu / qui cum sit virtus incorporea non
subiacet accioni alicuius corporis / Item ponere causam subiacere virtuti corporum celestium nichil aliud est quam
ponere intellectum non differre a sensu / ut dicit philosophus in 3 de anima in fine / tamen per accidens et occasionaliter subduntur
quia cum celo corpori intellectus assistit per partem corporis / non tamen ex necessitate mouetur ab eo / Secundo quia multa in rebus
naturalibus contingunt que non accidunt ex necessitate celi / sed per accidens / et hec non habent causam / Alii reducunt hoc in a-
liam causam supercelestem / scilicet in prouidenciam dei a quo omnia sunt predestinata et ordinata / et secundum istos erit fatum
quidam effectus diuine prouidencie / quia prouidencia nichil aliud est quam racio ordinis rerum prout est in mente
diuina / fatum vero est explicacio illius ordinis prout est in rebus / unde dicit Boecius fatum est inmobilis
disposicio rebus mobilibus inherens / Sic ergo accipiendo fatum potest dici quod omnia subiciuntur fato / non
tamen est sic dicendum propter suspicionem huius nominis fati quo utuntur gentes in suis erroribus / unde dicit Ozee
2° super id Non vocabis me ultra Baalim sed vir meus quod idem est utrumque / sed deus noluit hoc
quia Baalim non erat cuiusdam ydoli gentilium / et ideo sunt vitanda nomina gentilium cum quibus
nec conuenit nomina habere quedam / Et ideo Augustinus dicit si quis hoc modo intelligit fatum sentenciam teneat / linguam
corrigat ut non dicat fatum sed prouidenciam dei
Deinde quesitum est de angelis / Et circa hoc quesita sunt duo / primo utrum esse angeli sit
actus eius / Et videtur quod non / quia actus intelligere inesse actum perfectum / angelus autem non perficit
sibi esse / Contra Hilarius dicit 12° Ad 2ᵐ dicendum quod opinio Auicenne fuit quod unum et ens semper predicant accidens
/ hoc autem non est verum / quia unum prout conuertitur cum ente significat substanciam rei et similiter ens / sed unum
prout est principium numeri significat accidens / Ad 3ᵐ ergo quod unum quod est in potencia et in actu sit / fit actu
per hoc quod participat actum superiorem / per hoc autem ad maxime fit actu quod participat

Per similitudinem primi puri actus / primus autem actus est esse subsistens per se solum / unde complementum
unumquodque recipit per hoc quod participat esse / unde esse est complementum omnis forme / quia unumquodque
per hoc completur quod habet esse et habet esse cum est actu / et nulla forma est nisi per esse / et dico quod esse
substantiale rei non est actus / sed actualitas cuiuslibet forme existentis sine materia seu cum materia / Et quia est
complementum omnium inde est quod proprius effectus dei est esse et nulla causa dat esse nisi inquantum participat
operationem divinam / et proprie loquendo non est actus et hoc hilarius / Et dico autem actus large omne quod
non est pars essentie et esse in rebus creatis quia in solo deo esse est eius essentia VII q.
Secundo quesitum est utrum dyabolus cognoscat cogitationes hominum / Dicendum quod cognoscere cogitationes
cordium potest contingere dupliciter in se et per se / et in aliquo effectu / primo modo solius dei est Ieremie XV Pravum
est cor hominis et inscrutabile / unde nec angeli possunt eas cognoscere / Cuius ratio est triplex una propter
debilitatem esse quod habent / eo quod supra gradum quo aliquid est ens in potentia est gradus quo res sunt in anima /
Alia ratio est quia quod est in virtute esse alicuius / non potest cognosci nisi a causa / que nata est movere illam
voluntatem autem movet solus deus / Cum ergo cogitationes dependent a voluntate sicut a sua causa / solus deus
eas cognoscit / Alia ratio est quia angeli ea que cognoscunt per species naturaliter inditas cognoscunt / et
hec sunt species rerum naturalium non autem cogitationum / quia hec non reducuntur ad causam naturalem / vel non
pertinet ad cognitionem naturalium / Cum per effectum cogitationum / cognoscunt cogitationes / sicut et homo facit /
tamen ipsi subtilius cognoscunt effectus qui causantur ex cogitationibus / Nam si cogitationes hominis afficiuntur
aliqua pavore / et per has movetur cor / et hos motus ipsi subtilius cognoscunt quam nos / et ad cognoscendum
de cogitationibus cordium / Et hoc augustinus dicit in libro de divinationibus demonum licet alibi dicat quod determinare
in eis talem cognitionem sit presumptuosum q. VIII
Deinde quesitum est de celo Et inde hoc quesita fuerunt duo primo utrum celum et mundus sint eterni
Dicendum quod non sed mundum incepisse est de numero eorum que traduntur sub fide non demonstrative que
dependent ex simplici voluntate dei et potuit esse et non esse et ad hoc quod sint non inducit aliqua necessitas ex
parte dei divina autem bonitas que est finis rerum potest ita esse si non sit mundus sicut si sit q. IX
Deinde quesitum est utrum celum sit animatum / Dicendum quod de hoc diversimode senciunt doctores
ecclesie / Dicit enim Ieronimus super Ecclesiasten quod sol est animatus / Damascenus hoc negat / Et hec diversitas etiam est
apud philosophos / Plato enim et aristoteles ponunt corpora supercelestia animata esse / Anaxagoras non / et ideo legitur
fuisse occisus / Ego autem dico secundum augustinum II° super genesim ad litteram quod non refert ad fidem / utrum sic
sit vel aliter sit / unde hoc non determinat in Enchiridion addens quod si ponamus corpora supercelestia
esse animata non ideo erunt in universo tres ordines intellectorum scilicet angelorum hominum et animarum / quia
ille anime computabuntur cum angelis et hoc sensisse videtur ille qui fecit symbolum cum dixit Celi
Deinde quesitum est de homine quantum ad naturam et quantum ad graciam / celorum et virtutes
et quantum ad culpam / Circa primum quesita sunt tria / primo quantum ad animam / secundo de cognitione anime
Tercio de effectu cognitionis / Circa animam quesitum est primo utrum anima perficiat corpus immediate
vel mediante corporeitate / Dicendum dicendum quod in nullo corpore est nisi una forma substantialis / Cuius
ratio est triplex / prima est quia si plures / sequens non erit forma substantialis que facit esse simpliciter
sed solum accidentalis que facit esse hoc / Item si sit acquisitio forme substantialis non erit generatio simpliciter
Tercia quia sic / non esset compositum ex anima et corpore unum simpliciter / sed duo simpliciter et unum
secundum quid / Si dicatur / corporeitas est forma corporis / Dicendum corporeitas dicitur dupliciter / quandoque tres dimen-
siones / et hoc non est forma substantialis sed accidentalis / Alio modo dicitur quedam forma ex qua proveniunt trina
dimensio / et hec non est alia a forma specifica. q. XI
Secundo queritur utrum anima sit ex traduce / Dicendum dicendum quod augustinus hanc questionem non determinat
sed indeterminatam relinquit in libro de ecclesiasticis dogmatibus sed ille liber non est augustini sed
Gennadii / Gregorius etiam non audet eam determinare / Credendum est tamen quod non / Et est una ratio
philosophi de animalibus / quia impossibile est quod virtus corporea producat id quod excedit corpus / Virtus
autem seminis est virtus corporea / Alia ratio est VII methaphysice quod quidam posuerunt quod forme naturales sunt
ex creatione / Cum enim materia aeris recipit formam ignis / aut creatur / et est causatio / aut non / ergo
fit denovo non ex aliquo sed de nichilo / ergo creatur / Solvit philosophus quod forma non fit sicut nec
ens vel esse habens per se / sed fit compositum / quod habet esse subsistens / Si ergo esset aliqua forma que
per se subsistat illa habet per se fieri / anima autem per se habet esse subsistens et remanet corrupto
corpore / et ita oportet quod habeat tamen aliam suam fieri

Deinde quesitum est de cognitione hominis. Utrum intellectus humanus cognoscit singularia. Respondeo dicendum XI
quod ad cognoscatur dupliciter directe et indirecte. secundum per reflexionem cogniti in cognoscente. et hoc est in
intellectu nostro per abstractionem a conditionibus individuantibus et a materia. et ideo cum recta cognitio fit per speciem
ideo non cognoscit directe nisi universale. Intellectus autem divinus cognoscit non per similitudine a re acceptam sed
per extensionem sue essentie ad res et hec similitudo secundum divina essentia in deo est omnium que sunt in re expressa
similitudo. et ideo directe cognoscit quicquid est in re. et quod pertinet ad materiam individualem. Sed queritur
ulterius si seperatus intellectus etiam cognoscit que sunt in materia dicitur quod sic quod hoc cognoscit et similiter
anima formas separatas cognoscit intellectu et quiditative per ymaginatorem aliquod per extensionem in
qua ymaginatur fantasie que recipiuntur quasi fantasmata. etc indirecte cognoscit. XII

Deinde quesitum est de effectu cognitionis. Et primo utrum habitus scientie acquisite remaneat
post hanc vitam. Respondeo dicendum quod circa hoc est duplex opinio. Quidam dicunt quod non. sequentes
Avicennam in 6to naturalium quod species acquisite non remaneant in intellectu possibili nisi quamdiu actu intelligit
quod est falsum. Nam intellectus possibilis recipit species et retinet secundum modum suum unde cum ipse sit immobilis
utpote immaterialis incorporalis recipit species intelligibiles secundum modum suum. et numquam inde recedat. ita quod sunt
ibi etiam dum actu non intelligit sed habitu. et sic dico quod remanent sive in dampnatis sive in bonis
secundum destruuntur habitus scientiarum quantum ad modum scientie. quia hic species intellectus convertendo se ad fantasmata propter corpus
et solum propter hoc fantasmatibus indiget secundum ad utendum huiusmodi speciebus. et iste modus non erit tunc. quia

Secundo queritur utrum verba humana habeant virtutem ad movendum bestias. Non convertet se ad fantasmata XIII
puta serpentes. Respondeo dicendum quod aliqua habent virtutes aliquas et secundum propriam naturam. et secundum virtutem superiorum
nature. verbi gratia mixtum ex elementis habet virtutem ex natura elementorum secundum motum predominantis elementi. aliqua habent ex corpore celesti
sicut quod adamas attrahat ferrum. quod non reducitur in virtutem elementorum. aliqui vero dicunt quod non solum natu=
ralia corpora sed artificialia sortiuntur virtutes aliquas ex impressione corporum celestium puta ymagines
vel figure sub certa constellacione facte. et si hoc est verum. secundum quod super artificia sit huiusmodi virtus impressa. potest
etiam dici quod verba prolata in certo tempore habeant efficaciam modicam. sed hec non est verum. Nam in rebus natu=
ralibus omnia que habent aliquam virtutem ex corpore celesti habent illam quantum aliquam formam. unde nichil agit
ad speciem nisi ex virtute corporis celestis. etc forte est prius in unoquoque quam virtus ad illa. Remoto ergo porro
remotius positius. si vero huiusmodi virtutes attribuuntur aliquibus quod radientur super figuras aliquas. figure autem
artificiales non sunt nisi figure quedam. et ideo falsum est quod verba et huiusmodi virtutes aliquam habeant ex corpore celesti astrologi
Sed si habent aliquam hoc habent ex spiritu immundo qui immisceat se verbis hominum ut decipiat. secundum Augustinum
non alia virtute verbis fabulosis facit. et demones quibus ad illudendum homines se immiscent. unde omnia
ista frivola et supersticiosa sunt et ymagines astronomice. quibus et si non assit aliqua expressa
invocatio demonum tamen est ibi quidam tacitus consensus. tamen si aliquis dicat verba dei et sacra sine immutatione
et fraude sed bona et divina intencione. non est incantacio sed oracio. Crisostomus tamen super Mattheum ubi dilatant
filacteria sua etc reprehendit illos qui collo verba ewangelii suspendunt. cum virtus ewangelii non sit in
figuris litterarum sed in fide. Non tamen dampno illos qui super se gerunt ewangelium ex devocione. quia beata
Cecilia ewangelium Christi semper gerebat in pectore. sine tamen aliqua addicione vel verborum vel caracterum vel

Deinde quesitum est de homine quantum ad gratiam. Et circa hoc queruntur tria. Lectorum suspectorum
primo de sacramentis. 2o de virtutibus. 3o de officiis. De primo tria sunt quesita. primo de sacramentis quantum
2o de efficacia sacramentorum. 3o de unitate ecclesie. De sacramentis ecclesie querebantur duo. primo de baptismo
2o de penitentia. De primo queritur utrum aqua habeat virtutem ad emundandum. et utrum propriam virtutem videlicet
vel virtutem gratuitatem. Respondeo dicendum quod duplex est opinio in huiusmodi non solum de aqua. sed etiam de omnibus ecclesie
sacramentis. Quidam enim dicunt quod sacramenta non habent virtutem vel vim operandi in anima. sed tamen exemplant et
divina virtus comitatur sit illum effectum. Et inducunt exemplum Bernardi. sicut aliquis episcopus qui investiat aliquem
de prebenda per anulum. Anulus autem non est causa prebende. sed signum. Sed hoc non est sane dictum. quia sic
non esset aliqua prerogativa sacramentorum nove legis ad veterem. quia etiam in 1a lege circumcisio fides
credencium in Christum venturum iustificabat. Et ideo dicendum quod sacramenta habent in se virtutem iustificandi et ad
aliquos ordinantur effectus. ad quos se habent non solum quod sint signum. Secundum Augustinum Que tanta virtus
aque ut corpus tangat et cor abluat. Verum tamen quod duplex est virtus. secundum propria et instrumentalis sicut patet
in serra. sic et sacramenta habent virtutem instrumentalem ad spiritualem effectum. quia cum sacramentum adhibetur

Adhibetur tum intentione / utrum d(omi)na effectum habuit effectum et hoc est omnes quia virtutem per quod omnia sacra
virtute habent / habuit carnem / et fuit verbum dei / et sic caro christi habuit virtutem instrumentalem ad faciendum mira-
cula propter quod ad verbum sic sacra per quem ad christum crucifixum et passum q(uestio) xvi.

Deinde quesitum est de penitentia / et primo utrum non habens curam animarum possit absolvere in foro conscientie
R(espo)n(de)o quod aliter est in sacramento penitentie / et aliter in quibusdam aliis sacramentis / nam in quibusdam quod habet or-
dinem potest ex hoc ipso inducere effectum sacramenti in omni casu / sicut in illis in quibus id quod est effectus sacramenti
est res extrinseca sacramentum / unde sacerdos degradatus et excommunicatus licet peccet tamen consecrat et baptisat
et simpliciter episcopus consecrat quia confert caracterem. In penitentia autem non imprimitur caracter sed effectus
et iustificatio penitentis quod non potest fieri nisi per potestatem in diocesana / Non habens autem curam animarum non habet
Secundo queritur utrum liceat in aliquo casu revelare confessionem R(espo)n(de)o dicendum quod non hanc potestatem
Sed nec verbo nec nutu / nec aliquo signo / et facere contrarium est sacrilegium / nam ita est in sacramentis nove
legis quod hoc solum efficiunt quod figurant / effectus autem penitentie est occultatio criminum ab oculis divinis et
hec occultatio figuratur per secretum confessionis / et ideo sicut qui pharmacat sacramentum quod conficitur corporis et sanguinis
christi de alio quam de pane et vino ita esset revelans sacrilegus · Q(uestio) xviii.
Tertio queritur utrum liceat appetere episcopatum / R(espo)n(de)o dicendum quod contingit appetere prelationem duplex aut pro-
pter necessitatem urgentem aut non urgentem / primo duplex / vel quia imponitur a superiori / vel quia non invenitur
alius qui velit onus prelationis subire et tunc necessitate existente meritorium est appetere / unde Ysaye 6
Quem mittam et quis ibit etc. R(espo)n(de)o Ecce ego mitte me / cum ante dixit se indignum / Secundo si quod
non urget necessitas / sic non licet / quia non potest carere a vitio iniustitie si velit se minorem preesse maio-
ribus / aut vitio presumptionis si putet se sufficientem preesse aliis / unde dicit / presumptionis etiam
preesse nec est iustum nec utile super id Reges gentium dominantur eorum xix

Deinde quesitum est de effectu sacramentorum / utrum compaternitas nascatur ex preambulis ad sacra / puta
ex cathecismo et huiusmodi / et videtur quod sic dicit enim quedam decretalis quod a primo preambulo sal non
potest fieri uxor ergo contrahitur ibi compaternitas. Cathecismus censetur christianus / sed qui dat christiano baptismum
efficitur compater ergo etc. R(espo)n(de)o quidam dicunt quod omnia ista sacra sufficiunt ad causandam compaternitatem
Quidam dicunt quod solum contrahitur quando ad tria / scilicet in cathecismo et confirmatione et baptismo / Sed
michi videtur quod solum contrahitur ex duobus scilicet in baptismo et confirmatione / quia compaternitas plenitudo
quedam est paternitatis / paternitas autem non fit nisi in generatione et ideo solum in illis sacramentis / in quibus
est quedam generatio spiritualis contrahitur compaternitas que matrimonium impedit. Ad primum ergo dicendum quod ista non
sunt intelligenda sigillatim / sed sunt accipienda collective / et sic quia quod in aliquibus istis adest efficitur compater
Ad secundum dicendum quod cathecismus dicitur christianus per fidem non per baptismum que nondum suscepit / et ideo dat christianissimum
qui dat sacramentum baptismi

Deinde quesitum fuit utrum sit una ecclesia que fuit in primo tempore
apostolorum et que est modo / Et videtur quod non quia modo non utitur eisdem regulis / Tunc enim prelati
erant sine auro et argento in zonis suis ergo etc. Contra non legitur quod christus et apostoli habuit castrum non
autem etiam habet ergo etc. Contra Mathei ultimo Ecce ego vobiscum sum usque ad consumationem seculi / hoc autem
non intelligitur tamen de apostolis quia omnes mortui sunt / et adhuc seculum non est consumatum / ergo etc. R(espo)n(de)o
dicendum quod eadem est nunc ecclesia que tunc erat / et que nunc est / quia eadem est fides et eadem fidei sacra-
menta eadem auctoritas et eadem professio / unde dicit apostolus divisus est christus absit. Ad primum ergo dicendum quod
verbum autem tripliciter exponitur Hilarius et Ambrosius exponunt secundum spiritum mysticum dicentes / Nolite possidere
aurum etc. id est nichil in spiritualibus ministeriis auro vendentes / non duas tunicas id est non duplicem curam habeatis
Alii exponunt ad litteram / et una expositio est Augustini qui dicit quod ista verba non dicuntur per modum precepti
sed permissionis / ita quod qui non habuerit non peccat / et qui servat melius facit / ut sit sensus Nolite
possidere id est quod non intenditis ad conducendum ne solicitemini de expensis quia debentur vobis ex iure / Dignus
est enim operarius mercede sua q.d. ideo permitto ut non portetis quia digni estis accipere ab
aliis quibus predicatis / Sed paulus hic non habuit / et tamen quia regulam hanc non fecit / sed supererogavit
Alia expositio est aliorum sanctorum qui dicunt quod hec dicta sunt preceptive / sed hoc preceptum
datum est non ad semper servandum sed in prima missione / Misit enim eos misit scilicet ante passionem iudeis
et post resurrectionem gentibus / In prima dicit eis In viam gentium ne abieritis / In secunda dicit docete
omnes gentes / In prima mandat quod predicta servaret non autem in secunda. Et ratio huius est quia
in prima solum mittebatur ad Iudeos apud quos assuetum erat quod magistri eorum ab eis sus-

duplex missio
apostolorum

sustinerent / et ideo sine scandalo poterat accipere et uti potestate sibi concessa / apud vero gentiles
non erat consuetudo / quia apud eos non erant huiusmodi predicatores / et ideo fuisset eis scandalum et
visum fuisset eis pro questu ut apostolus predicaret / et paulus hoc preceptum non servavit in gentibus
et ideo dominus in secunda missione dixit / Nunc qui habet sacculum tollat similiter et peram / Alio enim dicendum quod Augustinus
innuit in epistola contra donatistas / et habetur super id psalmi Quare fremuerunt gentes / distinguit enim diversa
tempora ecclesie / fuit enim tempus quo astiterunt reges terre adversus christum / et in illo tempore non solum
non dabant fidelibus sed etiam eos occidebant / Aliud vero tempus est nunc quo reges intelligunt et eru-
diti serviunt domino ihesu christo in timore / et ideo in isto tempore reges sunt vasalli ecclesie / et ideo est alius
status ecclesie nunc et tunc non tamen est alia ecclesia XXI

Deinde questum est de virtutibus primo de quadam virtute intelligibili scilicet de veritate / secundo de virtutibus
moralibus / De veritate quesita sunt duo / primo de fortitudine veritatis / secundo de confessione veritatis / Circa
primum questum est / utrum veritas sit fortior inter vinum regem et mulierem / Et videtur quod vinum quia immutat maxime
hominem / Item videtur quod rex quia compellit hominem ad id quod est difficilimum scilicet ad hoc quod se exponat
periculo mortis / Item videtur quod mulier quia dominatur etiam regibus / Contra est Esdre 3 fortior est veritas / Respondeo
dicendum quod hec questio proposita est iuvenibus dissolvenda in Esdra / Statim enim quod si consideremus ista iiiior secundum se scilicet
vinum regem mulierem et veritatem non sunt comparabilia / quia non sunt unius generis / tamen si considerentur secundum com-
parationem ad aliquem effectum convenientem in unum possunt comparari / hic autem effectus in quem conveniunt et convenirent et
in quem possunt est immutatio cordis humani / Et ergo inter ista magis immutet cor hominis videndum est / Sciendum
ergo quod immutativum hominis quoddam est corporale et aliud est animale / et hoc est duplex sensibile et intellectuale / et hoc est duplex
scilicet practicum et speculativum / Inter ea autem que pertinent ad immutandum naturam secundum dispositionem corporis habet ex
cellenciam vinum quod facit per temulentiam loqui / Inter ea que pertinent ad immutandum appetitum sensitivum excellen-
tius est delectatio precipue circa venerea / et sic mulier est fortior / In practicis et in rebus humanis que possunt
ab homine fieri maximam potestatem habet rex / In speculativis summe et potissime est veritas / Nunc autem res corporales subi-
ciuntur virtutibus animalibus et vires animales intellectuales / practice subiciuntur speculativis et ideo simpliciter veritas dignior
est et excellentior et fortior XXII q

Secundo quesitum est utrum accipiens doctrinam alicuius expediat sibi iuratus non communicandi / teneatur servare iuramentum
Et videtur quod sic quia sic obligatus non debet facere ad quod vergat in detrimentum illius qui docuit
/ hoc autem esset si aliis communicaret / Contra non communicare tale experimentum potest esse contra salutem ecclesie alicuius / ergo
cum non teneatur alteri communicare sic multo minus debet alteri contrarie obligatus / Contra non communicare
salubre remedium sive quodcumque bonum est contra caritatem ergo etc. Respondeo dicendum aliter est hoc simpliciter
et aliter in casu / Simpliciter loquendo non tenetur / sed male facit iurando / Iuramentum enim non solum amittit
vim quando iuramentum est illicitum / sed iurando peccat / quia iuratum obligari debet habere iudicium iusticie
et veritatis / Sed si iuro quamquam quod licet michi facere / puta non ire ad ecclesiam / ire vel non ire licitum
sit michi licitum / tamen iuramentum imponere et animum obfirmare ad aliquod bonum non faciendum est illicitum
quia hoc est facere contra spiritum sanctum / et ideo iuramentum contra omne id quod est de genere bonorum est illicitum
et non est servandum / tamen in casu servare tenetur puta si ille vel alius sufficiens medicus presens esset et par
curare et uti illo experimento in salute corporale et sic patet solutio ad obiecta XXIII

Deinde questum est de virtutibus moralibus / Et primo de virtutibus secundum se / secundo specialiter de quodam
actu iusticie scilicet de restitutione / Circa primum questum / utrum virtutes morales sint connexe / Et
videtur quod non quia acquiruntur ex actibus qui sunt diversi et distincti / ergo potest acquiri una virtus sine alia
/ Contra Augustinus dicit / nichil contra divinam sententiam dicit ille qui dicit / quod qui habet unam non habet omnes / Et mora-
les virtutes habentur ex consuetudine que requirit tempus / Respondeo dicendum secundum omnes sanctos vel plures loquendo
de virtutibus in quantum duplex ratio assignatur a diversis secundum quod diversimode locuti sunt de virtutibus / virtutes
enim cardinales dupliciter accipiuntur ab aliquibus / Quidam enim dicunt virtutes cardinales esse quosdam modos
generales qui requiruntur in omni virtute / puta quod fortitudo est quedam firmitas animi in quibuscumque rebus /
temperancia est moderamen cum in omnibus rebus etc. / et secundum istos necesse est quod virtutes sunt connexe / quia
isti modi generales requiruntur in omni virtute et si aliquid horum defuit non est virtus aliqua / quia si
temperancia rectitudinem non habeat que est iusticia / vel non habeat cum firmitate que est fortitudo / etc. non
est virtus / Et hunc modum ponit Augustinus VI de trinitate et magister sententiarum libro III autem accipiunt distinctionem harum
virtutum secundum determinatas materias sicut Aristoteles et peripatetici / Nam prudentia secundum philosophum non est recta ratio in omnibus
sed solum in agibilibus / similiter iusticia non dicit rectitudinem circa ea in quibus oportet omnem creaturam / sed tamen circa

Commutationes et distributiones et actiones humanas que sunt ad alterum / fortitudo etiam de firmitate
autem circa ea quibus est difficilium animum moderari, sed circa delectationes gustus et tactus que sunt maxime
delectationes, non in quibuscumque aliis concupiscentiis sicut sunt vel pecunie. et etiam locuto de virtutibus
virtutes morales sunt connexe / Cuius connexionis ratio accipitur secundum philosophum ex parte prudentie quia
nullam virtutem potest habere sine prudentia et impossibile est habere prudentiam sine virtutibus moralibus / Cuius ratio
est quia prudentia nihil aliud est quam recta ratio agibilium / impossibile autem est rectam rationem habere circa ad ex
rectam rationem / Cum principia autem agibilium sunt fines virtutum et circa fines nullus bene se habet nisi per habitum
illius virtutis / et necesse est quod prudentia habeat secum alias virtutes morales / Sic alie non possunt
haberi sine prudentia. potest enim aliquis habere inclinationem naturalem ad actus alicuius virtutis sine prudentia. et quanto
habet maiorem inclinationem sine habitu virtutis tanto peius est et plus impingere potest sine prudentia sicut patet
de illo qui habet fortitudinem naturalem sine discretione et prudentia / Et ideo dicit Gregorius Cetere virtutes nisi ea
que agunt prudenter agant etc. / Est autem alia ratio connexionis in virtutibus gratuitis / propter caritatem in qua
connectuntur quia qui habet caritatem habet omnes virtutes gratuitas / et similiter qui habet unam habet caritatem Ad primum ergo
dicendum quod actus non qui habet caritatem habet omnes virtutes sunt diversi sed habitus / quia non potest esse actus temperantie
sine actu fortitudinis. nec fortitudinis nisi cum actu temperantie etc. Ad 2m dicendum quod hoc dicit quia non probatur
per auctoritatem biblie Ad 3m dicendum quod non dicuntur morales a consuetudine sed a more etiam dato quod non indi-
geat tempore tamen non habebit virtutem nisi sit prudens.

Deinde questio est de restitucione que est actus iusticie / Et circa hoc questiones sunt tria / primo de illis
que propter partes sunt extra civitatem / 2o de eo qui mala fide prescripsit / 3o de eo qui aliena con-
sumpsit / Circa primum queritur utrum expulsi propter partes possint repetere bona sua ab illis qui sunt in
civitate manentes / Et videtur quod non quia multi de his qui sunt in civitate culpam non habuerunt ad ear
expulsionem. et puniretur aliquis ex culpa alterius / Item expulsi fuerunt contra partem ecclesie. et quod iustum
bellum / ergo causa est contra eos. et dampna non sunt eis restituenda Contra secundum philosophum cum mutatur ordo
civitatis non remanet eadem civitas / sed cum mutatur dominium et principatus mutatur ordo / Expulsi
non pertinet omnino ad civitatem que prius erat. ergo cives non tenentur eis ad restitucionem Contra qui
spoliatur a raptore potest recipere et repetere ea que sunt sibi ablata / ergo et illi expulsi Responsio dicendum
quod aut sunt expulsi iuste. sed propter eorum culpam. et non possunt repetere eorum amissa aut iniuste
sed sine culpa et sine debito ordine iusticie et possunt repetere / Si habent superiorem debent per superiorem
petere sibi restitui / Si autem non habent superiorem ipsimet possunt si possunt recuperare Ad primum ergo dicendum quod non puniuntur
illi pro peccato alterius sed pro suo quia maiores omnia faciunt auctoritate et favore populi. et populus
in favendo maioribus fuit in culpa Item id intelligitur de pena spirituali / quia nullus punitur sine culpa
propria / non de corporali qua frequenter unus pro alio punitur Ad 2m dicendum quod inquantum iuste agunt sunt
pro ecclesia / inquantum iniuste propter eam contra Ad 3m dicendum quod si sunt eedem persone manifestum est quod tenentur eis. sed

Secundo queritur utrum ille qui mala fide prescribit teneatur ad resti / si alie omnino non tenetur
tucionem Et videtur quod non quia lex dicit quod qui etiam mala fide prescribit acquirit dominium Contra decretum
dicit quod tempore non acquirit dominium Responsio dicendum quod circa hoc est contrarietas iuris civilis et canonici / quia secundum
ius civile talis prescriptor tenet Secundum ius canonicum talis prescribere non potest Et ratio huius contrarietatis est
quia alius est finis quem intendit civilis legislator scilicet pacem servare et facere inter cives que im-
pediretur si inter cives prescriptio non curret / Quicumque enim vellet posset venire et dicere id fuit meum /
quocumque tempore / finis autem iuris canonici tendit ad quietem ecclesie et salutem animarum / Nullus autem in peccato
salvari potest nec penitere de dampno vel alieno nisi recompenset / Et ideo dicendum est quod si quis prescribat bona
fide possidens non tenetur ad restitucionem etiam si sciat alienum fuisse per successorem. quia lex potest aliquem propter peccatum
et negligentiam punire in re sua et illam alteri dare et concedere / sed qui mala fide prescribit tenetur emendare et
satisfacere reddendo dampnum quod intulit Ad primum ergo dicendum quod verum est quod omnia sunt principium ad gubernandum
non ad recipiendum sibi vel ad dandum aliis. et si leges tales sunt contrarie sunt et non absolvunt a conscientia

Tercio queritur utrum ille qui rem alienam consumpsit teneatur ad restitucionem / sed a iudiciali foro et violentia /
Et videtur quod non quia res fuerat non habet actionem in consumptorem intelligitur / si ius habet tamen in
consumptorem Contra ille mala fide possedit alienum quod consumpsit Responsio dicendum quod tenetur / Cuius ratio est quia quilibet tenetur ad

Iura positiva sunt data ad gubernandum

faciendo iusticia alteri. consistit autem iusticia in quadam equalitate. vnde nisi reintegretur equalitas non potest aliquis esse iustus. Inequalitas autem fuit quando consumpsit rem non suam et ideo oportet quod reddat. Ad primum ergo dicendum quod licet non habeat actionem in eum qui consumpsit secundum ius ciuile. habet tamen secundum ius diuinum cuius finis est salus animarum et ideo ei repugnat

Deinde questitum est de officiis doctorum. primo de officio expositorum sacre scripture. secundo de officio predicatorum. tercio de officio confessorum. quarto de officio vicariorum. Circa primum questitum est. vtrum omnia que doctores sancti dixerunt sint a spiritu sancto. Et videtur quod non. quia in suis dictis sunt aliqua falsa. Nam in suis exposicionibus quandoque dissonant. non potest autem esse verum quod est dissimile vel dissonum. quia vtraque pars contradictionis non potest esse vera. Contra ad eundem pertinet ad facere propter finem sed finis scripture que est a spiritu sancto est erudicio hominum. hec autem erudicio hominum ex scripturis non potest esse nisi per expositores sanctorum. ergo expositores sanctorum sunt a spiritu sancto. Respondeo dicendum quod ab eodem spiritu scripture sunt exposite et edite. vt dicitur j ad Corinthios v animalis homo non percipit ea que dei sunt spiritualis autem et cetera et precipue quantum ad ea que sunt fidei. quia fides donum dei est. et ideo interpretacio sermonum numeratur inter alia dona spiritus sancti vt dicitur j ad Corinthios xij. Ad primum ergo dicendum quod gracie gratis date non sunt habitus. sed sunt quidam motus a spiritu sancto. alias prophete essent habitus propheta quando vellet per donum propheticum reuelacionem haberet quod falsum est. et ideo de aliquibus occultis reuelandis aliquando mens a spiritu sancto. et aliquando non. sed aliqua eis occultantur. Vnde dixit helizeus iiij Regum. Et dominus celauit a me. Aliquando etiam aliquis dicunt a seipsis sicut patet de nathan qui consuluit dauid quod edificaret templum. qui postea a deo reprehensus et quasi retractus prohibuit hoc ipsi dauid ex parte dei. hoc tamen generaliter est quod quicquid in sacra scriptura tenetur verum est. Alias qui contra hoc sentiret esset hereticus. Expositores autem in aliis que non sunt fidei multum ex suo sensu dixerunt. et ideo in his potuerunt errare. tria dicta expositorum necessitate non inducunt vt necesse sit eis credere sed solum scriptura canonica que in veteri et nouo testamento est.

Deinde questitum est de predicatoribus. Et circa hoc questita sunt duo. primo vtrum aliquis possit predicare propria auctoritate ita vt liceat predicare sine licencia prelati sui. Et videtur quod sic quia predicare est bonum aliis facere. sed debemus bonum operari ad omnes Galatas vj. Ecclesiastici xvij. dicitur Et cuique mandauit deus de proximo suo ergo et cetera. Respondeo dicendum quod nullus quantumcumque sit magne vel quantecumque scientie nisi missus a deo vel prelato predicare potest. quia nullum agens natum est agere nisi supra debitam materiam. Predicacio autem est exhortacio et doctrina sit publica respiciens totam ecclesiam. tota autem ecclesia et cura publica ecclesie commissa est prelatis. et ideo non debet aliquis exercere quod requirat auctoritatem publicam. nisi auctoritate prelati. Ad primum ergo dicendum quod cuilibet licet facere bonum secundum proporcionatum. non autem quodcumque bonum. Ad secundum dicendum quod mandat deus monere proximum priuata monicione et familiari

Secundo quesitum vtrum aliquis prohibitus a principe seculari debeat dimittere predicacionem. Et videtur quod non. Nolite timere eos qui occidunt corpus. dicitur de predicatoribus. ergo timore principum non debent dimittere. Actuum v. deo oportet magis obedire quam hominibus. sed deus precipit predicare prelatis vt predicet. ij ad Thimotheum x capitulo verbum dei ergo et cetera. Nullus debet alicui obedire in eo in quo prelatus precipiendo vel princeps secularis prohibendo. Contra Mathei x dicitur. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam. Respondeo dicendum quod hic est opus duplici distinctione. quia quando aliquis prohibetur predicare vel prohibetur solum a tyranno. aut simul a tyranno et populo. Si primo sic tunc de mandato ne sunt aliqui qui audire volunt. non est dimittenda predicacio quamuis sic potest moderanda quo ad tempora et loca. vel ex timore ad tirannum sibi impediatur et quando etiam tunc licet predicare occulte et per domos sicut per apostolos legitur factum. Si secundo tunc debet cedere predicator et fugere ad alia loca secundum mandatum domini. Et hoc est quod dicit in Actibus quod quando omnes sunt mali et induratj debet dicere eis illud apostoli. quia repulistis a vobis regnum dei et cetera. alia distinctio est hec habenda quia predicator aut habet curam animarum aut non. Si non tunc predicat ex necessitate officii. aut propria sponte. Si primo sic non debet dimittere greges suos propter periculum mortis. dummodo possit aliquod bonum facere remanendo cum grege. Si secundo sic et cetera si possit ibi inter fideles fructificare non tenetur ibi stare nec ad ponendam animam suam nisi in casu puta si aliquis vellet corrumpere fidem. et tunc vbi fides periclitatur tenetur animam pro fide ponere quia hoc est in precepto in tali casu. Si autem non immineret talis casus sic est in consilio. quia omnia consilia in casu sunt in precepto. Ad primum ergo dicendum quod deus precepit predicare non inordinate sed eo modo quo vtile sit saluti animarum. Ad secundum dicendum quod non est ad dimittendum quod sit secundum deum timore mortis. quod si aliquis sine causa et sine necessitate ingerat se ad periculum non sit sapiens. Ad tercium dicendum quod falsum est secundum Augustinum aliquis imperator precipiendo quod deuotus miles non potest obediendo

Gracie gratis date non sunt habitus sed motus

Scriptura canonica

Consilia in casu sunt precepta

[illegible]
2
[illegible]

maxie si simili non constat id ee pctm
Tercio quebatur utrum liceat predicatoribus accipe elecosinas ab usurariis. Et vi qd sic. i. cor. 9o
Si nos vobis spualia seminavimus no magnum e si vra carnalia metamus. Ctra. Jus nale ht
qd hō vivat de labore suo. digna e enim mercenarius mercede sua hoc enim concessum e homi a
creatore Gen 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Ctra usurarii no hnt nisi quod est
alienum. Rno dd qd de rapina usura et huiusmodi in gnali lo do no pt fieri eleosina. ys. 61. odio
hnts rapinam in holocaustum. Et in spali ca a pdicatoribus qui predicat usurariis et monet eos re-
stitue. licitum e accipe et hec e una racio. Alia e qm no hnt aliis unde vivat et in extrema necte
omnia sunt comunia et ab omnibus licet accipe ad sustentacionem et necitate
Deinde questum fuit de officio confessorum. utrum ali possent confessiones audire de indulgencia dni
pape sine volute propii prelati. Et vi qd no qr quilibet tenetur confiteri propio sacerdoti go etc. Op
papa nulli preiudicat propter aliqua indulgenciam. Ctra papa e sup omnes. go cui vult quemquam et quem
vult pt committe et indulge. Rno dicendum qd quidam dicunt qd quilibet sacerdos pt absolue a quolibet
pcto. et lz no tm faciat absolvendo tamen absolutus e. Et racio horum fuit quia sicut datur psbro ptas
consecrandi corpus xi. et ptas clavium. et io sicut pt consecrare qualibet hostiam ita pt absolue quemlibet
Sed hoc e erroneum. quia nullus pt absolue propia auctte nisi eum qui e aliquo m subditus. quia
actus sunt in ma propia et absolucio sacralis ht iudicium anexum. et hoc iudicium no e nisi in
subditos inferiores. qui go no ht subditum no pt absolue. ete iurisdico dat maz sacerdoti deba
ta. secus at e de hostia que e ma determinata. Cui go nulla cura comittitur ht claves ligatas
ut iuriste dicunt. quia no ht omo maz. Alii dicunt qd nullus pt etiam auctte superioris prelati absol-
vere subditum inferioris prelati con volute ipius ptm no pt auctte epi con volute parrochialis aliquem ab-
solue. hoc etiam e erroneum quia ad absolvendum requiritur ptas sacerdotis et iurisdico. Epus at ht
immediatam iurisdiccionem in omnes. Epus pt omn confessiones audire. etiam con volute presbri parrochialis. et
sic etiam ille cui Epus comittit. et multo magis si papa comittit. Archiepus quia no ht imediata
iurisdiccionem in oes sue diocesis. nisi ex appellacione. no pt alicui dare licenciam vel auctez au-
diendi confessiones con volute epi. et diocesani suffraganei. Ad pmum go pz p ea que dicta sunt. quia
epus et papa plus pt qm sacerdos. Ad 2m dd qd hoc no e in piudicium. sed in auxilium
quia audire confessiones no e statutum in favore sacerdotum. Alias multum eent infideles. sui p ppt
honorem sacerdotum. pcta confiteri eet necessarium. sed hoc e introductum ad salutem aiarum
Deinde questum e de officio vicariorum utrum ali possit vices suas comittere alicui alteri et
vi qd sic quia constitutus cure hnt plenitudinem ptatis in ea in qua pt tm. Ctra quia hoc vi contrarium illi
provi 27. Diligenter agnosce vultum pecoris tui. Rno dicendum qd ille qui e constitutus vicarius no
pt totam ptatem comitte. sed pt pte. quia intencio comittentis e ut exequatur sicut qd pt ille cui comittit.
et forte talis non pt totum facere. quod ei comittitur et io pt ad alteri comitte. Ad pm go dd qd
constitutus no ht sic totam plenitudinem cure nisi eet Epus. Ad 2m dd qd hoc primum epus no faciat ut constituat
Deinde questum fuit de pertinentibus ad culpam. Et pmo de pctis. 2o de
penis. De pmo questa fuerunt duo. pmo de pertinentibus ad culpam originalem. 2o ad culpam
actualem. De pcto originali questum fuit utrum traducitur p traduccionem seminis. Rno dd qd sic quia oile
pctm e nature. et no attingit psonam. nisi qm e in tali na. Tota at humana na e sicut unus
hō. Jobitur go in na recipitur. ibi e pctm ne quod e originale. Vnde qd peccato ht rom culpe
no mazim ipius manus. sed iam fit a principio voluntatis
Deinde quebatur de culpa actuali. et pmo de pcto cogitacionis duo fuerunt questa. pmo p consensu
in delectacionem sit pctm mortale. Rno dd qd hic no querit de consensu in delectacionem actus quia
hoc plane mortale eet. sed de consensu in actum cogitacionis tm. sicut cum aliquis cogitat de delectacione forni
cacionis. et delectatur et placet ei hec cogitacio. Est igitur duplex cogitacio delectacionis vel ppt ipam cogitacionem
vel ppt rem cogitatam. pa e cum quis cogitat de triangulo vel de bellis regum no ppt rem. sed propter
ipam cogitacionem. 2a e cum delectacionem cogitans de amico ppt ipm. qui sit in p cogitacionis et in cogitacione
ipius. Sic go cogitacio pt cogitari ut delectans pout cogitacio. et tunc no e pctm. sicut si debeo narrare
de fornicacione et curat pulcre vie. et delectatur. Si at cogitacio e delectans ppt rem cogitatam
impossibile e qd procedat nisi ex amore fornicacionis. et io consentire in ea e consentire in amorem

Archiepus non pt dare auctez audiendi confessiones sine consensu Epi

Vii

et in vsum rei illicite et ideo est pctm mortale

Secundo questiu fuit de suspicione vtru sit pctm mortale / Et vr qt Talibus em comminat dns Ysaie .1. ve qui dicitis etc / Con super illud Nolite ante tpus iudicare dt glo q e veniale pctm / Rndo dicend q in illis que sut mortalia pcta ex gne motus impfcti no sunt mortalia pcta sed venialia / Adulteriu em e mortale s. quado e completa voluntas / no at qn e incompleta / Sic no em quilibet motus concupie e pctm mortale / Iudiciu at e duplex s. de rebus et de psonis / Iudiciu d rebus sp e pctm mortale / puta dice q dare elemosinaz sit malu / Iudicium at de psonis licet qnqz sit flm / no tame e pctm mortale / nisi qn e omnio temerariu / Vn Augo in sermoe domini in monte / Si erra in iudicio psonarum no erre in iudicio rerum / Sed quado ex levi re procedit iudiciu firmu in corde / alr e mortale / quia e cu contemptu primi / Suspicio at e quod impfctm in gne iudicij et ideo e impfctus motus / et io no e mortale ex gne qmus si fiet ex odio erit aliquado mortale

Deinde de pctis opis quesita sut ca pmo / vtru liceat vti sortibus maxie in ~~cptacoibus~~ (captacoibus) libro / Rndo dicend q sors propre e iudiciu quod exquirit ex aliquo ab homine facto ad inquirend occultu / Dico at ab hoie facto quia querere de factis ab alijs no est sors sed aut auguriu aut ad aliud / vt quado quis facit sic geomatici vt cu taxillis et de festucis et in apcione libror / Hec at fiut ad tria / aut ad inquirend vote / aut ad consultand dubiu / aut ad diuinadu / etc sunt triplex sors s. diuisoria consultoria et diuinatoria / Aliqui faciut has qn committetes forme / sic cum quilibz no vr debe ire / sorte pona quis debeat ire et hoc aliqn e veniale / Aliqui faciut intencione requirendi iudiciu alterius rei / sic ad inquirendu iudiciu astror / Has querit sic geomatici qui dicut q s. motu celi manus mo / etc e pctm / Aliqi intedut sic iudiciu diuali sic Nabuchodonosor et hoc e sacrilegium / Aliqui iudiciu di in etc no sp e pctm / etc sors diuinatoria inor hic grad et pmo alr e pctm leue / vel no e pctm / 2o pctm e 3o et 4o no e sp pctm s. qn quis non ex necitate fat quia sic e temptare deu 2 paralip xx / Cu ignorem quid agere debeam etc / vel qn sine debita deuocone / Beda ait qn qs res sacras conuit in res tpales / sicut cu aput libros pro tpalibus vel quado de eo quod est supra nos inquit / sic cu qs no concordat / quia hic e facere iniuria spui sco qui credit firmit ee in eccia vel in collegijs btis s. in electoe platoru secluum nichil prohibet sortibus vti

Scdo de retencione supfluor / vtru ie qui no dat supfluu quod hic pro deo peccet / Dt Aug q retinet etc sic pz supra in octauo quodlibeto

Tercio de pplexitate / Vtrum als possit ee pplexus

Deinde questitum e de penis et pmo de pena tpali / vtru als religiosus expelli debeat de religione propt pctm si sit paratus corrigi et sustine pena / Rndo dicend q aplus dicit Auferte malu ex vobis / Modicu em fmetu etc / Aufert at als vel p pena corpale et hoc maim e q aufert etia ille qui vellet penite quntucz / Sic homicida suspendit quntucz peniteat / vel p pena spuale / et hoc etia non fat / nisi si quis eet cotumax / Et racio huius e quia p pena corpale aufert aliquod tpale quod pt recompesari p ad maius bonu / sed bonu spuale quod admittit no pt recompensari p aliud maius eo / quod sit tpale et io no det religio infligere talem pena quodin vult corrigi / Et sic e excoicacio in eccia / ita est expulsio a religione / et io dz q nlls e nisi propt qmerat expelled sed alio e sequestrandus in carcere / vel alio

Secundo de pena eterna s. vtrum aia separata a corpore natur paciatur ab igne corpeo / Vide 3 in 3o quodlibeto aro xiij laus optimo dm e t e do Amen
In Collegio In Supra spca

Errat ...

1 4 Angelus utrum dependeat a loco corporali secundum suam essentiam
1 5 Utrum moveatur de extremo ad extremum sine medio
5 3 utrum in angelo sit idem suppositum et natura
5 4 Utrum angelus spiritualis sit compositus ex essentia et esse
3 6 Utrum angelus aequo sit cum anime rationalis
3 7 Utrum angelus influat in animam humanam
6 2 utrum angeli omnes suas actiones agant per imperium voluntatis
6 3 Utrum angeli possint esse in convexo celi empirei
1 3 utrum angeli cognoscant singularia
1 7 utrum angeli simplicitas patiatur compositionem ex subiecto et accidente
9 6 Utrum angelus sit compositus ex materia et forma
9 7 Utrum angelus sit possit esse in cognitione matutina et vespertina
9 8 Utrum angeli coeve actu causatis ponuntur mediorum firmorum(?) et finis
9 9 utrum angelus moveatur in instanti
9 10 utrum angeli possint agere in inferiora corpora
10 4 Utrum duratio angeli habeat prius et posterius
11 4 Utrum motus angeli sit in instanti
12 5 Utrum esse angeli sit accidens eius
1 6 Anima utrum adveniente corpore corrumpantur omnes alie forme
2 13 utrum anima possit pati ab igne corporeo
3 3 utrum anima Christi sciat infinita
3 20 Utrum anima sit composita ex materia et forma
3 21 Utrum anima separata a corpore cognoscat aliam animam hominis quem non novit in hac vita
3 23 Utrum anima separata possit pati ab igne corporeo
9 4 Utrum anima accipiat scientiam quam intelligit a rebus que sunt extra eam
9 4 Utrum anima vegetabilis et sensibilis sit a creatione
10 5 utrum anima sit sue potentie Quere prebenda
10 6 Utrum anima secundum suam substantiam sit incorruptibilis
10 8 Utrum anima intellectiva omnia que cognoscat cognoscat in propria virtute
10 8 utrum anima separata a corpore habeat actus sensitivarum potentiarum
11 5 Utrum anima sensitiva et intellectiva sint eiusdem substantie
12 9 utrum anima perficiat corpus immediate quere celum intellectuale
12 10 utrum anima sit ex traduce Quere hiatus salutis
2 11 Petere utrum praelatorum sit petitio Quere petitio
4 3 Aqua utrum elementares sint super celos Quere baptismus
Absolutio quere sacerdos confessio
Corpus Quere deus
8 5 Alimentum utrum transeat in veritatem humane nature
2 7 Baptizandi utrum pueri iudeorum sint invitis parentibus – meus salvator(?)
6 4 Utrum puer qui nascitur in deserto ubi non est aqua si moritur sine baptismo possit in fide
6 5 Utrum famulus qui baptizat iudeum cui ante dederat fidem de Christo meus(?) si baptizatur cognosceret cum peccata eterna(?) consuet meus(?)
12 14 Utrum baptismus habeat virtutem ad emundationem
6 14 Utrum qui est baptizatus transmittat peccatum originale in prolem
8 19 Beatitudo utrum principalius consistat in intellectu quam in affectu vel econtra
8 20 Utrum beati in gloria prius ferantur ad contemplandam Christi divinitatem vel humanitatem
1 3 Crux Utrum Christus in cruce vere mortuus fuerit

4 14 Redimitur utrum debeant vitari et quorum examinatorum sapientes quia opinatur
Elemosina quere religiosus que petitur
8 6 Eligere utrum necesse sit semper meliorem vel sufficiat eligere bonum
Episcopatus vel Episcopus Quere prelatus prelacio
4 4 Filius utrum sua filiatione distinguatur a spiritu sancto Quere xpistus
Ad utrum omnia subsunt
5 7 Locusum corpus utrum naturaliter possit esse cum alio corpore non glorioso in eodem loco
1 21 Utrum hoc possit fieri aliquid vel miraculose
1 22 Utrum dampnati videant gloriam beatorum et marie post diem Iudicii Quere Beati ihesus
8 16 Gracia absque utrum homo possit se ad graciam preparare Quere Deus
1 4 Honor utrum qui honorat divitem propter divitias peccet Quere prelat
20 5 Habitus scientie acquisite utrum remaneat in anima post hanc vitam
5 5 Utrum et quo tueatur vel quomodo alius huius anima non hinc cognoscatur
8 4 Ereticus utrum sit vitandus
10 11 Utrum certitudo adhesionis in heretico vel in catholico malo sit actus fidei virtute
6 6 Utrum heretici redeuntes ad fidem ab ecclesia sint recipiendi
10 16 Ore cantate Utrum clericus qui tenetur ad horas canonicas licenciat matutinas sequentis diei in
7 26 Infernus utrum quilibet teneatur magis velle non esse quam esse in inferno quam peccare Vestro dice
1 9 Utrum dampnati in inferno gaudeat de penis minorum quas videt secum puniri
3 27 Utrum dampnati in inferno vellet suos proximos esse dampnatos
8 14 Utrum in inferno sit tantum pena ignis vel etiam pena aque
8 18 Utrum corpora dampnatorum sint incorruptibilia
1 11 Utrum dampnati resurget cum deformitatibus suis
4 12 Utrum dampnati in inferno puniatur verme et fletu corporali
7 13 Utrum omnes sancti qui sunt in ecclesia canonizati sint in gloria vel aliquorum corpora sint in inferno
9 17 Intellectus creatus utrum aliquis possit videre divinam essentiam immediate
7 1 Utrum intellectus creatus possit simul intelligere plura
7 2 Utrum aliquis intellectus creatus possit videre deum per essentiam
10 16 Utrum Intellectus humanus cognoscat singularia
12 11 Ignorancia Quere peccatus
9 12 Imperare utrum sit actus racionis vel voluntatis
4 13 Irregularitas utrum papa possit dispensare cum uno te bigamie
Infamia Quere peccatum
Iniuria Quere religiosus
Iurare Quere religio peccatum
7 1 Lucifer utrum sit subiectum eius
Iniquus quere spes
Deus quere gloria dens
6 13 Dux vel mortuus utrum parati ad detrimenti per executor eius differat dare elemosinas
6 14 Utrum executor licite tardare possit distribuere elemosinas ad hoc quod res melius vendatur
7 14 Utrum in meliori statu moriatur qui moritur eundo vel manendo quam qui moritur redeundo
3 13 Unde esse precium utrum demerite possit probari Quere celum de
3 18 Matrimonium utrum mulier que post continencie votum emissum contraxit matrimonium in facie ecclesie
possit absque peccato viro suo carnaliter commisceri
Utrum qui desponderat aliquam per verba de futuro et postea carnaliter cognoscat non quam consentiens in
7 11 matrimonium sed solum volens fraudulenter surripere copulam carnalem sit postea contrahat cum alia per
verba de presenti sua sit uxor eius vel prima Quere baptisare
8 10 Utrum votum simplex dirimat matrimonium contractum

/quia ipse in testem dari mandat

10 9 Vtrum ie cuius pater non potest sustentari si contrahendo matrimonium accipiat dotem vnde pater nutriri : possit
possit teneatur contrahere matrimonium et contrahendo patrem sustentet
7 21 Vtrum beatus Matheus statim de Theloneo fuit vocatus ad statum apostolatus
6 4 Vtrum liceat celebrare festum Concepcionis virginis Marie
7 10 Vtrum post votum simplex castitatis aliquis matrimonium contrahens reddere possit et exigere debitum
11 10 Vtrum maleficia et frigiditas impediant matrimonium
6 16 Accidium Quere caritas xpus
Eudatum quod sit gravius vtrum id quod fit verbo vel quod fit facto
6 14 Vtrum mendacium semper sit peccatum
8 18 Otus primus Quere peccatum angeli et vide de motu angelorum
4 21 Vtrum vis humana habeant virtutem ad movendum bruta
12 13 Vincendi denariis quo omnes contrahendi dicuntur esse professi vtrum sit cantor vel cantator
8 8 Vtrum si Adam non peccasset eodem homines modo salvarentur quo nunc salvantur Quere deus
7 4 Otium quam virgo dat prole mentis vtrum sit actualis vel non
7 13 Officium vtrum aliquis qui est prebendatus in duabus ecclesiis in die quo divisum sit officium in
1 13 Vtraque ecclesia teneatur ad vtrumque officium Quere obmissio
6 8 Vtrum clericus beneficiatus existens in studio debeat dicere officium mortuorum
Obedire vtrum teneatur filius parentibus carnalibus quoniam ad omnia
7 9 Vtrum subditus teneatur obedire prelato precipienti revelacionem criminis occulti
4 12 Vtrum magis meritorium sit obedire prelato vel facere aliquid ad dictum suum quere religiosi
6 11 Cula quere predicator xpus
3 29 Omissio vtrum ei qui permisit dicere officium dicere tunc tenetur ad ipsum possit
Imponi aliqua pena pro tali obmissione vel sit imponenda qui incurret obmissionem
Opinio vtrum auditores diversorum magistrorum theologie habentium diversas et contrarias opiniones
3 10 excusentur a peccato si sequantur opiniones falsas magistrorum suorum Quere exactio
Vtrum qui sunt diverse opiniones de aliquo facto qui secundum minus tutum peccaret
7 14 Operari manibus vtrum sit in precepto
7 18 Vtrum ab hoc precepto excusentur illi qui spiritualibus operibus vacant
8 8 Oratio vtrum tantum valeat pro alio facta sicut pro se
8 9 Vtrum orationes magis prosint pauperi magis digno vel diviti pro quo specialiter fiunt
Alter vtrum eodem voto dicunt se et carnium Quere virgo
1 14 Ecclesie vel peccatum vtrum sit naturaliter aliqua
18 Vtrum periurium sit gravius peccatum quam homicidium
1 19 Vtrum peccet qui per ignoranciam constitucionem pape non servat
1 11 Vtrum appetere prelacionem sit peccatum
2 12 Vtrum peccatum sit predicatori habere oculum ad temporalia
2 13 Vtrum peccatum in spiritum sanctum sit irremissibile quere apostasia religionis
2 21 Vtrum si primus homo non peccasset tot fuissent mulieres quot femine
3 16 Vtrum homo sine peccato possit appetere statum scientiarum magistrum
4 22 Vtrum primus motus semper sit peccatum
4 4 Vtrum deus possit peccare si velit quere ministrare prelatus mendicanti
7 16 Vtrum mulier accusata de adulterio teneatur in iudicio peccatum suum confiteri
7 14 Vtrum aliquis possit peccare nimis ieiunando vel vigilando
7 19 Vtrum peccata que sunt contra precepta secunde tabule sint graviora peccatis que contra precepta prime tabule
7 11 Vtrum peccet qui ad ecclesiam vadit propter dyscolos qui alias non iret licet acciperet beneficium
8 12 Vtrum aliquis habens de superfluo peccet si non dat pauperi hic peteret — Habet deo servat
8 13 Vtrum peccet qui non repellit infamiam
10 14 Vtrum quantum aliquis intendat peccare tanto peccet
8





10 12 Utrum qui honorat divites propter divitias peccet
10 14 Utrum uti preciosis vestibus sit peccatum
12 30 Utrum peccatum originale traducatur cum semine
Utrum ille qui non dat superfluum quod habet pro deo peccet / Quere episcopo baptisma
Amor et amor que faciunt species
Creator quere sacerdos religio
Cruciatum quere peccatum
1 20 Peccatum mortale utrum monachus peccet mortaliter comedendo carnes
4 22 Utrum primi motus in infidelibus sint peccata mortalia
6 12 Utrum clericus peccet mortaliter si ea que eis superfluunt in elemosinas non largiuntur
9 14 Utrum Petrus negando Christum peccavit mortaliter
9 16 Utrum plures habere prebendas sine cura animarum absque dispensacione sit peccatum mortale
11 8 Utrum audiens missam fornicarii sacerdotis peccet mortaliter
11 9 Utrum quis cantando exquisitis peccet mortaliter
13 12 Utrum consensus in delectacionem sit peccatum mortale
2 14 Utrum suspicio sit peccatum mortale
Cura utrum duorum qui eadem pena digni sunt unus citius possit liberari a purgatorio
Cimiterium quere obmissio sacerdos / Quere obmissio religio ipsius
Receptum utrum consilia ordinantur ad preceptum
4 24 Utrum precepta ordine nature precedant consilia quere prelatus
Redestinacio vel prescientia utrum prescitus possit demereri
7 4 Utrum predestinacio imponat necessitatem
11 2 Utrum predestinacio sit certa / Religiosus appetere
12 4 Prelatus vel prelacio utrum subditus prelato proprie debeat revelare culpam alterius fratris quere
1 16 Utrum prelatus etiam licite possit conferre beneficium suo consanguineo propinquo digniori
4 5 Utrum prelatus debet subditum ab administracione removere propter ea que scit in confessione / quere obediencia
7 13 Utrum quis eligitur tunc in episcopatum melius faciat consentiendo vel recusando electionem de se factam
7 22 Utrum prelatus qui dat beneficium suo consanguineo sperans per hoc suum exaltare committat symoniam
7 23 Utrum prelatus episcopus dans beneficium bono pretermisso meliori peccet
6 9 Utrum episcopus dans beneficium bono pretermisso meliori peccet
8 a Utrum mali prelati sint honorandi
a Utrum solus episcopus debeat conferre sacramentum confirmacionis
11 1a Utrum liceat appetere episcopatum
12 Predicator vel predicacio vel predicare quere pro religio intrare
Voce quere baptismus religio
Purgatorium quere pena
4 18 Questio utrum magistri determinantes questiones theologicas magis debeant uti auctoritate vel racionibus
Quantitas quere deus
11 6 Resurgere vel resurrectio utrum secundum corpus mundus resurget quere Christus mensis
1 5 Religio vel religiosus utrum teneatur secretum fidei sue commissum revelare suo prelato peccati / quere peccatum mortale
3 11 Utrum liceat iuvenes inducere ad religionis ingressum voto vel iuramento
Utrum illi sunt obligati voto vel iuramento possit in seculo manere absque peccato
3 12 Utrum liceat pueros ad religionem inducere
3 13 Utrum peccet qui aliquod iuramentum faciat ne intret religionem / electa data
4 14 Utrum religiosus qui nihil debet habere in proprio vel communi possit electionem facere de hiis que sibi in
3 5 Utrum aliquis in religione existens habens precium suum cum necessitate cogente possit exire absque licencia
3 16 Utrum status religiosus sit perfectior quam status secularium presbiterum et archidiaconorum / prelatum ad servire pro
3 1a Utrum pueri non exercitati in preceptis sint recipiendi vel obligandi voto vel iuramento vel
4 23 beneficiis allidendi ad ingressum religionis
7 26 Utrum religiosi teneantur patienter tolerare iniurias et furtas

7 29 Utrum ille qui iuravit se non intraturum religionem possit licite intrare
10 10 Utrum religiosus qui emisit votum obedientie teneatur in omnibus prelato obedire et in dubiis
12 38 Utrum aliquis debeat expelli de religione propter peccatum si sit paratus corrigi et sustinere penam
2 12 Redditor vel pro vel pre utrum peccatum sit predicatoris [illegible] ordinum ad temporalia
3 9 Utrum liceat quod aliquis pro se petat licentiam docendi in theologia
7 24 Utrum ille qui [illegible] mane glam docuit per primam possit aureolam recipere
2 27 Utrum si ex doctrina alicuius aliquis revocetur a meliori bono ille teneatur suam doctrinam revocare
12 27 Utrum omnia que doctores sancti dixerunt sint a spiritu sancto
12 26 Utrum aliquis possit predicare propria auctoritate
12 29 Utrum aliquis prohibitus a principe seculari debeat dimittere predicationem // Confessio prelatorum [illegible] — Religio
12 30 Utrum liceat predicatoribus recipere elemosinas ab usurariis
3 22 Revelatione utrum liceat ab aliquo moriente requirere quod revelet statum suum post mortem quere //
7 19 Restitutione utrum si aliquis incidens in latrones promittat eis pecunias pro sui liberatione si mutuo =
// eam accepit restituere teneatur
12 22 Utrum expulsi propter prelatos debeant restitui bona sua
12 23 Utrum ille qui mala fide possidet teneatur ad restitutionem // Sacramentalis quere confiteri [illegible]
3 28 Actus utrum cum confitenti dicat quicquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum sit satisfactio //
7 12 Utrum liceat sacerdoti dare hostiam non consecratam peccatori et occulto non penitenti
7 11 Accidens vel sacramentale utrum forma panis in sacramento eukaristie annihiletur quere plato
10 3 Utrum species que remanent in sacramento altaris alii liquori immisceri possit post consecrationem
12 18 Utrum compaternitas [illegible] ex parvulis ad sacramenta
9 7 Utrum in sacramento altaris sint accidentia sine subiecto
7 12 Status utrum beatitudines mathei sint vota de theologico statu ad statum apostolicum quere religio mores
Pes quere sacerdos verbum xpus // Ne quis intendat salutem aliorum
Alius utrum ~~omnes~~ teneatur dimittere studium theologie causa si sit aptus ad alios docendum ad =
12 34 Sors utrum liceat uti sortibus
9 14 Sensu utrum preter sensus litterales in verbis sacre scripture alii sensus lateant
9 11 Utrum debeant distingui iiiior sensus sacre scripture
9 16 Utrum isti sensus inveniantur in aliis scripturis
Scriptura quere sensus
7 10 Timor utrum ea que fiunt ex timore sint voluntaria
Theologia quere salus questio opinio
2 10 Vitium utrum venditor teneatur dicere vitium rei vendende emptori
7 9 Verbum utrum verbum cordis sit species intelligibilis quere pater
12 10 Veritas utrum sit fortior inter vinum regem et mulierem
Voluntarium quere timor
Esse preciosa quere peccatum
12 21 Virtus utrum virtutes morales sint connexe
6 18 Virgo utrum aliquis possit esse naturaliter vel miraculose sic virgo et pater quere de festo
3 19 Usura utrum aliquis possit licite retinere id quod acquirit mercationis de pecunia usuraria = // quere [illegible]
1 2 Pater utrum in Christo sit tantum una filiatio qua refertur ad patrem et ad matrem
1 3 Utrum xpus in cruce vere mortuus fuit
2 1 Utrum xpus in triduo mortis fuit idem homo
2 2 Utrum quelibet passio christi sufficeret ad redemptionem humani generis sine morte
2 6 Utrum aliquis tenetur credere xpm [illegible] non faciebat
3 3 Utrum anima christi sciat infinita
3 4 Utrum oculi christi post mortem dicantur oculi equivoce vel univoce
3 7 Utrum post resurrectionem xpus vere comedit cibum sibi incorporando
7 7 Utrum totus sanguis christi qui est in passione effusus in resurrectione eius ad corpus redierit

7 6 Utrū xpus maius signū dilectōis nobis ondit tradēdo se in cibū quam paciendo pro nobis q̄re- / trino
a 7 Utrum fruitio anime x̄ in passione puenit usque ad centrū aie
a 8 Utrum corpus x̄ ꝑ sua totā quātitate contineatur sub speciebus panis
1 9 Utrum sim eodem instāti sit panis et corpus x̄ sub illis speciebus
9 2 Utrum in xpo sit una ypostasis tm̄
9 3 Utrum in xpo sit tm̄ unū esse
9 4 Utrū in xpo sit tm̄ una filiacio
10 7 Utrū xpus sit descēsurus ad iudiciū ad terrā
4 20 Utrū pati martiriū pro xpo sit in precepto
y Dea querere deus
postaps querere xpus
Rius utrum sit signū diluuij non futurum
3 30
6 10 Utrū pauper teneatur soluere decimas dimi sacdoti

Finis





Quadam die nacq dum nimis quorundam secularium tumultibus depressus quibus in suis negotiis plerumqz cogimur solvere etiam quod nos certum est non debere secretum locum petii amicum merori ubi omne quod de mea michi occupacione displiceat se patenter ostenderet et cuncta que infligere dolorem solent mea potenter congesta ante oculos meos libere venirent. Ibi itaqz cum afflictus valde et diu tacitus sederem dilectissimus michi filius meus Petrus dyaconus affuit michi a primeve iuventutis flore in amicitiis familiariter obstrictus atqz sacri verbi indagatione socius. Qui gravi excoqui cordis languore me intuens ait. Numquid non novi aliquid accidit quod plus te solito merore merror tenet. Cui inquam Meror Petre quem cottidie patior et semper michi per usum vetus est et augmento novus. Infelix quippe animus meus occupacionis sue pulsatus vulnere meminit qualis aliquando in monasterio fuit, quod ei labentia cuncta subter erant quantum rebus omnibus que volvuntur eminebat quod nisi celestia cogitare consueverat, quod retentus corpore ipsa iam carnis claustra contemplacione transibat quod mortem quoqz que pene cunctis pena est videlicet ingressum vite et laboris sui premium amabat. At nunc ex occasione cure pastoralis secularium hominum negotia patitur et post tam pulcram quietis sue speciem terreni actus pulvere fedatur. Cumqz se pro condescensione multorum ad exteriora sparserit cum interiora appetit ad hec proculdubio minor redit. Perpendo itaqz quid tollero perpendo quid amisi. Dumqz intueor quod perdidi fit hoc gravius quod porto. Ecce etenim nunc magni maris fluctibus quatior atqz in navi mentis tempestatis valide procellis illidor. Et cum prioris vite recolo quasi post tergum ductis oculis viso littore suspiro. Quodqz adhuc gravius dum immensis fluctibus feror vix iam portum valeo videre quem reliqui quia et ita sunt casus mentis ut prius quidem perdat bonum quod tenet sed tamen se perdidisse meminerit, cumqz longius recesserit etiam ipsius boni quod perdiderit obliviscitur. Fit qz ut post neqz per memoriam videat quod prius per actionem tenebat. Unde hoc agitur quod premisi quia cum longius navigamus iam nec portum quietis que reliquimus videmus. Nonnumquam vero ad augmentum mei doloris adiungitur quod quorundam vita qui presens seculum tota mente reliquerunt michi ad memoriam revocatur. Quorum dum culmen aspicio quantum ipse infimus iaceam agnosco. Quorum plurimi conditori suo in secreciori vita placuerunt qui ne per humanos actus a novitate mentis veterascerent eos omnipotens deus huius mundi laboribus voluit occupari. Sed iam que ea prolata sunt melius insinuo si ea que per inquisitionem ac responsionem dicta sunt sola nominum prenotacione distinguo. Petrus

Non valde in Ytalia aliquorum vitam fuisse virtutibus cognovi. Ex quorum comparatione accenderis ignoro. Et quidem bonos viros in hac vita fuisse non dubito signa tamen atqz virtutes aut ab eis facta nequaquam existimo, aut ita sunt hactenus silencio subpressa ut utrum sint facta nesciamus. Gregorius

Si sola Petre referam que de perfectis probatisqz viris vix minus ego homuncio vel bonis ac fidelibus viris attestantibus agnovi vel per memetipsum didici dies ut opinor antequam sermo cessabit. Petrus

Velim querenti michi de eis aliqua narres. Nec enim hac pro re interrumpere expositionis studium grave videatur quia non dissimilis edificatio oritur ex memoria virtutum. In expositione quippe qualiter invenienda et tenenda sit virtus agnoscitur. In narracione vero signorum cognoscimus inventa ac retenta

qualiter declaratur. Et sunt nonnulli quos ad amorem patrie celestis plus exempla quam predicamenta succendunt. Fit vero plerumque in audientis animo duplex adiutorium exemplis patrum quia et amor venture vite ex precedentium comparacione accenditur et se iam esse aliquid estimat dum de alijs meliora cognouerit humiliatur.

Gregorius

Ea que michi sunt virorum venerabilium narracione comperta incunctanter narro sacre auctoritatis exemplo cum michi luce clarius constet quia marcus et lucas Ewangelium quod scripserunt non visu sed auditu didicerunt. Sed ut dubitacionis occasionem legentibus subtraham per singula que scribo quibus michi hec auctoribus sint comperta manifestabo. Hoc vero te scire cupio quia in quibusdam sensum solummodo in quibusdam vero verba cum sensu teneo quia si de personis omnibus ipsa specialiter verba voluissem hec rusticano vsu prolata stilus scribentis non apte susciperet. Seniorum valde venerabilium didici relacione quod narro. Venancij quondam patricij in samnie partibus villa fuit in qua colonus eius filium honoratum nomine habuit qui ab annis ~~pluribus~~ puerilibus ad amorem patrie celestis per abstinenciam exarsit. Cumque tam magna conuersacione polleret se se quoque iam ab ociosos sermone restringebat multum quoque ut prefatus sum per abstinenciam carnem domaret. Die quadam parentes eius vicinis suis conuiuium fecerunt in quo ad vescendum carnes parate sunt quas dum ille ad esum contingere pro amore abstinencie recusaret ceperunt eum parentes eius irridere ac dicere Comede numquid piscem tibi in his montibus allaturi sumus. Illo vero in loco pisces audiri non videri consueuerat. Sed cum in his sermonibus honoratus irrideretur repente aqua in conuiuio defuit. Cum situla lignea sicut illic moris est mancipium ad fontem perexit. Cumque hauriret aquam piscis situlam intrauit. Reuersus quoque mancipium ante ora discumbencium piscem cum aqua fudit qui ad totius diei victum honorato posset sufficere. Mirati sunt omnes tota quoque illa parentum irrisio cessauit. Ceperunt namque in honorato venerari abstinenciam quam ante deridebant. Sicque a dei homine irrisionis detersit obprobria piscis de monte. Qui cum magnis virtutibus cresceret a predicto domino suo libertati donatus est atque in eo loco qui fundis dicitur monasterium construxit in quo ducentorum fere monachorum pater extitit. Ubique vita illius cunctis circumquaque exempla conuersacionis dedit. Nam quadam die ex eo monte qui eidem monasterio in excelso preminebat ingentis saxi moles ~~excussa rupe~~ erupta est que per deuexum montis latus veniens totius ruinam celle omniumque fratrum interitum minabatur. Quam cum venientem desuper sanctus vir vidisset frequenti voce nomen christi inuocans extensa mox dextera signum crucis opposuit eamque in ipso deuexi montis latere cadentem fixit sicut religiosus vir laurencius perhibet. Et quia locus non fuerat in quo inherere potuisset ita apparitur ut nunc usque montem cernentibus casura videatur.

Petrus

Putamus hic tam egregius vir ut post magistro discipulos fieret prius habuit magisterium.

Gregorius

Nequaquam hunc fuisse cuiusquam discipulum audiui sed lege non constringuntur spiritus sancti dona. Usus quidem conuersacionis est ut preesse non audeat qui subesse non didicit. Nec obedienciam subiectis imperet quam prelatis non nouit exhibere. Sed tamen sunt nonnulli qui per magisterium spiritus sancti intrinsecus docentur ut et si eis exterius humani magisterij disciplina

luce

c. primum de honorato abbate

circumquaque

nota

desit magisterii interni censura non
desit. Eorum tamen libertas vite ab
infirmis non est trahenda ne dum
se quisque similiter spiritu sancto imple
tum presumit discipulus hominis esse despici
at et magister erroris fiat. Mens
autem que divino spiritu impletur habet
evidentissime signa sua virtu
tes scilicet et humilitatem. Que utraque
si in una mente perfecte convenerint liquet
quod de spiritus sancti presentia testimonium ferunt.
Sic etiam Johannes baptista ma
gisterium habuisse non legitur neque
ipsa veritas que presentia corporali
apostolos docuit cum corporalibus inter
discipulos aggregavit. Sed quem in
trinsecus docebat extrinsecus quasi in
sua libertate relinquebat. Sic
Moyses in heremo edoctus ab angelo man
datum didicit quod per hominem non
cognovit. Sed ut hec prediximus
infirmis veneranda sunt non imi
tanda. Petrus. Capitulum ij

Placet quod dicis. Sed pe
to ut mihi dicas si tantus
hic pater aliquem discipulum
imitatorem sui reliquit. Petrus.
Vir reverendissimus Libertinus
qui tempore regis Totile e
iusdem Fundensis monasterii
prepositus fuit in discipulatu illius
conversatus est atque eruditus. De
quo cum virtutes multas plu
riorum narratio ita vulgaverit
predictus tamen Laurentius religiosus
vir qui nunc superest et ipso in tempore
illi familiarissimus fuit multa
mihi dicere consuevit ex quibus ea que
recolo pauca narrabo. In eadem
provincia quam supra memoravi
idem vir pro utilitate monasterii
carpebat iter. Cumque Darida Go
thorum comes cum exercitu in locum
eundem venisset dei servus ex
caballo in quo sedebat ab hominibus
eius proiectus est. Qui iumenti per
diti dampnum libenter ferens etiam flagel
lum quod tenebat diripientibus obtulit
dicens: Tollite ut habeatis qualiter iume
tum minare valeatis. Quibus dictis
protinus se in orationem dedit. Cursu autem
rapido predicti ducis exercitus pervenit
ad flumen nomine Vulturnum ubi ceperunt
equos suos singuli hastis tundere et cal
caribus cruentare. Fatigari poterant mo
veri non poterant. Sic quod aquam fluminis
tangere quasi mortale precipitium pertimesce
bant. Cumque diu cedendo sessores sin
guli fatigarentur, unus eorum intulit quod
ex culpa quam servo dei in via fecerunt
illa sui itineris dispendia tollerarent.
Qui statim reversi post se libertinum re
pererunt in oratione prostratum. Cui cum
dicerent: Surge tolle caballum tuum.
Ille respondit: Ite cum bono, ego opus ca
balli non habeo. Descendentes vero invitum
eum invitum cum in caballo de quo
deposuerant levaverunt et protinus
abscesserunt. Quorum equi tanto cur
su illum quem prius transire non poterant
fluvium transierunt ac si ille fluvius
aluens aquam minime haberet. Sic quod
factum est ut dum servo dei unus
suus caballus redditur omnes a singulis
reciperentur. Eodem quoque tempore in Cam
panie partibus Buccellinus cum Francis
venit. De monasterio autem famuli dei
rumor exierat quod multas divicias
haberet. Ingressi oratorium Franci cepe
runt libertinum querere libertinum clamare.
Ubi ille in oratione prostratus iacebat. Mi
ra res. Querentes et sevientes Franci
in ipso ingredientes impingebant et ipsum
videre non poterant. Sic quod sua cecitate
frustrati a monasterio vacui sunt regres
si. Alio quoque tempore pro causa monasterii ab
batis iussu qui venerabili Honorato tunc magistro
successerat Ravennam pergebat. Pro
adire vero eiusdem venerabilis Honorati

quocienscumque libertinus ibat · sp eius caligulã
in sinu portare consueuerat Ita qȝ dū
pergeret accidit ut quedam mulier extincti
filij corpusculū ferret · Que dū seruū
dei fuisset intuita amore filij succensa
iumentum eius per frenū tenebat atque
cū iuramento dixit ¶ Nullatenus recedes
ni filiū meū suscitaueris · At ille in
usitatū huius tale miraculū expauit
petitionis iuramentum declinare mulier
valuit · sed nō preualens hesit animo ¶ Conside
rare libet · quale conflictumque certamen
in eius pectore fuit · Ubi quippe pu
gnabant inter se humilitas continentis
et pietas matris Timor ne inusita
ta presumeret dolor ne orbate mulieri
maior
non subueniret · sed ad aciem dei gloriam
vicit pietas · illud pectus uirtutis quod
ideo fuit ualidū quia deuictū ¶ Uir
tutis enim pectus nō esset si hoc pie
tas nō uicisset · Itaque descendit ge
nua flexit · manus ad celū tetendit /
caligulã de sinu protulit · et super de
functi pueri corpus posuit · Quo orante
anima pueri ad corpus rediit · quem appre
hendit et flenti matri uiuentem reddidit
et iter quod ceperat perrexit · Petrus
Quid nam hoc esse dicimus · uir
tutis tanti miraculi honoris
euenit meritū an petitio libertini · Gregorius
In ostensione tam admirabilis facti cū fide
femine ~~signum~~ utrius conuenit · Utrorū
que atque ideo libertinū ista existimo po
tuisse quia plus didicerat de magistri quam
sua uirtute confidere / Cuius enim caligu
lam in pectore extincti corpusculi po
suit · eius nimirum animam obtinere quod
petebat estimabat / Nam heliseus quoque
magistri palliū ferens atque ad iordanem
ueniens percussit semel et aquas minime
diuisit ¶ Sed cū repente diceret · Ubi
est nunc etiam deus helye percussit
fluuiū magistri pallio et iter inter aquas
fecit / Perpendis petre quantum in ex
hibendis uirtutibus humilitas valet ·
Tunc exhibere magistri uirtutem potuit cum
nomen magistri ad memoriam reduxit
Quia enim ad humilitatem ~~sub magistro~~ subrectam
rediit · quod magister fecerat et ipse
fecit · Petrus
Libet · quod dicis sed queso te
est ne aliud aliquid quod ad hunc
de ipso ad nostram edificationem narres
Gregorius
de paciencia
Est plane si sit qui uelit
imitari / Ego enim uirtutem
paciencie signis et miraculis
maiorem credo / Quadam namque
die is qui post · uenerabilis honorati
exitū monasterij regimine tenebat
contra eundem uenerabilem libertinū in
grauem iracundia exarsit ita ut in
eū manibus excederet · Et quia
uirgam qua eū ferire posset minime
inuenit comprehenso scabello sub
pedaneo ei caput ~~atu~~ tundit ac faciem ac faciem
tumque uultū illius tumentem ac
liuidū reddidit · Qui uehementer
cesus ad stratū proprium tacitus
recessit / Die uero altera pro utilitate
monasterij causa constituta · Exple
tis iam ympnis matutinalibus
libertinus ad lectū abbatis uenit
orationem sibi humiliter petijt · Sciens
uero ille quantum a cunctis honoraretur
et diligeretur quam ei intulerat pro iniuria
recedere eū a monasterio putabat
et requisiuit dicens Ubi vis ire
Qui respondit Monasterij causa consti
tuta est pater quam declinare nequeo
quia hesterno die me hodie promi
si iturum ubi ire disposui ¶ Tunc ille
ex fundo cordis considerans asperitatem
et duritiam suam humilitatem et man
suetudinem libertini de lecto pro
siliit · et pedes libertini tenuit se
que peccasse et reum esse testatus
est · quia tali tanto que uiro tam cru
delem facere contumeliam presumpsisset
At contra libertinus se in terram pro
sternens eius que pede prouolutus
nō illius seuitia sed sue culpe

fuisse referebat qd' pertulerat
Sic qz actum est ut ad magna
masuetudinez producitur pr' et
humilitas discipuli ingra fuerat
magistri Cumqz pro utilitate mo
sterii ad constitutoni cause egressus
fuisset multi viri noti ac nobi
les qui eu sp valde honorabant
vehementer ammirati sollicite require
bant quid hoc esset qz tam tume
tem ac liuida faciez haberet Quibus
ille dicebat hesterno sero petis
exigentibus scabello subpedaneo percu
ssi atqz hoc ptuli Sic qz sanctis
servans in pectore honorem ve
ritatis et mgri sed neqz ptis pro
debat vitiu nec falsitatis me
rebat pctm Petrus

Putas ne vir iste vene
rabilis libertinus de quo tot
signa et miracula retu
listi in tam ampla congregatione imi
tatores sui in virtutibus no reliquit
Iam in Gregorius

Felix qui appellatur curvus
quem ipse cognosti qui eiusdez
monsterii nuper prepositus erat
multa m de fribus eiusdem monsterii
ammiranda narrabat de quibus
aliqua que ad memoriaz veniunt
silentio subprimo qz ad alia festino
Sed unum quod ab eo narra
tum pretermittendum nullo estimo
de fure
In eodem monasterio quidam magne vi
te monachus fuit ortulanus fur vero
venire consueverat et per sepez
ascendere et occulte alia olera
auferre Cumqz ille multa pla
taret que minus inveniret et
alia pedibus conculcata alia di
repta conspiceret totum ortum circuiens
invenit iter unde fur venire
consueverat qui eundem ortum
deambulans reperit etiam ser
pentez Cui precipiens dixit

reduxit dorsu capite pependit ... venit ortulanus pedente fure in sepe reperit

Sequere me Et ad aditum furis perue
niens imperavit serpenti dicens In nomine
domini ihu xpi precipio tibi ut istum aditum
custodias et furem huc ingredi non
permittas. Protinus serpens totum se in
itinere transversum tetendit et ad cella
monachus rediit Cumqz tempore meridiano
cuncti fratres quiescerent more solito fur
advenit sepez ascendit et cum in orto
pedem deponeret vidit subito qz
tensus serpens clausisset viam Et
tremefactus post se metipsum corruit
et pes eius per calciamentum in sude
sepis inhesit Sicqz usqz dum ortulanus veniret
et pendentez furem in sepe reperit
Serpenti autem dixit Deo gratias ago im
plesti quod iussi recede modo Qui
illico abscessit Ad furem non veniens
ait Quid est frater Tradidit te
m deus Quare in labore monachorum
furtum totiens facere presumpsisti Et
hec dicens pedem illius a sepe in
qua inheserat solvit eum qz sine lesione
deposuit Cui dixit Sequere me
Quem sequentem duxit ad orti additum
et olera que furto volebat auferre
cum magna dulcedine prebuit dicens
Vade et hoc furtum non facias sed
cum necesse habes huc ad me ingredere
et que tu pro culpa laborabas tolle ego tibi
devotus dabo Petrus

Nunc usqz ut invenio in cassum
ego non fuisse patres in ytalia qui
signa fecerunt estimabam etc
Gregorius ca iij de Equicio

Fortunati viri venerabilis abbatis
monasterii quod appellatur bal
neum cyceronis aliorumqz etiam virorum
venerabilium didici relatione quod narro
Vir sanctus quidam Equicius nomine
in valerie partibus fuit qui pro vite
sue merito apud omnes illic magne am
miracionis habebatur cui fortunatus idem
familiariter notus fuit Qui nimi
rum Equicius pro sue magnitudine sanctitatis

multorū in ead' prouincia pr̄ exti
tit hunc cū iuuentutis sue tēptāti ē
tamīe incētiua fatigarent ipē sue
tēptationis angustie ad orōis stu
diū cum solerciorem fecerūt. Cūq̄
omipotēti deo remediū cōtinuis p̄cib9
quereret nocte quadā assistente an
gelo eunuchizari se vidit. eius q̄
visionī apparuit q̄ omēz motum
ex genitalibus eius mēbris absideret
atq̄ ex eo tpē. ita alien9 fuit a tēp
tatione ac si sexū non hēret in corpē.
Qua uītute fretus ex dei adiutoris
auxilio ut viris an̄ p̄erat. sic ta ce
pit postmodum feminis p̄esse. Nec
tn̄ discipulos suos amonē cessabat
ne exō eius s' facile in hac re cre
deret et casuri tēptarent donū qd'
uo accepissent. ¶ Ego aūt tpē quo male
fici in hac Romana st' urbe depre
hensi. Basilius qui in magicis opi
bus p̄mus fuit in monachico habitu
fugiens valeriā petyt. Qui ad vi
rū reuerentissimū castorium amiternine
ciuitatis Epm̄ p̄gens petyt ab eo
ut cū equicio abbati cōmitteret ē socia
dum monsterio illius cōmedaret. Tunc
ad monsteriū Epūs venit secū q̄ Ba
siliū monachum adduxit. Et equitium
dei famulū ut eundem monachū in cō
gregatiōe susciperet rogauit. Quē statī
vir sctūs intuens ait. Hunc quez cō
mendās pr̄ ego non video monachū
esse sed dyabolum. Cui ille r̄ndit. Occa
sionē queris ne debeas p̄stare qd' peteris
Ad quez dei famulus ait. Ego quidez
denūcio hoc. qd' eū esse video. ne tn̄
me nolle obedire existimes facio qd'
iubes. Susceptus itaq̄ in monsterio ē.
Cū vō post multos dies idez dei
famulus pro exhortatiōis ad desideria
superna fidelibus paulo longius a cel
la egressus est. Quo discedēte con
tigit ut in monsterio virginum in quo eiusdē
p̄ris cura vigilabat. vna earū que
iux carnis huius putredinem speciosa
videbatur. febricitare incepit et
vehementer anxiari. inagmis q̄ vo
cibus et stridoribus clamare.
Modo morituta sum nisi Basilius
monachus veniet et ipē michi per
sue curacōis studiū salutez red
dat. Sed in absencia p̄ris eorū
quisq̄ monachorū in congregatiōnez
virginū minime audebat. q̄nto minus
ille q̄ nouus aduenāt eius ad hūc
vitā fratrū congregacionis nesciebat.
Missū q̄ est repēte ad dei famulū
Equitiū nunciatū q̄ est ei q̄ scīmo
nial' illa inmensis febribus estuaret
et basilij monachi visitatiōz anxie
quereret. Quo audito vir sctūs de
dignādo subrisit atq̄ ait. Nunq̄ non
dixi q̄ dyabolus esset iste monachus
ite et eū de cella expellite. De an
cilla vō dei q̄ anxietate febriū vr
getur. Nolite esse solliciti. quia ex hac
hora neq̄ febribus laboratura est neq̄
Basiliū quesitura. Regressus ē monachus
et ea hora saluti r̄stitutā dei
virginē agnouit. qua eand' salutez
dei famulus equicius longe positus pre
dixit. et ex uītute miraculi exēplum
tenens magistri q̄ inuitatus ad filium
reguli eū solo vbo r̄stituit saluti.
ut reuertens pater ea hora filiū
restitutū vite cognouit qua
vitā illius ex ore ueritatis audisset
Qs aūt monachi iussione sui p̄ris
explentes Basiliū ex monsterio re
pulerūt. Qui repulsus fregit' clā
bat cella equicij magicis artibus
in aera suspendisse. nec tn̄ eius
quēpiam potuisse ledere. Qui p̄t
longū tpūs in hac Romana
vrbe exardescente zelo xp̄iani
p̄pli igne crematus est. ¶ Quadā de gula
uō die vna dei famula ex eod
monsterio virginū ortū ingressa est
que lactucā conspiciens concupiuit. eā
q̄ signo crucis bndicē oblita est.
ē momordit auide ē arrepta a dyabolo

protinus recessit. Cumque vexaretur
eidem patri equitio sub celeritate nun-
ciatum est, ut veniret citius et oran-
do occurreret. Moxque ut ortum idem
pater ingressus est, cepit ex eius ore
qui satisfaciens qui hanc arripuerat
dyabolus clamare dicens: Ego quid feci
ego quid feci? Sedebam mihi super
lactucam venit illa et momordit
me. Cui cum graui indignatione vir dei
precepit ut abscederet et locum in omnipo-
tentis dei famula non haberet. Qui
protinus abscessit nec eam contingere
ultra valuit.

De eodem de Felice Ursinie

Quidam uero Felix nomine Ursie
prouincie nobilis, pater huius
Castorii qui nunc nobiscum in
hac Romana urbe demoratur
cum eundem virum dei nullum sacrum
ordinem habere conspiceret et per
singula loca discurrere studiosissime
predicaret, quadam die familiaritatis
ausu eum adiit dicens: Qui sacrum
ordinem non habes atque a Romano
pontifice sub quo degis predicandi
licentiam non accepisti, predicare quo-
modo presumis? Qua eius inquisitione
compulsus vir sanctus indicauit pre-
dicationibus licentiam qualem accepit
dicens: Ea que tu loqueris ego
quoque mecum ipse pertracto. Sed nocte
quadam speciosus mihi astitit iuuenis
per visionem atque in lingua mea me-
dicinale ferramentum, id est fleubothomum, — *ferramentum*
posuit dicens: Ecce posui verba
mea in ore tuo, egredere ad predi-
candum. Atque ex illo die si voluero
de deo tacere non possum.

Petrus

Velim patris huius etiam opus
agnoscere qui fertur talia
dona percepisse. Gregorius

Opus Petre ex dono est, non
donum ex opere, alioquin gratia iam
non est gratia. Omne quippe opus dona
preueniunt quamuis ex subsequenti
opere ipsa etiam dona succrescant.
Ne tamen vite eius cognitione fraudemini,
huius reuerentissimus Castorius ecclesie
antistes agnouit et supersunt adhuc
multi qui eum scire potuerunt. Sed plus — *quod quere*
est operis quod queritis. Sic concorda-
bat vite mundicia cum studio predicandi.
Tantus quippe illum colligendarum deo
animarum feruor accenderat ut sic monasteriis
preesset quatenus per ecclesias, per vicos,
per castra, singulorum quoque fidelium domus
circumquaque discurreret et corda audientium
ad amorem celestis patrie excitaret. E-
rat autem valde vilis in vestibus atque
despectus ut si quis fortasse nesciret
salutatus etiam resalutare despiceret.
Et quotiens ad alia tendebat loca iu-
mento sedere consueuerat quod despicabilius
omnibus in cella inueniri potuisset. In
quo etiam capistro pro freno et vervecinis — *vervecina*
pellibus pro sella utebatur. Per
semetipsum sacros codices in pelliceis
sacculis missos dextro et leuo latere
portabat et quocumque peruenisset scriptura-
rum aperiebat fontem et rigabat prata
mentium. Huius quoque opinio predicationis
ad Romane urbis notitiam peruenit,
atque ut est lingua adulantium auditoris sui a-
nimam amplectendo necans, eo tempore clerici
huius sedis apostolice antistiti adulando
conquesti sunt dicentes: Quis est iste ru-
sticus qui auctoritatem sibi predicationis arri-
puit et officium nostri domini apostolici sibimet
usurpare indoctus presumit? Mittatur
ergo si placet qui eum huc exhibeat ut
quis sit ecclesiasticus ordo agnoscat.
Sicut autem opus est ut occupato in multis
animo adulatio valde surripiat, si ab
ipso cordis ostio non fuerit citius re-
pulsa, suadentibus clericis pontifex
consensum prebuit ut ad Romanam ur-
bem adduci debuisset et que nam esset
sua mensura. Iulianum autem tunc defenso- — *cognosceret*
rem mittens qui Sabinensi ecclesie postmodum
in episcopatu prefuit. Hoc tamen precepit ut
cum magno honore eum deduceret. Ne

quadam dei famulus ex conventione
eadem (Valerie) iniurie sentiret. Cum pariter de
deo dicto votis contentus (conatis) nolens fe-
stine ad eius monasterium cucurrit ab-
sente eo antiquarios scribentes repperit
ubi abbas esset inquisivit. Qui di-
xerunt in valle hac que monasterio
subiacet fenum secat. Idem vero Iuli-
anus superbum valde atque contumacem
puerum habuit cui vix poterat vel
ipse dominari. Hunc ergo misit ut eum ad
se sub celeritate perduceret. Perrexit
puer et tumido spiritu pratum velociter
ingressus omnes qui illic fenum
secabant requisivit quis nam esset Eq-
uitius. Mox quod ut audivit quis esset
adhuc longe positus aspexit et
immenso timore correptus est.
cepit que tremere lassescere se que ipsum
in tanto gressu vix posse portare.
Cum tremens pervenit ad dei hominem
atque eius vestigiis genua devote amplexatus
humiliter strinxit suumque dominum ei occur-
risse nuntiavit. Cui resalutando
dei famulus precepit dicens. Leva
fenum viride porta pabulum iumentis
ecce ego quia parum superest opere
expleto te subsequar. Is autem qui
missus fuerat Iulianus defensor
mirabatur valde quid nam esset
quod tardius moraretur puer. Et ecce
eum redeuntem puerum conspexit atque
in collo fenum ex prato deferentem
vehementer iratus cepit clamare
dicens. Quid est hoc ego te misi
hominem adducere non fenum portare.
Cui respondit puer. Quem queris ec-
ce subsequitur. Ecce tunc vir dei
clavatis calciatus caligis falcem
fenariam (fenariam) in collo deferens veni-
ebat. Quem adhuc longe positum
puer suo domino quia ipse esset qui que-
reretur indicavit. Ipse vero Iulianus
repente ut vidit dei famulum ex
ipso habitu despexit, eumque qualiter
debebat alloqui per tantam mentis superbiam abnuebat

Mox vero ut servus dei cominus
affuit eiusdem Iuliani animo intolle-
rabilis pavor (irruit) ita ut tremeret
et ad insinuandum hominem ad quod
venerat vix lingua sufficere potu-
isset. Cum humiliato mox spiritu
ad eius genua cucurrit et orari
pro se fieri petiit et quia eum
apostolicus pontifex cum videre vellet in-
dicavit. Vir autem venerandus Equitius
cepit immensas gratias omnipotenti
deo agere asserens quod se per summum
pontificem gratia superna visitaret.
Illico vocavit fratres precepit quod
hora eadem iumenta parari atque
executorem suum cepit vehementer
urgere ut statim exire debuisset.
Cui Iulianus ait. Hoc fieri nulla-
tenus potest quia lassatus ex iti-
nere hodie non valeo exire. Cui
ille respondit. Contristas me fili quia
si hodierna die non egredimur
iam crastina non exibimus. Dei
itaque famulus executoris sui
lassitudine coactus in monasterio
die ac nocte eadem demoratus est.
Cum ecce sequenti die sub ipso lucis
crepusculo equo vehementer fati-
gato in cursu ad Iulianum per-
venit cum epistola in qua ei preceptum
est ne contingere servum dei vel
movere de monasterio auderet.
Quem cum ille requireret cur esset
sententia mutata cognovit quia ead-
em qua ipse illuc executor missus
est nocte per visionem vehementer
pontifex pontifex fuerat [illegible]
tur ad exhibendum hominem dei
mittere presumpsisset. Qui pro-
tinus surrexit se que viri vene-
randi orationibus commendans ait.
Rogat pater ut ne fatigari debeatis.
Quod cum hec dei famulus audisset
contristatus ait. Nunquid non die
hesterno dixi quia si statim

non premus ea parte mun
licaret. Dum pro caritatis exhi
bicõe aliquantulũ executore sui
in cella ẽtinuit / et q laboris sui
comodũ coacto remitenti q dedit
Cognosce q petre in q̃nta dei
custodia sit qui in hac vita sei
psos despicẽ noverũt. tu quibus
cumbus intus in honoẽ numerant
/ qui despecti foris hominibus non
erubescunt ac cõtrario in dei
ocul' iacent qui apud suos . et
primor oculos p mains glĩe
appetitũ tument / Unde 7 viitas
dicit quibusdaz. Vos estis qui
iustificatis vos metipos coram
hoĩbus / deus aut novit corda
urã. q quod hoĩbus altũ est
abhominabile est apud deum

Petrus

Miror valde q de tali viro
subripi tãto potuisti potu
erit

Gregorius

Quid miraris petre qu
fallimur quia hoĩes sumus
An mẽte excidit q david
qui phetie spm hre consueuãt
cõtra innocentem Jonathe filii se
tentiã dedit cũ uba pueri me
tientis audiuit Quod tñ quia
per david fctm est et occulto
dei iudicio iustũ credimus et
tñ huãna ratõe qualit' iustum
fuit non videmus / Quid ergo
mira si ore mentientiũ aliquando
in aliud ducim' qui phẽ non
sumus. Multum uõ est q uniu
cuiusq presulis mẽtem densi
tas devastat. Cũq anĩs divi
dit' ad multa fit minor ad
singula et tanto ei in una q
libet re subripitur q̃nto latius
in multis occupat' / Petrus
Certa sunt valde que dicis

Gregorius

Silere non debeo quod de hoc
viro / abbate quodam meo re
uerentissimo valẽtino narrãte
cognovi / Dicebat nãq quia corpus
eius. dum in bti laurentij mris oratorio
esset humatũ super sepulcrũ illius
rusticus quidã archam cũ frumto
posuit / nec q̃ntus qualis q vir illic
iacet. pendẽ ac vereri curauit / Cũq
repente turbo celitus factus rebus oĩbus
illic in sua stabilitate manentibus ar
chã q supposita eius sepulcro fuerat
extulit longe q proiecit ut palam
cunctis cognoscerẽt q̃nti esset meriti is
cuius corpus illic iacebat / Hoc etiã
que subiungo predicti venlis viri for
tunati q valde michi etate ope et
simplicitate placet relatõe cognovi
eandez valeriã provinciã longobar
dis intrantibus ex monasterio reuerentis
simi viri equitij in pdicto oratorio
ad sepulcz eius mõchi fugerũt / Cũ
q longobardi seuientes oratoriũ in
trassent ceperũt eosdẽ mõchos fo
ras trahẽ ut eos ꝑ aut per torm
ta distruerent aut gladijs necarent .
quor unus ingemuit atq acri dolõe
cõmotus clama' Ne sõte equiti pla
ceat tibi ut trahamur et nõ defen
das nos Ad cuius uocẽ protinus seuie
tes longobardos inmũdus spũs inua
sit qui corruẽtes in trãm. tam diu ve
xati s' quousq etiã cuncti hoc qui
foris erãt longobardi cognoscerẽt /
q̃tus sacrũ locũ ulterius temerare
nõ auderent. Sic q vir sctus dũ di
scipulos defendit etiã multis post
remediũ illic fugientibus pbuit

De Costancio et q̃drõgesimo (in defectu)

Gregorius

Cuiusdaz coepi mei relatõe di
dici quod narro qui anthoni
tana urbe per annos multos
in mõchico habitu deguit ibi q vita

ecclia
virtute
masinarii

Non mediocriter religiosam duxit vitam quidam nostri iam prouectioris etatis qui ex eisdem sunt partibus attestantur. Iuxta eandem namque ciuitatem ecclesia beati stephani martiris sita est in qua uirtute venerabilis constantius nomine mansionarii functus officio seruiebat. Cuius sanctitatis opinio se se ad notitiam hominum longe lateque extendit. Quia isdem vir terrena funditus despiciens toto adnisu mentis ad sola celestia flagrabat. Quadam vero die dum in eadem ecclesia oleum deesset, et predictus dei famulus unde lampades accenderet non haberet, omnes lampades ecclesie impleuit aqua atque ex more in medium papirum posuit quas allato igne succendit sicque aqua arsit in lampadibus ac si oleum fuisset. Perpende ergo petre cuius meriti vir iste fuit qui necessitate compulsus elementa mutauit etc.

Petrus

Mirum ualde est quod audio sed velim nosse cuius humilitatis intus apud se potuit iste esse qui tante excellentie foris fuit

Gregorius

Inter uirtutes animi congrue requiris quia multum est quod temptationes sua mentes intus lacessiunt. minus quam foris fuit. Sed si constantii huius venerabilis unum quod audies fecit cuius humilitatis fuit citius agnoscis etc.

Petrus

Postquam facti illius miraculum tale dixisti superest etiam ut me de humilitate mentis eius edifices.

Gregorius

Quia ualde opinio eius sanctitatis excreuerat. multi hunc ex diuersis prouinciis anxie uidere sitiebant. Quadam uero die ex longinquo loco ad videndum eum quidam rusticus uenit. Eadem uero hora casu contigerat ut sanctus vir stans in ligneis gradibus reficiendis lampadibus deseruiret. Erat autem pusillus ualde et exili forma atque despecta. Cumque is qui ad videndum eum venerat quis nam esset inquireret obnixe petiit ut sibi ostendi debuisset. Hii uero qui illum nouerant monstrauerunt quis esset. Sed sicut stulte mentes hominum meritum ex qualitate corporis metiuntur cum pusillum atque despectum uidens ipsum hunc esse cepit omnino non credere. Sin mente rustica inter hoc quod audiebat et uidebat quasi facta fuerat quedam rixa et estimabat tam breuem per visionem esse non posse quem tam ingentem habuerat per opinionem. Cui ipsum esse dum a pluribus fuisset attestatum despexit et irrisit dicens Ego hunc grandem hominem credidi iste autem de homine nichil habet. Quod ut vir dei constantius audiuit lampades quas reficiebat protinus letus relinquens concitus descendit atque in eiusdem rustici amplexum ruit eumque ex amore nimio cepit constringere et osculari et magnas ei gratias agere quod de se talia iudicasset dicens Tu solus in me oculos apertos habuisti. Ex qua re pensandum est cuius fuit apud se humilitatis qui despicientem se rusticum amauit. Qualis enim quisque apud se lateat illata contumelia probat. Nota Nam sicut superbi honoribus sic humiles despectione sua congratulantur. Cumque se aliorum oculis viles aspiciunt ideo congratulantur quia hoc iudicium non confirmari intelligunt quod apud semet ipsos habuerunt.

Petrus

Ut cognosco vir iste magnus foris fuit in miraculis sed maior intus in humilitate.

Gregorius

Eiusdem quoque anthomitane
ecclesie antistes vir vite ven[erabilis]
Marcellinus fuit cuius gressum
nimio dolore podagra contraxerat
eumque familiares sui sicubi necesse
esset in manibus ferebant. Qua-
dam vero die per culpam incurie
eadem civitas anthomitana succensa
est. Cumque vehementer arderet con-
tucurrerunt omnes ut ignem extinguerent.
Sed aquam illis certatim proicientibus
crescebat flamma ut iam totius
urbis interitum minari videretur.
Cumque proximiora sibi loca queque
ignis invaderet et iam urbis partem
non modicam consumpsisset et obsi-
stere nullus valeret deductus
in manibus episcopus venit et tan-
ta periculi necessitate compulsus
familiaribus suis se portantibus
precepit dicens: Contra ignem me
ponite. Quod ita factum est atque
in loco est positus ubi tota
vis flamme incumbere videbatur.
Cepit autem incendium miro modo
in semetipsum retorqueri ac si re-
flexione sui impetus exclamaret
se episcopum transire non posse. Sic
que factum est ut flamma incendii
illo termino refrenata in semet-
ipsa refrigesceret et contingere
ulterius quicquam edificii non valeret.
Perpendis Petre cuius sanctitatis
fuit egrum hominem sedere et orationibus
domare flammas premere. Petrus
Et perpendo et obstupesco.

Gregorius

De vicino nunc loco tibi a-
liquid narrabo quod viri ve-
nerabilis Maximiani episcopi
et Lauionis que nosti veteran[or]um
in monachi qui utreque usque nunc
superest relatione cognovi quod lauiro (lenunio)

est in eo monasterio quod unde Lepisma
urbe subpentomia vocatur ab Ana-
stasio sanctissimo viro nutritus est.
Eiusque. Nimirum Anastasius vite ve-
nerabilis viro Nonnoso prepositio monasterii
quod in Soracte monte situm est et
propinquitate loci et moribus magnitudine
et totum studiis assidue iungebatur.
Idem vero monachus sub abbate primo sui
monasterii degebat. Sed et eius mores
mira se equanimitate tollabat sic que
fratribus in mansuetudine pararat ut
cerebro prius iracundiam ex humilitate
mitigaret. Quia vero eius monasterium
in summo montis cacumine situm est ad
quelibet parum ortum fratribus excolendum
nulla planities patebat. Unus at
brevissimus locus in latere montis ex-
creverat quem ingentis saxi naturaliter
egrediens moles occupabat. Quadam
die dum Nonnosus vir venerabilis cogi-
taret quod saltim ad condimenta ole-
rum nutrienda locus iste aptus potuisset
existere si huic moles saxi illius non
teneret occurrit animo quia eandem mo-
lem quinquaginta paria boum movere
non possent. Cumque de humano labore esset
fratrum desperatio ad divinum se solatium con-
tulit se que illuc nocturno silentio
in orationem dedit. Cum mane facto ad
eundem locum fratres venerunt et invene-
runt molem tante magnitudinis ab eo
loco longius recessisse suo que recessu
largum spatium fratribus dedit. Alio
quoque tempore cum isdem vir venerabilis
lampades vitreas in oratorio lavaret
una ex eius manibus cecidit que
per minutas partes confracta dissi-
luit. Qui vehementer prius monasterii fu-
rores metuens lampadis omnia fragmen-
ta protinus collegit atque ante posuit
se que cum gravi gemitu in orationem dedit.
Cumque in oratione caput levasset sanam
lampadem repperit quam timens per fragmenta

colligeret. Sic quod in duobus miraculis duorum patrum virtutes est imitatus in mole scilicet saxi fratrem Gregorii qui montem movit et in reparatione lapidis virtutem donati qui fructum calicis pristine incolumitati restituit.

Petrus

Habemus ut video in exemplis de veteribus nova. Gregorius miracula

Vis aliquid in operatione Nonosi de imitatione helisei cognoscere. Petrus

Volo atque cupio. Petrus

Gregorius

De exuberantia olei

Quadam die vetus oleum in monasterio defecisset itaque colligende olive tempus incuberet sed fructus olivarum nullus appareret. Visum patri monasterii fuerit ut circumquaque fratres in colligendis olivis ad exhibenda extraneis opera pergerent quatenus ex mercede sui operis aliquantulum monasterio dei deportarent. Quod vir dei Nonosus cum magna humilitate fieri prohibuit ne exeuntes fratres ex monasterio dum lucra olei quererent animarum dampna paterentur. Sed quia in monasterii arboribus pauce olive ad messe videbatur eas colligi precepit et in prelum mitti et quamlibet parum olei exire potuisset sibimet deferri. Factum quod ut susceptum in parvulo vasculo oleum fratres Nonoso dei famulo deferrent quod ipse ante altare posuit cunctis quod egredientibus orávit atque aversis postmodum fratribus precepit ut quod detulerunt oleum levarent et per cuncta vasa monasterii exigue fundendo dividerent. Quatenus benedictione eiusdem olei vasa omnia infusa viderentur. Que protinus ut erant vacua fecit claudi die vero alia aperta omnia reperta plena sunt.

Petrus

Probamus cottidie impleri verba veritatis quibus ait pater meus usque modo operatur et ego operor etc. Gregorius

viii c de anastasio abbate

Eodem tempore vir venerabilis Anastasius cuius superius memoriam feci sancte Romane ecclesie cum deo auctore de servio notarius fuit. Qui deo vacare desiderans seculum deseruit monasterium elegit atque in eo loco quem prefatus sum qui sub Petonia vocatur per annos multos in sanctis actibus vitam duxit eidemque monasterio solerti cura prefuit quo videlicet loco ingens desuper rupis eminet et profundum desuper precipitium patet. Quadam vero die cum iam omnipotens deus huius venerandi viri Anastasii labores remunerare decrevisset ablata rupe vox facta est que producto sonitu clamaret dicens Anastasi veni. Quo vocato alii quoque septem fratres ex nomine sunt vocati parvo autem momento ea que fuerat emissa vox siluit et octavum fratrem vocavit. Quas dum aperte voces congregacio audisset dubium non fuit quia eorum qui vocati fuerant obitus propinquasset. Intra paucos igitur dies venerandus vir Anastasius primus ceteri autem eo ordine ex carne educti sunt quo de rupis vertice fuerant vocati. Ille vero ille ad quem vocandum vox parum siluit atque ita eum nominavit morientibus aliis paucis diebus vixit et sic vitam finivit ut aperte monstraretur quia interiectum vocis silentium parvum spacium vivendi signavit. Sed mira res gestus est quod dum venerabilis

Petrus

viij c de anastasio abbate

dum vir Anastasius de corpore exiret
erat quidam frater in monasterio qui
ei superstes cum viro nolebat. Provolu
tus vero eius pedibus cepit cum
lacrimis a deo postulare dicens
Per illum te obsecro ad quem va
dis ne septem dies super te faciam
Ante cuius septimum diem etiam
ipse defunctus est qui tamen in illa
nocte inter ceteros non fuerat vo
catus ut aperte clarresceret quia
eius obitum sola venerabilis ana
stasii intercessio obtinere potuisset.

Petrus

Cum isdem frater vocatus inter
ceteros non est et tamen sancti
viri intercessione ex hac luce
subtractus quid aliud datur in
telligi nisi quod hii qui apud deum
magni sunt meriti obtinere ali
quando possunt etiam ea que non
sunt predestinata etc. Gregorius

Nota Optineri nequaquam possunt que
predestinata non fuerint sed
ea que sancti viri orando
efficiunt ita predestinata sunt ut
precibus obtineantur. Nam ipsa quoque
perhennis regni predestinacio ita
est ab omnipotenti deo disposita ut
ad hoc electi ex labore perveniant
quatenus postulando mereantur acci
pere quod eis omnipotens deus ante
secula disposuit donare

Petrus

Probari mihi apertius velim si
potest predestinatio precibus ad
iuvari etc. Gregorius

Hoc quod ego Petre intuli citius
valet probari. Certe enim no
sti quod ad Abraham dominus di
xit In ysaac vocabitur tibi semen
cui etiam dixit Patrem multarum gen
tium te constituam. Cui rursum prom
isit dicens Benedicam tibi et
multiplicabo semen tuum sicut stellas
celi et velut arenam in littore maris
Ex qua re constat aperte quia omnipotens deus
semen Abrahe multiplicare per ysaac pre
destinaverat et tamen scriptum est deprecatus
est ysaac dominum pro uxore sua eo quod
esset sterilis qui exaudivit eum et dedit conce
ptum rebecce. Si ergo multiplicacio generis
abrahe per ysaac predestinata fuit cur
sterilem coniugem accepit. Sed nimirum constat
quia predestinacio precibus impletur quando is in quo
deus multiplicare semen Abrahe predesti
naverat obtinuit orando ut filios habere
potuisset etc. Petrus

Quia secretum ratio aperuit nichil mihi
dubietatis remansit. Gregorius

Vis ut aliquid tibi de Tuscie partibus
narrem ut cognoscas quam
magni viri fuerint et omnipotentis
dei noticie quam proximi. Petrus

Volo atque hoc omnimodo exposco.

Gregorius

Fuit vir venerabilis vite Boni
facius nomine qui in ea civitate que
ferentis dicitur episcopatus officium tenuit et
moribus implevit. Huius multa miracula
is qui adhuc superest gaudencius presbi
narrat qui in eius obsequio nutritus est
tanto quod valet de illo verius inferre. Huius
ecclesie gravis valde paupertas inerat
que bonis mentibus esse solet custos hu
militatis. Nichil quod aliud ad omne stipen
dium nisi unam tantummodo vineam habuit.
Que quadam die ita grandine irruente
vastata est ut in ea vix parvi racemi
rari quidam remanerent. Quam autem pre
dictus vir reverentissimus Bonifacius episcopus
fuisset ingressus magnas omnipotenti
deo gratias retulit quod in ipsa sua inopia
adhuc se se angustari cognovit. Sed cum
iam tempus exigeret ut ipsi quoque racemi qui
remanserant remanserunt maturescere
potuissent custodem vinee ex more posu
it eum quod sollerti vigilancia servari pre
cepit. Quadam vero die iussit Constancio
presbitero nepoti suo cuncta vini vascula

ix capitulum de bonifacio episcopo

veracius dixit quanto eis hoc contigit et interfuisse

De predestinacione

de vino multiplicato

in episcopio omnia que dolia ita ut ante consueuerat superfusa parte pararet Quod cum nepos illius presbiter audiret admiratus est ualde quod quasi insana mente preciperet Ut uini uascula prepararet Quia uinum minime haberet Nec tamen presumpsit inquirere cur talia iuberet sed iussis obtemperans omnia ex more preparauit Tunc uir dei uineam ingressus racemos collegit et ad calcatorium detulit omnes que inde exire precepit et solus ibi cum paruo puerulo remansit quem in eodem calcatorio posuit et calcare ipsos paucissimos racemos precepit Cumque ex eisdem racemis paruum aliquid uini defluere cepit hoc uir dei suis manibus in paruulo uase suscipere et per cuncta dolia uasa que omnia que preparata fuerant pro benedictione diuidere ut ex eodem uino uascula uix infusa viderentur Cum uero ex liquore uini paucum aliquid in uasa omnibus misisset uocato presbitero protinus iussit pauperes adesse Tunc cepit uinum in calcatorio crescere ita ut omnia que allata fuerant pauperum uascula implerent Quibus dum se prouince satis sensisse conspiceret ex calcatorio iussit puerum ascendere et apothecam clausit atque impresso sigillo munitam reliquit moxque ad ecclesiam rediit Tercia uero die predictum presbiterum Constancium uocauit et oratione facta apothecam aperuit et uasa in quibus tenuissimum liquorem fuderat uberius uinum fundencia inuenit ita ut pauimentum omne excrescencia inuaderet si adhuc episcopus tardius intrasset Tunc sub districtione posito precepit ne quousque in corpore uiueret hoc miraculum cuilibet indicaret videlicet pertimescens ne in uirtute facti humano fauore pulsatus inde interius marcesceret unde foris hominibus magnus appareret Exemplum etiam magistri sequens qui ut nos ad uiam humilitatis instrueret de semetipso discipulis precepit dicens ut ea que vidissent nemini dicerent quousque filius hominis a mortuis resurrexisset

Petrus

Quia occasio aperta se prebuit libet inquirere quidnam sit quod redemptor noster cum duobus cecis lumen reddidit iussit ut nemini dicerent et abeuntes illi diffamauerunt eum in tota terra illa Numquid unigenitus dei filius patri et spiritui sancto coeternus hac in re uelle habuit quod non potuit impleri Ut miraculum quod taceri uoluit minime potuisset abscondi etc.

Gregorius

Redemptor noster per mortale corpus omne quod egit hoc nobis in exemplo actionis prebuit ut pro nostrarum uirium modulo eius uestigia sequentes inoffenso pede operis presentis uite uiam carpamus Miraculum namque faciens tacere iussit et tamen taceri non potuit Ut uidelicet electi exempla doctrine eius sequentes in magnis que faciunt latere quidem in uoluntate habeant sed ut prosint aliis prodantur inuiti quatenus et magne humilitatis sit quod sua opera taceri appetunt et magne edificationis sit ut eorum opera taceri non possint Non ergo dominus uoluit quicquam fieri quod non posse fieri presciuit impleri sed quid uelle eius membra debeant quidve de eis etiam nolentibus fiat doctrine magisterio exemplum dedit etc.

Petrus

Placet quod dicis

Gregorius

Adhuc pauca de Bonifacii episcopi opere supersunt que eius memoria famulus exequamur Alio namque tempore beati Proculi martiris Natalicius propinquabat dies quo in loco uir nobilis Fortunatus nomine manebat qui magnis precibus ab eodem uenerabili uiro postulauit ut cum apud beatum martirem missarum solempnia ageret ad benedictionem dandam in suam domum declinaret Vir autem dei negare non potuit quod ab eo Fortunati mente caritas poposcit Peractis igitur solempniis cum ad predictam Fortunati mensam uenisset priusquam deo ymnum

viii

s

de constancio presbitero

diceret sic quasi ludendi arte solet victum querere repente ad ianuam virum simia astitit et cimbala percussit. Quem vir sanctus sonitum audiens despiciens dixit heu heu mortuus est miser iste mortuus est miser. Ego ad mensam refectionis veni os adhuc ad laudem dei non aperui et ille cum symia veniens cymbala percussit. Subiunxit tamen atque ait. Ite et pro caritate ei cibum potum que tribuite scitote tamen quia mortuus est. Qui infelix vir dum panem et vinum ex eadem domo percepisset egredi ianuam voluit sed ingens saxum subito detectum tetigit cecidit ei quod in verticem venit Ex qua percussione prostratus in manibus iam semivivus levatus est. Die vero altera secundum viri dei sententiam funditus vitam finivit. Qua in re pensandum est petre quantus sit sanctus viris timor exhibendus. Templa enim dei sunt et cum ad iracundiam sanctus vir trahitur quis alius ad irascendum nisi eiusdem templi inhabitator excitatur. Tanto est ergo metuenda ira iustorum quanto et constat quia in eorum cordibus ille presens est qui ad inferendam ultionem quam voluerit invalidus non est. Alio quoque tempore predictus Constancius presbiter nepos eius equum suum duodecim aureis vendidit quos in propriam archam pones ad gerendum aliquod opus discessit. Cum subito ad episcopum pauperes venerunt qui importune petebant ut eis sanctus vir ad consolacionem sue inopie aliquid largiri debuisset. Sed vir dei quia quod tribueret non habebat estuari cepit in cogitacione ne ab eo pauperes vacui exirent. Cui subito ad memoriam rediit quia Constancius presbiter nepos eius equum quem sedere consueverat vendidisset atque precium in archa sua haberet. Absente igitur eodem nepote suo accessit ad archam atque violenter claustra arche comminuit et duodecim aureos tulit eos que indigentibus divisit. Itaque Constancius presbiter reversus ex opere archam fractam reperit et caballi sui precium quod illuc posuerat cum non invenit cepit cum magna voce perstrepere et cum furore nimio clamare. Omnes hic vivunt solus ego in hac domo vivere non possum. Ad cuius vocem venit episcopus et omnes qui in eodem episcopio aderant. Cumque eum vir dei blanda locucione placare voluisset cepit ille cum iurgio respondere dicens. Omnes tecum vivunt solus ego hic ante te vivere non possum redde michi solidos meos. Quibus vocibus episcopus commotus beate marie semper virginis ecclesiam ingressus est et elevatis manibus extensis que vestimentis cepit orare ut ei redderetur unde presbiteri furentis insaniam mitigare posset. Cumque oculos ad vestimentum suum inter extensa brachia reduxisset repente in sinu suo duodecim aureos invenit ita fulgentes tamquam si eadem hora ex igne fuissent educti. Qui mox de ecclesia egressus eos in sinum furentis presbiteri proiecit dicens Ecce habes solidos quos quesisti. Sed hoc tibi notum sit quia post mortem meam huius ecclesie episcopus non eris propter avariciam tuam. Ex qua sentencie veritate colligitur quia eosdem solidos presbiter pro adipiscendo episcopatu paraverat. Sed viri dei sermo prevaluit. Nam idem constancius in presbiteratus officio vitam finivit. Alio quoque tempore duo ad eum gothi hospitalitatis gratia venerunt qui Ravennam se festinare professi sunt. Quibus ipse parvum vas ligneum vino plenum manu sua prebuit quod fortasse in prandio itineris habere potuissent. Ex quo ibi quousque Ravennam pervenerunt gothi biberunt. Aliquantis diebus in eadem civitate morati sunt et vinum quod a sancto viro acceperunt quotidie in usu habuerunt. Sic quia usque ad eundem venerabilem

Margin notes: percussit; de avaricia presbiteri

I

[illegible] hec itaq[ue] [illegible] in hospitii vestibulo

ptem fecites teiusi sunt ut nullo die
cessarent bibere et tn̄ eis vinū ex illo
nūq̄ deesset / ac si in illo vasculo ligneo
quod epūs dederat vinū non augetur
sed nascetur. Nuper q[uo]q[ue] de eiusdez loci
partibus senex quidā clerus aduenit q[ui]
ea de illo narrat que nō sūt silencio p[re]-
menda. Naz dixit q[uod] quadam die ingres-
sus ortū magna huc eruce multitudie
inuenit esse cooptum: qui dū olus depire
conspiciēs ad easdem erucas conuisus
dixit. Adiuro uos in noīe dm̄ ihū x[risti]
recedite hinc atq[ue] hec olera comedere no-
lite. Que statim ad viri dei v[er]bum
ita oēs egresse sūt ut ne una quidem
intra spaciū orti remaneret / Sed quid
mir[um] q[uod] hec de epatus eius tpe narram[us]
qm̄ iam apud oīpotentez deū ordine
sil[iter] et moribus creuerat. dū illa magis
mirāda sint que hic eū senex clericus
fecisse testat[ur]. Nā ait quod eod[em] tpe
quo eū mr̄e sua puer hitauerat egress[us]
hospitiū nōnūq̄ sn̄ linea crebro etiam
sn̄ tunica reuertebat[ur] / qa mox ut nudū
quēpiaz reperisset uestiebat se spolians
ut se an̄ dei oculos illius mercede uestiret.
Quez mr̄ sua frequenter increpare cōsueue-
rat dicens. Quod iustū nō esset q[uod] ipe
inops pauperibus uestimenta largiretur
Que ingressa die quadā horreū pene
omē triticū quod sibi in stipendiū totius
an̄i pauerat inuenit a filio suo paupe-
ribus expensum. Cūq[ue] semetipāz alapis
pugnis q[uo]q[ue] tunderet q[uod] q[uas]i an̄i subsidia p[er]-
didisset. superuenit Bonifacius puer dei
eā q[ue] uerbis quibus ualuit cepit cōsolari
dicens. Que cū nichil cōsolacōis ad-
mitteret. rogauit hāc ut ab horreo exi-
re debuisset i[n] quo ex oī tritico eorū pa-
rū quid inuētum est remansisse. Puer
aūt dei se se illic in oroz dedit. Qui
paululū egressus ad horreū mrez duxit
quod tritico ita plenū inuentum est sicut
plenū nō fuerat. cum mr̄ illius totius an̄i
sūptus cōgregasse gaudebat / Quo
viso miraculo cōpuncta mr̄ ipa iam cepit
agere ut [illegible] dare que sic celeriter posset

[above the line:] accipe

que peciisset. Sui gallinas nutrire
cōsueuerat. sed eas ex vicino rure
vulpis veniēs auferebat. Quadā
u[er]o die dū in eodez uestibulo puer
Bonifacius staret vulpis ex more
venit et gallinā abstulit. Ipse at
cōcitus ecclīaz intrauit et se in o-
racōe prosternens apertis vocibus
dixit. placet tibi due q[uod] de nutrimēto
mr̄is mee manducare nō possum
Ecce enī gallinas quas nutrit vul-
pis comedit. Et ab orōe surgens
ecclīaz egressus est. Mox aūt vulpis
rediit et gallinā quaz ore tenebat
dimisit atq[ue] ipa moriēs an̄ eius ocu-
los in terraz cecidit. [red:] Petrus

Valde mir[um] est q[uod] exaudire p[e]-
tēs in se sperantiū etiā in
rebus vilibus deus dignatur
[red:] Gregorius

Hoc petre ex maiori condicōis
n[ost]ri dispensacōe agitur ut
per minima que percipimus spe-
re maiora debeamus / Exauditus
nāq[ue] est in rebus vilibus puer sanctus
et simplex ut in paruis disceret
quantum de deo in magnis peticōibus p[re]sumere
deberet. [red:] Petrus [red:] Placet [red:] P. C.
Placet quod dicis. / [red:] Gregorius [red margin:] de cōiugi [illegible] de fortunato
Alius q[uo]q[ue] vir vite venerabilis
in eisdez partibus fuit for-
tunatus noīe tudertine
ecclīe antistes q[ui] in effugādis spiritibus
inmūdis inmense uirtutis gr̄a pollebat
ita ut nōnūq̄ ab obsessis legiones
demonū pelleret et cōtinue oracōis
studio intentus obiectas con̄ se cor-
multitudīes superaret. Huius viri
familiarissimus fuit Julianus n[ost]re
ecclīe defensor q[ui] nō ante longum
tpūs in hac urbe defunctus est
huius q[uo]q[ue] didici relacōe quod narro
qa sepe gestis illius ausu famili-
aritatis inherat / eius q[uo]q[ue] post mec-
riaz ad instructionē n[ost]ram q[ua]si fami

de dedicatione ecclesie

dulcedinez in ore retinebat / Matrona quedam nobilis in vicinis tuscie ptibus hēbat inzque intra breue tpūs quo filiū eius acceperat tū eadem socru sua ad dedicatōm oratorij beati Sebastiani mīris fuerat inuitata Nocte uō ead' qua subsequēte die ad dedicatōz predicti oratorij fuerat processura voluptate carnis deuicta a viro se se abstinē nō potuit / Cūqz mane facto consciāz suaz deterrēt perpetrata carnis delectatio processionez uō imperet verēdia / plus multū hoīm erubescens q̄ dei iudiciū metuens cū socru sua ad dedicādū oratoriū pressit Mox uō ut reliquie bti Sebastiani oratoriū sut ingresse eandē pdicte matrone mox malignus spūs arripuit et corā oīm pplo uexare cepit / Eiusd uō oratorij psbr dū hanc uehemētissime uexari conspicerēt exaltari protin' syndone tulit / ead qz cooperuit / sed hūc repēte sil' dyabolus itrauit / Ea eni ultra vires noluit quicqz psumere conpulsus est agnoscere in sua uexacōe quid esset / hi uō qui aderāt puellā in manibus ex oratorio sublataz ad domū propaz deportauit / Cūqz hanc antiquus hostis vexacōe continua uehementer atterēt pinqui sui eaz carnaliter amātes atz amando persequētes ad optinendū salutis remedium maleficijs tradiderūt ut eius aiaz funditus extinguerēt cuius carni magicis artibus ad tpūs prodesse conarētur / Ducta est namqz ad fluuiū atqz in aqua mersa ibiqz diutius incātacionibus agere malefica moliebatur Ut qui eā inuaserat dyabolus exiret / Sed miro oīpotentis dei iudicio dū puisa arte unus ab ea repellitur in eā subito legio intrauit / Cepit ergo illa ex hoc tot motibus tot qz uocibus agitari clamoribus qz perstrepē qd spiritibus tenebatur / Quā inito cōsilio pntes eius sue pfidie culpā fatētes / hanc ad virū venerabilez fortunatū duxerūt / ei qz reliquerunt / Qua ille suscepta se multis diebus in oroī dedit tāto qz adnisu precibus incubuit quāto et in corpoē vno coñ se assistē legionis aciē inuenit Cuiō post multos dies ita sanaz et incolumez reddidit ac si in ea dyabolus ius propiū non habuisset / Alio q3° tpe idem vir oīpotentis dei famulus ex obsesso quodā hoīe inmūdū spm excussit / Qui malignus spūs cū uespascente die iam in secretam ab hoībus horā cerneret pegnū quempiam esse simulans circuire cepit plateis ciuitatis et clamare O virū scm fortunatū Ecce quid fecit pegnū hoiem ab hospicio suo expulit / Quero ubi quiescere debeā in ciuitate t nō inuenio Tunc quidā in hospitio suo cū vxore sua et puulo filio suo ad prunas sedebat Qui vocē eius audiens et quid eps ei fecit requirens hūc inuitauit hospicio et sedē secū iuxta pnas fecit Cūqz vicissim aliqua fabularentur filiū puulū idez malignus spūs inuasit atqz in easd' pnas piecit ibi qz aiam mox excussit / Qz orbatus miser filio ul' quem ipe miser suscepisset ul' quē eps expulisset agnouit / Petrus

Quid nam esse dicim' ut occidi ausum in cuius hospicio antiquus hostis acceperet qui hūc peregrinū estimans ad se hospitalitatis grā vocasset / Gregorius Qua ficte inuitauit

Multa petre uidentur bona sed nō sunt qa bona dūs non fiunt Vn in euāgelio veritas dicit / Si oculus tuus nequā fuit totū corpus tenebrosum erit / qa cū peruersa est intencio / que precedit prauū est omē opus quod

de murmurante g. pastores plaga ...

presume
p. c.
de romano ...
... ordin...
de fortunat...

sequitur cuius reatum esse videatur. Ego
namque hunc virum qui dum hospitalitatem
exhibet orbatus est, non pietatis opere
delectatum estimo, sed episcopi derogatione.
Nam pena subsequens innotuit quia
precedens illa susceptio sine culpa non fuit.
nota — Sunt namque nonnulli qui idcirco bona fa
cere student, ut gratiam aliene operacionis
obnubilent, nec pascuntur bono quod
faciunt, sed laude boni qua ceteros pre
munt. Qua de re existimo hunc virum
qui malignum spiritum in hospitalitatem su
scepit ostentacioni potius intendisse, quam
operi misericordie, ut episcopo fecisse vi
detur, quatenus ipse susciperet eum quem
vir dei fortunatus expulisset. Petrus
Ut dicitur ita est. Nam finis operis
probat quia munda intencio in opera
cione non fuerat. Gregorius fortunato

de ceco — Alio quoque tempore dum oculorum
lucem quidam amisisset, ad hunc de
ductus intercessionis eius opem
petiit et impetravit. Nam cum vir dei ora
tione facta eius oculis signum crucis imprimeret
ab eis mox luce reddita nox cecitatis
abscessit. Preterea equus cuiusdam militis
de equo rabioso — in rabiem versus fuerat, ita ut a multis
vix teneri posset, sed quoscumque potuisset
invadens eorum membra morsibus dila
niaret. Tunc utcumque ligatus a multis
ad virum dei adductus est. Qui mox
eius capiti extensa manu signum crucis
edidit, cunctamque eius rabiem in mansue
tudinem mutavit, ita ut mitior post
existeret quam ante illam insaniam fuisset.
Tunc idem miles equum quem celeberrimo
imperii miraculo a sua vesania
vidit immutatum, sancto viro decrevit of
ferendum. Quem cum suscipere ille ren
nuerat, ipse vero in precibus ne despiceretur
eius oblacio perseveraret, sanctus vir
mediam duarum partium viam tenens
peticionem militis audivit et munus
suscipere pro exhibita virtute recusavit.
Prius namque dignum precium prebuit, et
post equum qui sibi offerebatur accepit.
Quia enim si non susciperet contristari
illum conspexerat, caritate cogente emit
quod necessarium non habebat. Neque
hoc silere de huius viri virtutibus
debeo quod ante dies fere duodecim
agnovi. Quidam namque ad me dedu
ctus est senex pauper atque ut se
num michi collocucio est semper amabilis
studiose hunc unde esset inquisivi,
qui se de tudertina civitate esse
respondit. Cui inquam: Queso te pater,
fortunatum episcopum nosti? Qui ait:
Novi et bene novi. Tunc ego subiun
xi: Dic rogo si qua eius miracula
cognovisti et desideranti michi quis
vir fuerit innotesce. Qui ait: Homo ille
longe fuit ab istis hominibus quos
modo videmus. Nam quicquid ab omnipotente
deo petiit ita ut petiit impetravit.
Cuius hoc unum narro miraculum.
Quadam namque die gothi iuxta tu
dertinam civitatem venerunt qui ad partes
Ravenne properabant, sed duos parvos
pueros de possessione abstulerunt, que
possessio prefate tudertine subiace
bat civitati. Hoc cum viro sanctissimo
fortunato nunciatum fuisset protinus
misit atque eosdem gothos ad se fecit
evocari, quos blando sermone allo
quens eorum prius studuit asperitatem
placare et post intulit dicens: Quale
vultis precium dabo et pueros quos
abstulistis reddite michi et hoc
gracie mee munus prebete. Tunc is qui
prior eorum esse videbatur respondit
dicens: Quicquid aliud precipis
facere parati sumus, sed istos pueros
nullatenus reddemus. Cui venerabilis
vir blande minatus est dicens:
Contristas me si non audis patrem
tuum. Noli me contristare quia non
expedit tibi. Sed idem gothus
in cordis sui feritate permanens
discessit negando. Die vero altera

discessurus rursum ad episcopum venit quem isdem vir predictus pro pueris iterum rogavit episcopus. Cumque ad reddendum nullo modo consentire voluisset contristatus episcopus dixit: Scio quia tibi non expedit quod me contristato discedas. Hec verba gothus despexit atque ad hospicium reversus eosdem pueros de quibus agebatur equis impositos cum suis hominibus premisit. Ipse statim ascendens equum subsecutus est. Cumque in eadem civitate ante beati petri apostoli ecclesiam venisset equi eius pes eius lapsus est qui cum eo corruit et eius mox coxa confracta est ita ut in duas partes os esset divisum. Tunc elevatus in manibus reductus est ad hospicium. Cui festinus misit et pueros quos premisit reduxit et viro venerabili fortunato mandavit dicens: Rogo pater ut mittas ad me dyaconum tuum. Cuius dyaconus dum ad iacentem venisset pueros quos reddere episcopo omnino negaverat ad medium deduxit et eos dyacono illius reddidit dicens: Vade et dic domino meo episcopo quia maledixisti mihi ecce percussus sum sed pueros quos quesisti recipe et pro me rogo intercede. Susceptos itaque pueros ad episcopum dyaconus reduxit. Cui benedictam aquam statim dedit fortunatus dicens: Vade citius et eam super iacentis corpus proice. Perrexit itaque dyaconus et ad gothum introgressus benedictam aquam super membra eius aspersit. Res mira et vehementer stupenda mox ut aqua benedicta gothi membra tetigit ita omnis fractura solidata est et saluti pristine coxa restituta ut hora eadem de lecto surgeret et ascenso equo ita iter ceptum ageret ac si nullam

unquam lesionem corporis pertulisset. Factum est igitur ut qui sancto viro fortunato pueros cum precio reddere obediencie subiectus noluit eos sine precio pena subactus daret. His ergo expletis studebat adhuc senex de eo et alia narrare. Sed quia nonnulli aderant ad quos hortandos occupabar iamque diei tardior hora interuenerat facta venerabilis fortunati diu mihi audire non licuit que audire si liceat semper volo. Sed die alio idem senex rem de illo adhuc magis mirabilem narravit dicens: In eadem tudertina urbe marcellus quidam bone actionis vir cum duabus sororibus suis habitabat. Qui eveniente molestia corporis appropinquante sacratissimo vespere sabbato paschali defunctus est. Cuius cum corpus longius esset efferendum die eodem sepeliri non potuit. Cumque mora esset temporis ad explendum debitum sepulture sorores eius morte illius afflicte cucurrerunt flentes ad venerabilem fortunatum et quasi magnis vocibus clamare ceperunt. Scimus quia apostolorum vitam tenes leprosos mundas cecos illuminas veni et resuscita mortuum nostrum. Qui mox ut fratrem earum agnovit defunctum flere etiam ipse de morte ipsius cepit eisque respondit dicens: Recedite et hec dicere nolite quia iussio omnipotentis dei est cui contraire nullus hominum potest. Illis itaque discedentibus tristis ex morte eius remansit episcopus. Subsequenti autem die dominico ante exurgentis lucis crepusculum vocatis duabus sororibus suis perrexit ad domum defuncti et accessit ad loculum ubi corpus eius iacebat ibique in oratione se dedit. Expleta autem prece surrexit et iuxta corpus defuncti sedit. Non autem grandi voce defunctum per nomen vocavit dicens: Frater marcelle. Ille autem ac si leviter dormiens ad vicinam vocem quamvis modicum fuisset excitatus statim

oculos apperuit atque ad xpm respiciens
dixit O quid fecisti O quid fecisti
Cui episcopus quid feci At ille ait die
hesterno duo venerunt qui me eicientes
ex corpore in bonum locum duxerunt ho-
die autem missus est unus qui dixit
Reducite eum quia fortunatus episcopus
in domum illius venit. Quibus expletis
ex infirmitate mox convaluit et in
hac vita diutius remansit Nec tamen cre-
dendum est quia locum quem acceperat
perdidit quia dubium non est quod inter-
cessoris sui precibus potuit post mor-
tem melius vivere qui ante mortem studu-
it omnipotenti deo placere Sed cur multa
de eius vita dicimus cum hucusque ad
corpus illius tot virtutum documenta
teneamus. demoniacos quippe absolvere
egros curare quotiens ea ex fide
petuntur ut vivens consueverat
hoc et indesinenter facere apud sua
ossa mortua perseverat. Sed libet
adhuc Petre ad valerie provincie par-
tes mei verba reducere de quibus valde
eximia miracula ex ore venabilis
fortunati cuius longe superius mentio-
nem feci contigit audisse. Qui crebro
ad me nunc usque veniens dum facta
mihi veterum narrat reficere nova
me faciat. Gregorius xi. c. de
martino monacho

xi. c Quidam in eadem provincia mar-
tinus nomine devotus valde omnipo-
tentis dei famulus fuit qui
de virtutis sue testimonio signum dedit Cum
quadam die fratres illius subcinericium
panem fecissent et quod obliti essent signum
crucis imponere sicut in hac provincia
crudi panes ligno signari solent ut
per quadras quatuor partiti videantur
Idem dei famulus affuit eis quod referen-
tibus signatum non fuisse cognovit Cumque
iam panis ille prunis et cineribus
esset coopertus dixit Quare hunc
minime signastis Et hec dicens si-
gnum crucis contra prunas fecit Quo
signante protinus inmensum crepitum
panis dedit ac si ingens olla in
igne crepuisset Qui cum coctus
postmodum fuisset ab igne abstra-
ctus a cruce signatus est quam invenit
fides fecerat. Gregorius
de Severo presbitero [xii c]
In eodem etiam loco est villa
que interorina dicitur sed a multis
verbo rustico interocrina nominatur
In hac erat quidam virtute valde
admirabilis Severus nomine ecclesie
beate marie dei genitricis et semper
virginis sacerdos. Hunc cum quidam
paterfamilias ad extremum venisset
diem missis concite nuntiis rogavit
ut ad se quantocius veniret et
suis orationibus pro peccatis eius inter-
cederet ut acta de malis suis pe-
nitentia solutus culpa de corpore
exiret Quem videlicet sacerdos inopi-
nate contigit ut ad plantandum vine-
am esset occupatus et ad se veni-
entibus diceret Antecedite ego vos
subsequar Cumque vidisset sibi in
opere eodem parum aliquid subesse pau-
lulum moram fecit ut opus quod
minimum restabat expleret Eunte
vero illo in itinere occurrentes hi qui
prius venerant obviam facti sunt
dicentes Quare tardasti Noli fati-
gari quia iam defunctus est Quo
audito ille contremuit magnisque
vocibus se interfectorem illius clamare
cepit Flens itaque pervenit ad cor-
pus defuncti sese que coram lecto eius
in orationem dedit Cumque vehementer
fleret et in terra caput tunderet
sese que reum mortis illius clamaret
repente is qui defunctus fuerat animam
recepit Quod dum multi qui circumsta-
bant aspicerent ammirationis vocibus

emissis reperit amplius pre gaudio flere Cumque eum requirerent ubi fuit et quomodo redierit ait Te tri erant valde homines qui me deducebant ex quorum ore et naribus ignis exibat quem tollerare non poteram Cumque per obscura loca me ducerent subito visionis pulcre iuvenis cum aliis mecum euntibus obvius factus est qui me trahentibus dixit Reducite eum quem plangit eum Severus presbiter Eius enim lacrimis eum donavit dominus Qui severus protinus de terra surrexit et quam penitentiam ageret operam sue intercessionis prebuit. Et dum per septem dies eger reduvius penitentiam ageret octavo die letus de corpore exivit. Perpende quomodo hunc de quo loquimur severum quam dilectum dominus attendit quem contristari nec ad modicum pertulit etc. Petrus

Admiranda sunt valde hec que me nivem nutusque latuisse. Sed quid esse dicam quod tales viri modo nequeunt inveniri. Gregorius respondet

Ego petre multos tales in hoc seculo nec modo deesse existimo Neque enim si talia non faciunt ideo tales non sunt. Vite namque vera estimatio est in virtute operum non in ostensione. Nam sunt plerique qui signa non faciunt signa tamen facientibus dispares non sunt Petrus

Unde michi rogo hoc ostendi potest quod quidam sint qui signa non faciunt et tamen signa facientibus dissimiles non sunt Gregorius respondet

Nunquid enim paulus apostolus petro apostolorum primo in principatu frater est Petrus

Scio plane nec dubium est quia et si minimus apostolorum tamen plus omnibus laboravit Gregorius

Quod bene reminisceris petrus in mari pedibus ambulavit paulus in mari naufragium passus. Et in uno eodem elemento ubi paulus ire cum navi non potuit ubi petrus pedibus iter fecit. Aperte igitur constat quia cum utriusque virtus fuerit dispar in miraculo utriusque tamen meritum dispar non est in celo Petrus assentit

Placet fateor omnino quod dicis Certe aperte cognovi quia vita et non signa querenda sunt. Sed quoniam ipsa signa que fiunt bone vite testimonium ferunt facuit ferunt queso adhuc si qua sunt referas et esurientem me per exempla bonorum pascas Gregorius

Velim tibi in laudibus redemptoris nostri de vita venerabilis Benedicti aliqua narrare sed ad hec explenda hodiernum tempus video non posse sufficere liberius itaque hec loquimur si aliud exordium sumamus etc. Incipit secundus liber de vita sancti benedicti Liber II

Fuit vir vite venerabilis gratia Benedictus et nomine ab ipso pueritie sue tempore cor gerens senile Etate quippe moribus transiens nulli animum voluptati dedit Sed cum in hac terra adhuc esset quo temporaliter libere uti potuisset despexit iam quasi aridum mundum cum suo flore. Qui liberiori genere provincia Nursie exortus Rome liberalibus litterarum studiis traditus fuerat. Sed cum in eis multos ire per abrupta viciorum cerneret eum quem quasi ingressum mundi posuerat retraxit pedem Ne si quid eius de scientia sua attingeret ipse quoque postmodum in immane precipitium totus iret. Despectis itaque litterarum studiis relicta domo rebus quoque patris soli deo placere desiderans sancte conversacionis habitum

·c· ii pm

quesiuit / Recessit igitur scient nescius
et sapienter indoctus / Huius ergo omnia ge
sta non didici sed pauca que narro quatuor
illius referentibus discipulis agnoui / Consta
tino scilicet reuerentissimo ualde uiro qui ei in
regimine monasterii successit / Valentino quoque qui
annis multis lateranensi monasterio prefuit
Simplicio quoque qui congregationem illius post eum
tercius rexit / Honorato etiam qui nunc
adhuc celle eius in qua prius conuersatus
fuerat preest / Hic itaque cum iam relictis
litterarum studiis petere deserta decreuisset
nutrix que hunc artius amabat sola secuta est
Cumque ad locum venisset qui effide dicitur / multis
quoque honestioribus viris caritate se illic
detinentibus in beati petri ecclesia demoraretur
predicta nutrix eius ad purgandum triticum
a vicinis mulieribus prestari sibi capiste
rium petiit quod dum super mensam
incaute posuit casu accedente fractum
est sic ut in duabus partibus inveniretur
diuisum / Quod mox ut rediens nutrix
illius invenit / uehementissime flere cepit quia
vas quod prestitum fuerat ~~acceperat~~ fractum ui
debat / Benedictus autem religiosus et pius
puer cum nutricem suam flere conspiceret
eius dolori conpassus ablatis secum utrisque
fracti capisterii partibus sese cum lacri
mis in oracionem dedit / Qui ab oracione
surgens ita iuxta se uas sanum repe
rit ut in eo fracture nulla uestigia
inveniri potuissent / Mox autem nutricem
suam blande consolatus ei sanum capi
sterium reddidit quod fractum fuerat / Que
res in loco eodem a cunctis est agnita
atque in tanta admiracione habita ut hoc ipsum
capisterium eius loci incole in ecclesie in
gressu suspenderent quatenus et presentes et
secuturi deus agnoscerent / Benedictus pu
er conuersacionis eius a quanta perfeccione
cepisset / Quod annis multis illic ante
oculos omnium fuit usque ad hec longo
bardorum tempora super fores ecclesie pe

pendit / Sed Benedictus plus appe
tens mala mundi perpeti quam laudes
malens pro laude dei laboribus
fatigari quam vite huius fauoribus
extolli / nutricem suam occulte fu
giens deserti loci secessum pe
tiit cui sublacus vocabulum est
qui a Romana urbe xl^{ta} fere mi ari
libus distans frigidas atque
perspicuas emanat aquas / que
illic videlicet aquarum habundancia
in extenso prius lacu colligitur
/ ad postremum uero in amnem amnes
derivatur / Quo cum fugiens
pergeret / Monachus quidam Romanus
nomine hunc euntem reperit quo
tenderet inquisiuit / Cuius cum desi
derium agnouisset et secretum te
nuit et adiutorium inpendit /
ei quoque sancte conuersacionis habitum
tradidit / et in quantum licuit ministra
uit / Vir autem dei ad eundem lo
cum perueniens in artissimo specu
se tradidit tribus quoque annis excep
to Romano monacho hominibus in
cognitus mansit / Qui videlicet Ro
manus non longe in monasterio
sub deodati patris regula de
gebat / Sed pie eiusdem patris sui o
culis furabatur horas et quem
sibi ad manducandum subripere po
terat diebus certis benedicto panem
ferebat / Ad eundem uero specum a
romani cella iter non erat quia
excelsa desuper rupis eminie
bat sed ex eadem rupe in lon
gissimo fune ligatum Romanus de
ponere panem consueuerat in quo
eciam resti paruum tintinabulum in
seruit ut ad sonum tintinabuli
vir dei cognosceret quando Romanus
sibi panem preberet / Sed antiquus
hostis unius caritati invidens

et alterius refectioni cum quadam
die sub mitti panem conspiceret
iactavit lapidem et tintinabu-
lum fregit. Romanus tamen modis
congruentibus ministrare non de-
sistit. Cum omnipotens deus iam et
Romanum vellet a labore quiescere
et Benedicti vitam in exemplum ho-
minibus demonstrare ut posita super
candelabrum lucerna clarescerent
quatenus omnibus qui in domo dei
sunt luceret. cuidam presbitero longius
manenti qui refectionem sibi in pa-
schali festivitate paraverat dominus
per visum apparere dignatus est
dicens. Tu tibi delicias paras
et servus meus in illo loco fame
cruciatur. Qui protinus surrexit
atque in ipsa solempnitate paschali
ad locum tetendit et virum dei per
obrupta montium et concava vallium
et per defossa terre quesivit
eumque latere in specu reperit. Cumque
oratione facta et benedicentes omnipote-
tem deum consedissent post dulcia
vite colloquia is qui advene-
rat presbiter dixit. Surge et su-
mamus cibum quia hodie pascha
est. Cui vir dei respondit dicens.
Scio quod pascha est quia videre
te merui. longe quippe ab hominibus
positus quia die eodem paschalis
esset solemnitas ignorabat. Ve-
nerabilis autem presbiter rursus asse-
ruit dicens. Veraciter hodie
resurrectionis dominice paschalis est
dies. Abstinere tibi minime congruit
quia ego ad hoc missus sum ut
dona dei omnipotentis pariter sumamus.
Benedicentes igitur deum sumpserunt
cibum. Expleta itaque refectione et
colloquio ad ecclesiam presbiter rediit.
Eodem quoque tempore hunc in specu lati-
tantem pastores invenerunt. quem
dum pellibus vestitum inter fruteta cer-
nerent aliquam bestiam esse credebant
sed cognoscentes dei famulum eorum
multi ad pietatis gratiam a bestiali
mente mutati sunt. Nomen itaque eius
per vicina loca cunctis innotuit. fac-
tumque est ut ex illo tempore a multis
frequentari cepisset. Qui cum ei cibos
deferrent corporis ab eius ore in
suo pectore alimenta referebant vite.

c. ij

Quadam die dum solus esset temptator
affuit. Nam nigra parva que avis que
vulgo merula vocatur circa eius faciem
volitare cepit eiusque vultui impor-
tune insistere. ita ut capi manu pos-
set si hanc vir sanctus tenere voluisset.
Tanta autem temptatio carnis avi eadem
recedente secuta est quantam vir sanctus
numquam fuerat expertus. Quandam
namque aliquando feminam viderat quam
malignus spiritus ante oculos mentis
eius reduxit. tanto quod igne servum dei
in specie illius accendit ut
se in eius pectore amoris flamma
vix caperet et iam pene deserere he-
remum voluptate victus deliberaret.
Cum subito superna gratia respectus ad
semetipsum reversus est. atque urticarum
et ~~uel~~ veprium iuxta se densa succrescere
fruteta respiciens exutus indumento
nudum se in illis spinarum aculeis et
urticarum incendiis proiecit. ibique diu
volutatus toto ~~eius~~ ex eis corpore vulne-
ratus exiit et per cutis vulnera
eduxit a corpore mentis vulnus
quia voluptatem traxit in dolorem.
Cumque penaliter bene arderet foris
extinxit quod illicite ardebat intus.
Vicit itaque peccatum quia mutavit incendium.
Ex quo videlicet tempore sicut post discipulis
ipse perhibebat ita in illo est omnis tem-
ptatio voluptatis edomita ut
tale in se aliud penitus minime sentiret.

reperit postmodum multi iam mundum
relinquere ad eius que magisterium festinare
Liber quippe a temptationis vicio iam
vitiorum — uite factus est magister. Unde et per
Moysen precipitur ut levite a xxv annis
et supra ministrare debeant / ab anno uero
quinquagesimo vasorum custodes fiant.

Petrus /

Iam quidem probati testimonii michi
aliquantum intellectus inlucet / sed tamen
hoc postulo planius exponi. Gregorius

Liquet petre quod in iuventute carnis
temptatio fervet. ab anno autem
quinquagesimo calor corporis
frigescat / vasa autem sacra sunt fidelium
mentes / electi ergo cum adhuc in tempta-
tione sunt subesse ac servire eos necesse
est et obsequiis laboribusque fatigari
Cum uero iam mentis etate tranquillior
calor recessit temptationis / custodes
vasorum sunt quia doctores animarum fiunt

Petrus

Fateor placet quod dicis. sed
quia probati testimonii claustra
reserasti / queso / ut de vita iusti
debeas ea que sunt inchoata prosequi.

Gregorius /

Recedente igitur temptatione vir dei
quasi exutis spinis exculta terra
de vitiorum segete fructum feracius dedit.
Preconio itaque conversationis celebre
nomen eius habebatur. Non longe autem monaste-
rium fuit cuius congregationis defunctus
pater est / omnis que ex illo congregatio ad
eundem venerabilem Benedictum venit. et
magnis precibus ut eis preesse deberet
petiit / qui diu negando distulit suos et
illorum fratrum mores convenire non posse
predixit / sed victus quandoque precibus con-
sensum dedit. Cumque in eodem monasterio re-
gularis vite custodiam teneret nullique
ut prius per actus illicitos per dextram
deflecte — levamque partem a conversationis itinere
liceret / suspecti fratres insane sementes
semetipsos prius accusare ceperunt. quia

hunc sub se preesse / postulaverant quorum scilicet
tortitudo in norma eius rectitudinis
offendebat. Cumque sibi sub eo conspicerent
illicita non licere / et se dolerent assue-
ta relinquere / durumque esset quod in men-
te veteri cogebantur nova meditari.
sicut pravis moribus semper gravis est — no
vita bonorum / tractare de eius conati
sunt morte / qui inito consilio venenum
vino miscuerunt / et vas vitreum
in quo ille pestifer potus habebatur
recumbenti patri ex more monasterii
ad benedicendum fuisset oblatum. Bene-
dictus extensa manu signum crucis
edidit. et vas quod longius tene-
batur eodem signo rupit sicque con-
fractum est ac si in illo vase pro cruce
lapidem dedisset. Intellexit protinus
vir dei quia potum mortis habuerat
quod portare non potuit signum vite.
Atque ilico surrexit / et vultu placi-
do mente tranquilla convocatis fratri-
bus locutus est dicens / Misereatur vestri
omnipotens deus fratres / Quare in me ista
facere voluistis. Numquid non prius dixi
vobis quia vestris ac meis moribus non
conveniret. Ite et iuxta mores
vestros patrem vobis querite / quia
me post hec habere minime potestis. Tunc
ad locum dilecte solitudinis rediit
et solus in superni spectatoris dei oculis
habitavit secum. Petrus /

Minus patenter intelligo quid
sit habitavit secum. Gregorius

Si sanctus vir contra se conspiran-
tes / et sue conversationi longe
dissimiles coactos pati voluisset. fortasse sui
vigoris usum et modum tranquilli-
tatis excederet atque a contemplatio-
nis lumine mentis sue oculum declinasset
Dumque cottidie in correctione illorum
fatigatus minus curaret sua et se
forsitan relinqueret et illos non
emendaret. Nam quotiens per co-
gitationis motum extra nos ducimur

et nobiscum no sumus qa nosmetipsos minime videntes per alia vagamur. An istu secum fuisse dicimus qui in longinqua regione abiit portione qua acceperat consumpsit uni civium in illa adhesit porcos pavit quos cum siliquas manducare videret et esuriret. Qui tn cu postmodu cepit cogitare bona que pdidit scriptum est enim de illo: In se reversus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus. Si igitur secu fuit, unde ad se rediit? Hunc ergo venerabilem viru secum habitare dixerim qa in sua custodia circumspectus ante oculos conditoris sui se semper aspiciens et semper examinans extra se mentis sue oculu non divulgavit etc. Petrus

Quid est ergo quod de Petro apostolo scriptum est, du ab angelo de carcere esset eductus, qa ad se reversus dixit: Nunc scio vere qa misit dns angelu suu et eripuit me. Gregorius

Duobus modis Petre extra nos ducimur qa aut per cogitationis lapsu sub nosmetipsos recidimus, aut per contemplationis gratia super nosmetipsos levamur. Ille itaque qui porcos pavit vagatione mentis et inmunditia sub semetipso cecidit; iste vero quem angelus solvit eiusque mentem in extasi rapuit extra se quidem sed super semetipsum fuit. Uterque ergo ad se rediit quando et ille ab errore operis se collegit ad cor, et ille a contemplationis culmine ad hoc rediit quod in communi intellectu prius fuit. Venerabilis igitur Benedictus in illa solitudine habitavit secum in quantum se intra claustra cogitationis custodivit.

Nam quotiensque hunc contemplationis ardor in altu rapuit se sub se procul dubio reliquit etc. Petrus

Placet quod dicis, sed queso te respondeas in si fratres deserere debuit quos semel suscepit. Gregorius

Ut ego Petre existimo ibi mali adunati equanimiter portandi sunt ubi aliqui inveniuntur qui adiuventur bonorum. Nam ubi omnis fructus de bonis deest, fit aliquando de malis labor supervacuus, maxime si e vicino cause suppetant que fructum deo meliorem ferre valeant. Vir itaque sanctus propter quem custodiendu staret, qui omnes unanimiter se persequentes cerneret. Sepe enim agitur in animo perfectorum quod silentio preterundum non est, quia laborem suu sine fructu esse considerant, ad locu aliu et ad laborem fructu ferentem migrant. Unde ille egregius predicator qui dissolvi cupit et esse cu Christo, cui vivere Christus est et mori lucrum, qui certamina passionum non solu ipse petiit, sed ad toleranda hec et alios accendit, Damasci persecutionem passus ut potuisset evadere funem sportam murumque transivit se que latenter deponi voluit. Numquid illum mortem dicimus timuisse quam pro amore Ihesu se testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum aspiceret adesse et gravem laborem, ad laborem alibi cum fructu se servavit. Fortis etenim preliator dum teneri intra claustra certaminis noluit, campum quesivit. Unde idem venerabilis Benedictus si libenter audis citius agnoscis quia non tam ipse indociles deseruit quam in aliis locis plures a morte anime suscitavit. Petrus

Ita esse ut doces et manifesta ratio et probatum congruum testimonium declarat. Sed queso ut de vita tanti patris ad narrationis ordinem redeas. Gregorius

Cum sanctus dei vir in eadem solitudine virtutibus et signis succresceret et multi ab eo in eodem loco ad dei

omnipotentis seruicium sunt congregati
ita illic ut duodecim monasteria cum
omnipotentis ihesu christi domini nostri opitu
latione construeret. In quibus statutis
patribus duodenos monachos deputauit
sed paucos secum retinuit quos ad
huc in sua presentia erudiri iudicauit.
Cepit etiam ad eum tunc Romane ur
bis nobiles et religiosi concurrere suosque
filios deo omnipotenti nutriendos ei dare.
Tunc quoque bone spei soboles euticius
maurum tertullus uero patricius placi
dum tradidit. Ex quibus maurus iunior
cum bonis polleret moribus magistri ad
iutor cepit esse, placidus uero puerilis
indolis annos gerebat etc. De monacho quem
malus duxit ex oratorio. Sequitur

c. IIII. In uno autem ex eisdem monasteriis quae
circumquaque construxerat quidam mo
nachus erat qui ad orationem stare non po
terat, sed mox ut se fratres ad studium
orationis inclinassent, ipse egrediebatur
foras et mente uaga terrena aliqua
et transitoria agebat. Cumque ab abbate
suo sepius fuisset admonitus ad uirum
dei deductus est, ipse quoque eius stulti
tiam uehementer increpauit et ad mo
nasterium reuersus uix duobus diebus
uiri dei admonitionem tenuit. Nam die
tertia ad usum proprium reuersus uagari
orationis tempore cepit. Quod cum seruo
ab eodem monasterii priore dei nuntiatum fuisset ait: Ego uenio
et eum per memetipsum emendabo. Cumque
uir dei uenisset ad idem monasterium
et constituta hora expleta psalmo
dia se fratres in orationem dedissent aspe
xit uidit eundem monachum qui in oratione
manere non poterat quidam puerulus
niger per uestimenti fimbriam foris
trahebat. Tunc eiusdem monasterii priori
pompeiano nomine et mauro dei famu
lo secretius (secrete) benedictus dixit: Num non
aspicitis quis iste est qui monachum
istum foras trahit. Qui respondentes
dixerunt: Non. Quibus ait:

Oremus ut et nos etiam uideatis
quem iste monachus sequitur. Cumque
fuisset per biduum oratum maurus
uidit. Pompeianus prior eiusdem mo
nasterii uidere non potuit. Die igitur
alia expleta oratione uir dei orato
rium egressus stantem foris illum
monachum reperit, quem pro cecitate
cordis sui uirga percussit. Qui ex illo
die nihil persuasionis a nigro
puerulo pertulit sed ad orationis studi
um immobilis permansit, sicque antiquus
hostis dominari non est ausus in
eius cogitatione ac si ipse percussus
fuisset ex uerbere. Ex his autem V. c.
monasteriis in eodem loco construxerat
uir dei tria sursum in rupibus montis
erant, et erat fratribus ualde la
boriosum semper ad lacum descendere
ut aquam haurire debuissent maxime
quia in deiexo montis latere
erat graue descendentibus in timore
periculum. Tunc collecti fratres ex eis
dem tribus monasteriis ad dei famu
lum benedictum uenerunt dicentes:
Laboriosum nobis est propter aquam
cottidie usque ad lacum descendere
et ideo necesse est ex eodem loco
monasteria mutare. Quos blande
consolatos dimisit et nocte eadem
cum paruo puerulo nomine placido
cuius superius meminimus
ascendit eiusdem montis rupem
ibique diutius orauit et oratione
completa tres petras in loco eodem
pro signo posuit atque ad suum
cunctis nescientibus monasterium rediit.
Cumque die alio ad eum pro necessitate
aque praedicti redissent fratres dixit:
Ite et rupem illam in qua tres sibi
inuicem positas petras inuenitis
in modico cauate. Ualet enim
omnipotens deus etiam in illo montis
cacumine aquam producere ut uobis

tanti laboris itineris dignetur
auferre / Et euntes rupes mon-
tis quam Benedictus predixerat
iam sudantem invenerunt / Cumque
in ea concauum locum fecissent statim aqua repletus est / que tam
sufficienter emanauit ut nunc usque ubertim defluat atque ab illo montis
cacumine usque ad inferiora derive-
tur etc. De ferro natante super
aquam Alio quoque tempore gothus qui-
dam pauper spiritu ad conuersionem
uenit / quem vir dei Benedictus
libentissime suscepit / Quadam
uero die ei dare ferramentum iussit
quod a falcis similitudine fal-
castrum uocatur Ut de loco qui-
dam uepres abscideret / quatenus
illic fieri debuisset ortus / Locus
autem quem ipse gothus mun-
dandum susceperat super ripam
laci iacebat Cumque gothus is-
dem densitatem feruium vepium
tocius uirtutis adnisu succideret
ferrum de manubrio prosiliens in
lacum cecidit / ubi erat tanta aqua-
rum profunditas, ut spes require-
di hoc ferramentum iam nulla
haberetur, Itaque ferro perdito cu-
currit tremebundus ad maurum
monachum gothus quod dampnum quod
fecerat nunciauit et reatus sui
egit penitenciam Quod mauro monachus
mox benedicto dei famulo curauit
indicare Vir igitur domini Benedictus
hec audiens accessit ad locum tulit
de manu gothi manubrium et
proiecit in lacum / et mox ferrum
de profundo rediit et manubrium
intrauit / Et statim ferramentum
gotho reddidit dicens Ecce labora
et noli contristari De placido puero
cadente in aquam Quadam uero die
dum idem venerabilis Benedictus in cella
consisteret predictus placidus puer
sancti viri Monachus ad hauriendum
aquam de lacu egressus est Et uas quod
tenebat in aquam incaute submittens,
ipse quoque cadendo secutus est, quem mox un-
da rapuit et pene in unius sagitte cur-
su a terra introrsus traxit Vir autem
dei intra cellam positus hoc agnouit
et maurum festine uocauit dicens frater
maure curre puer ille qui ad hauriendam
aquam perrexerat in lacum cecidit iam
quem cum longius unda trahit Res mira
et post sanctum Petrum apostolum inusitata
Benedictione enim postulata atque percepta
ad patris sui imperium concitus perrexit
maurus et usque ad illum locum ducebatur
quo ab unda puer per terram se ire
existimans super aquam cucurrit / cumque
per capillos tenuit et rapido cursu
rediit Et mox ut terram tetigit ad
se reuersus post tergum respexit / et quia
super aquas cucurrisset agnouit / et quod
presumere non potuisset / ut fieret miratus
extimuit factum / Ad patrem uero reuersus
rem gestam retulit Vir autem venerabilis
Benedictus hoc non suis meritis sed obediencie
illius deputare cepit At contra Mau-
rus pro solo eius imperio factum dicebat
se quoque conscium in illa uirtute non esse quam
nesciuis fecisset, Sed in hac mutue
humilitatis amica contencione accessit puer
arbiter qui ereptus est Nam dicebat E-
go cum ex aqua traherer super caput
meum abbatis mei melotem uidebam
atque ipsum me ex aquis educere considera-
bam Petrus

Magna sunt ualde que narras et
ad edificacionem multorum profutura
Ego autem boni viri miracula quo plus
bibo eo plus sicio etc. Gregorius

Cum iam in loco eodem multi
in honore et amore domini nostri Ihesu
Christi feruerent / et seculare vitam multi re-
linquerent / et sub leui iugo redemptoris
cordis ceruicem edomarent / sicut mos
prauorum est inuidere in aliis uirtutibus

bonū / quod ipi hre nō appetiuit. Hui
ne ecclie pbr florencius noīe ma
licia antiqui hostis pcussus sancti
viri studiis cepit emulari / eius qz
conu'sacōi derogare / et quos possz etiā
ab eius visitacōe compescē Cumqz
conspicit se eius profectibus nō posse
obuiare / sed conu'sacōis opinioz illiq
crescē et multos ad statū vite me
lioris pcomo opinionis eius indesi
nent' vocari in inuidie facibus magis
magisqz succensus deterior fiebat / qa
conu'sacōis illius hre appetebat lau
dem / et laudabile vitā hre nolebat

D' pane venenoso

Hic eiusdem
tenebris inuidie cecatus ad hoc usqz
pductus est ut seruo oipotentis dei
infectū veneno panez q̄i pro bn
dictōe trāsmitteret Quē vir dei cū
gratiarū actione suscepit / sed que pestis
lateret in pane eū non latuit Ad
horā refectionis illius ex vicina
silua coruus venire consueuerat / et
panē de manu eius accipe Qui cū
more solito venisset panez quem
pbr trāsmiserat vir dei ante cor
uū proiecit et ei precepit dicens
In noīe dni ihu xpi tolle hunc
panez et in tali loco eū proice ubi
a nullo homi possit inueniri Tunc
coruus aperto ore et expansis a
lis circa eundez panē discurrē cepit
et crocitare ac si diceret obedire se velle
et tū iussa imple nō posse Cui vir
dei iterū precepit dicens Leua leua
securus et ibi proice ubi inueniri
nō possit Qui diu demoratus cor
uus tandē leuauit et recessit / post tri
horarū spaciū abiecto pane rediit
et d' manu hoīs dei cibū quez co
sueuerat accepit / Venerabilis aūt pat'
cōtra vitā suam ardescē sacerdotis
aīm videns magis illi qm̄ sibi doluit
Sed pdictus florencius qa virū dei
necare nō potuit / se ad extinguēdas

dextiguēdas

discipulorū aīas accendit / Ita
ut in orto celle cui Bndictus
pterat añ eorū oculos septem nu
das puellas mitteret / que coram
eis sibi inuicē manus tenentes
et diucius ludentes ut illorū
mentes ad puersitatez libidinis
inflamarent Quod sanctus vir
de cella conspiciens et lapsum
ī discipul' adhuc tenerioribus
ptimescens pro sua solius per
secucōe fi' pricitans inuidie locū
dedit atqz cūcta oratoria q' con
struxerat sub statutis ppositis ad
iunctis fratribus ordinauit et paucis
monachis ablatis secū habitacōz loci
mutauit Mox qz ut vir dei eius
odiū humilit' declinauit oipotens deus
hunc terribilit' percussit Nā predi
ctus presbr stans in solario bn
dictum eū discessisse cognosceret
et exultaret pdurāte immobili
tota domus fabrica hoc ipm in
quo stabat solariū cecidit et ho
stem Bndicti extinxit Quod vi
dei discipulus Maurus statim ve
nerabili Bndicto q' adhuc a loco
eodem vix decem miliaribus
aberat estimauit esse nūciandū dicens
Reuertere quia pbr qui te perse
quebatur extinctus est Quod
vir dei Bndictus audiens se se
in grauibus lamentis dedit / vel
qa inimicus occubuit vel qa de
inimici morte discipulus gaudebat
Qua d' re factū est ut eidem dis
cipulo pniaz indiceret q' talia
mādans gaudē de inimici interitu
psumsisset

Petrus

Mira sūt valde et multū stu
penda que dicis Nā in a
qua ex petra producta
Moysen / in ferro qd ex profundo re
diit helisеū / in itinere aque ~~petrū~~ petrū
in obediencia coruū heliā / in luctu morte

mina david video Ut perpendo vir iste omnium iustorum spiritu plenus fuit ¶ Gregorius

Vir domini Benedictus Petre unum spiritum habuit qui per concessam gratiam redemptoris omnium electorum corda repleuit De quo Johannes dicit Erat lux uera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum De quo rursum scriptum est De plenitudine eius nos omnes accepimus Nam sancti dei potuerunt a domino virtutes habere non tamen aliis dare Ille autem signa virtutis subditis dedit qui se daturum signum Jone promisit minis ut coram superbis mori dignaretur coram humilibus resurgere quatenus videant quod contempnerent et isti quod venerantes amare debuissent Ex quo misterio actum est ut dum superbi aspiciunt despectum mortis humiles contra mortem conspiciant gloriam potestatis ¶ Petrus

Queso te post hec ad que loca sanctus migrauerit uel si aliquas in eis uirtutes ostenderit innotesce. ¶ Gregorius

Sanctus vir ad alia loca demigrans locum non hostem mutauit Nam post tanto grauiora prelia pertulit quanto contra se aperte ipsum pugnantem magistrum malicie inuenit ¶ Castrum enim quod cassinum dicitur in latere excelsi montis situm est qui videlicet mons distenso sinu hoc idem castrum recipit sed per tria milliaria in altum surgens velut ad aera cacumen tendit ubi uetustissimum fanum fuit in quo ex antiquorum gentilium more a rusticorum stulto populo appollo celebrabatur Circumquaque etiam in cultum demonum luci succreuerant in quo adhuc eodem tempore infidelium insana multitudo sacrificiis sacrilegis insudabat Ibi itaque vir dei perueniens contriuit ydolum subuertit aram succendit lucos et in ipso templo appollinis oratorium beati Martini et ubi ara eiusdem appollinis fuit oratorium sancti Johannis construxit et commorantem circumquaque multitudinem predicatione continua ad fidem Christi uocauit Sed hec antiquus hostis tacite non ferens non occulte uel per sompnum sed aperta visione eiusdem patris oculis se ingerebat et magnis clamoribus vim se pati conquerebatur Ita ut vocem illius etiam fratres audirent quamuis ymaginem minime cernerent vt ipse discipulis suis venerabilis pater dicebat corporalibus eius oculis idem antiquus hostis teterrimus et succensus apparebat qui in eum ore et oculis flammantibus seuire videbatur Iam uero que diceret audiebant omnes Prius enim hunc uocauit ex nomine Cui cum vir dei non responderet ad eius mox contumeliam erumpebat Nam cum clamaret dicens Benedicte Benedicte et nullo modo ei eum conspiceret respondere protinus adiunxit Maledicte et non benedicte quid mecum habes quid me persequeris Sed iam nunc spectanda sunt contra dei famulum hostis antiqui certamina noua cui pugnam quidem intulit sed occasiones victorie ministrauit inuitus ¶

Quadam die dum fratres habitacula eiusdem celle construerent lapis in medio iacebat quem in edificium leuare decreuerunt Cumque eum duo uel tres mouere non possent plures adiuncti sunt sed ita immobilis mansit ac si radicitus in terra teneretur ut palam daretur intelligi quod super eum ipse per se antiquus hostis sederet quem tantorum uirorum manus mouere non posset Difficultate igitur facta ad virum dei missum est ut ueniret et hostem orando repelleret ut lapidem mouere potuissent Qui mox venit orationem faciens benedictionem dedit et lapis tanta celeritate leuatus est ac si prius nullum pondus habuisset ¶ De igne fantastico x c

Tunc in conspectu viri dei placuit

Margin notes: x c; finalis; Vel; cernere; x c; p. c.

ut in eodem loco etiam foderent.
Quam dum fodiendo penetrarent ydo-
lum illic inuenerunt. Quo ad horam
in coquinam casu proiecto [ydolo] ignis exire
visus est et in cunctorum monachorum ocul[is]
quasi omne coquine eiusdem edificium consumere
ostendit. Cumque iactando aquam quasi ex-
tinguendo ~~aquam~~ ignem perstreperent
pulsatus eodem tumultu uir dei aduen-
it. Qui eundem ignem esse in oculis
fratrum et non in suis considerans ca-
put protinus in orationem flexit et eos
quos fantastico [igne] repperit deludi fratres
reuocauit et ut oculos suos signarent
monuit, et sanum illud coquine edifi-
cium cernerent et flammas quas antiquus
hostis finxerat non viderent. De pu-
XI c ero oppresso per casum parietis
Rursum quando fratres parietem quia res
ita exigebat paulo altius edificarent
vir dei in orationis studio intra celle
sue claustra morabatur. Cui antiquus
hostis insultans apparuit et quia ad
fratres laborantes pergeret indicauit. Quod
uir domini per nuncium fratribus celerrime
indicauit dicens: Fratres caute uos a-
gite quia ad uos hac hora spiritus ma-
lignus uenit. His dicens qui mandatum
detulit vix uerba compleuerat, et ma-
lignus spiritus eundem parietem qui edifi-
cabatur euertit et puerulum monachum
cuiusdam curialis filium opprimens ruina
contriuit. Contristati omnes ac uehementer
afflicti non dampno parietis sed contricione
fratris. Quod uenerabili patri Bene-
dicto studuerunt celeriter cum graui lu-
ctu nunciare. Quod idem pater audi-
ens ad se dilaceratum puerum deferri
iubet, que non ~~potuerunt~~ [portare] nisi in sac-
co potuerunt, quia collapsa saxa pariet[is]
non solum membra sed et ossa eius contriuerant.
Sed vir dei statim precepit eum in cella
sua ~~in ueste in sacco~~ quod [uulgo] matta di-
citur ubi orare consueuerat proici. Emissisque
fratribus cellam clausit et orationi instancius
incubuit. Mira res:
hora eadem hunc incolumem atque ut
prius valentem ad eundem iterum laborem
misit ut etiam ipse eum fratribus
perficeret. Ac cuius interitu antiquus
hostis Benedicto insultare credidis-
set. Cepit etiam inter ista vir
dei spiritu prophetie pollere ventura
predicere presentibus absentibus nunciare.
De monachis qui biberunt et XII c
comederunt extra cellam XII
Mos etenim celle fuit ut quotiens
ad responsum aliquod egrederentur
fratres cibum potumque extra cellam
minime sumerent. Cumque hoc de
usu regule sollicite seruarent,
quadam die fratres ad responsum egressi
sunt in quo tardiore compulsi
sunt hora demorari. Quibus ma-
nere iuxta religiosam feminam noue-
rant. Cuius ingressi habitaculum
sumpserunt cibum. Cumque iam tardius
ad cellam redissent patris benedic-
tionem ex more pecierunt. Quos ille
protinus percunctatus est dicens:
Ubi comedistis? [Qui dixerunt: Nusquam. Quibus] ille ait:
Quare ita mentimini? Numquid illius
femine habitaculum non intrastis?
Numquid hos atque illos cibos non
accepistis? Numquid tot calices non
bibistis? Cumque eis venerabilis pater
et hospicium mulieris et genera
ciborum et numerum potionum diceret et
recognoscentes que egerant
cuncta ad pedes eius tremefa-
cti ceciderunt et deliquisse se con-
fessi sunt. Ipse autem culpe pepe-
rcit perpendens quod in absencia
eius ultra talia non facerent
quem in spiritu esse presentem scirent.
De eo quod decepta
continere cedit Frater quoque Valentini- XIII c
ani eius monachi vir erat laycus
sed religiosus qui ut serui dei
orationem perciperet et germanum frem
[uisitaret]

videret a monachis singulis de loco suo ad cellam viri dei ieiunus venire consueverat. Quadam igitur die dum iter ad monasterium faceret alter viator se illi adiunxit qui sumendos in itinere portabat cibos. Cumque iam hora tardior excrevisset dixit: Veni frater sumamus cibum ne lassemur in via. Cui ille respondit: Absit frater non facio quia ad venerabilem patrem Benedictum ieiunus pervenire consuevi. Quo responso audito conviator ad horam conticuit. Sed cum post hec aliquantulum spacium itineris egissent rursus amonuit ut manducarent. Consentire noluit qui ieiunus venire decreverat. Tacuit quidem qui ad manducandum invitaverat et cum eo ieiunus adhuc modicum pergere consensit. Cumque iter longius agerent et eos fatigaret tardior hora ambulantes in itinere invenerunt pratum et fontem et que poterant ad reficiendum corpus delectabilia videri. Tunc conviator ait: Ecce pratum ecce aqua ecce amenus locus in quo possumus refici et parum quiescere ut valeamus postmodum iter nostrum incolumes explere. Cum ergo verba auribus et loca oculis blandirentur hac tercia amonitione persuasus consensit et comedit. Vespertina vero hora pervenit ad cellam presentatus autem venerabili patri Benedicto orationem sibi petiit. Sed mox ei vir sanctus hoc quod in via egerat improperavit dicens: Quid est frater quod hostis malignus qui tibi per conviatorem tuum locutus est semel tibi suadere non potuit secundo non potuit tercio persuasit et te ad hoc quod voluit

xiii c

superavit. Tunc ille reatum sue infirmitatis agnoscens pedibus eius provolutus tanto magis cepit culpam deflere et erubescere quanto se cognovit etiam absentem in Benedicti patris oculis deliquisse. Petrus. Ego sancti viri precordiis Helisei spiritum video inesse qui absente discipulo presens fuit.

Capitulum 14 de illo qui sub ueste regia voluit illudere Benedicto

xiiii c

Oportet Petre ut interim sileas quatenus adhuc maiora agnoscas. Temporibus namque gothorum rex eorum Totila sanctum virum prophetie spiritum audisset habere ad monasterium eius pergens paulo longius substitit et quod se esse venturum nunciavit. Cui dum protinus mandatum de monasterio fuisset ut ipse veniret sicut perfide mentis fuit an vir dei spiritum prophetie haberet explorare conatus est. Quidam vero eius spatarius Rigo dicebatur cui calciamenta sua prebuit et cum regalibus vestibus indui fecit quem quasi in sua ire persona ad dei hominem precepit. In cuius obsequio tres qui sibi pre ceteris adherere solebant comites misit scilicet ~~Vultericum~~ et Bledin et Vulderic Ruderic ut ante oculos servi dei ipsum esse regem Totilam simulantes lateri eius obambularent. Cui etiam ad obsequia alia et spatarios prebuit ut tam ex eisdem obsequiis quam ex purpureis vestibus rex esse putaretur. Cumque isdem Rigo decoratus vestibus obsequentium frequentia comitatus fuisset monasterium ingressus vir dei eminus sedebat quem venientem conspiciens cum iam audiri ab eo potuisset clamavit dicens: Pone fili pone hoc quod portas non est tuum. Qui Rigo protinus in terram cecidit et quia tanto viro

illud presumpsisset expavit / omnes qui
qui cum eo ad hominem dei venerant
terre consternati sunt / Surgentes autem
propinquare ad eum minime presumpse-
runt / sed ad regem suum reversi
trepidi nuntiaverunt in quanta veloci-
c. xv tate deprehensi fuissent. Tunc ipse
idem Totila per se ad hominem
dei accessit / Quem cum a longe sede-
tem cerneret non ausus accedere
ad eum sese in terram prostravit / Cui
cum vir dei bis terque diceret Surge
/ sed ipse ante eum de terra erigi non
auderet / Benedictus domini Jhesu Christi
famulus per semetipsum ire dignatus
est ad regem prostratum quem de terra
levavit / et de suis actibus increpavit
atque in paucis sermonibus cuncta que
illi erant futura nuntiavit dicens
Multa mala facis et multa ma-
la fecisti iam aliquando ab iniquitate te
compesce / Et quidem Romam ingressurus es
es mare transiturus annis novem
regnaturus decimo moriturus Quibus
auditis rex vehementer territus
oratione petita recessit / et ex illo iam
tempore minus crudelis fuit Nam
non multo post Romam adiit ad Sici-
liam perrexit / et anno decimo regni
sui omnipotentis dei iudicio regnum
cum vita perdidit Praeterea antistes
Canusine ecclesie ad eundem dei famu-
lum venire consueverat / quem vir
dei pro vite sue merito valde dili-
gebat Is itaque dum cum illo de ingres-
su regis Totile et Romane urbis
perditione colloquium haberet dixit Per
hunc regem civitas ista destruetur
ut iam amplius non inhabitetur Cui
vir domini respondit A gentibus Roma
non exterminabitur / sed tempestatibus
choruscis et turbinibus ac terre-
motu fatigata marcescet in semetipsa

(margin: Canusis; Nota de Roma)

Cuius prophetie misteria iam
nobis facta sunt luce clariora
qui in hac urbe dissoluta me-
nia cernimus domos destructas
ecclesias turbine dirui / et eius
edificia longo senio lassata tu-
nis crebrescentibus prosterni
Quamvis Honoratus eius dis-
cipulus cuius mihi relatione mihi
hoc compertum est / nequaquam illud
ex ore se audisse perhibeat tamen
quia hoc dixerit dictum sibi
testatur a fratribus fuisse

De clerico liberato a demonio
et quem dyabolus post susce-
ptum ordinem iterum intravit

Eodem quoque tempore quidam aqui- c. xvi
nensis ecclesie clericus a demonio
vexabatur qui a venerabili
viro Constantio eiusdem ecclesie an-
tistite per multa fuerat martyrum
loca transmissus ut sanari po-
tuisset / Sed sancti dei martyres
noluerunt sanitatis donum tri-
buere ut quanta esset in Benedicto
gratia demonstrarent / Ductus
est itaque ad dei famulum Bene-
dictum qui domino Jhesu Christo preces
fundens antiquum hostem
ab obsesso homine expulit /
Cui sanato precepit dicens
Vade et post hec carnes
non comedas / et ad sacrum ordi-
nem numquam accedere presumas
Quacumque die ad sacrum ordinem
accedere presumpseris statim
iuri dyaboli mancipaberis
/ Discessit quidem sanus et sicut
terrere solet animum pena recens
ea que vir dei preceperat ad tempus
custodivit Cum vero post annos
multos omnes priores illius ex-

hac luce migrassent / et iuniores suos sibi in sacris ordinibus cerneret. Vbi uir dei qui ex longo tempore oblitus postposuit / et ad sacrum ordinem accessit / quem mox is cum reliquerat dyabolus tenuit / et eum vexare donec animam eius excuteret non cessauit. Petrus

Iste uir dei ut video etiam diuinitatis secreta penetrauit qui perspexit hunc clericum ideo dyabolo traditum ne ad sacrum ordinem accedere auderet. Gregorius

Quare diuinitatis secreta non nosset qui diuinitatis precepta seruaret. Nam scriptum est Qui adheret domino unus cum ipso spiritus est. Petrus

Si unus fit cum domino spiritus qui domino adheret quid est quod idem egregius predicator dicit Quis cognouit sensum domini aut quis consiliarius fuit. Valde enim incongruens videtur sensum eius cum quo unus factus fuit ignorare. Gregorius

Sancti viri inquantum cum deo sunt unum sensum domini non ignorant / Nam idem apostolus dicit Quis scit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Itaque que dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei. Qui ut ostenderet se nosse que dei sunt adiunxit / Nos autem non spiritum huius mundi accepimus / sed spiritum qui ex deo est. Hinc iterum dicit Quod oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit que preparauit deus diligentibus se / Nobis autem reuelauit deus per spiritum suum. Petrus xviii

Si ergo eidem apostolo ea que dei sunt fuerant reuelata cur quod super hoc quod proposui premisit dicens O altitudo diuitiarum sapientie et scientie dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et inuestigabiles vie eius. Sed rursum michi hec dicenti alia suboritur questio. Nam dauid propheta loquitur dicens In labiis meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Et cum minus sit nosse quam etiam pronunciare quid est quod paulus incomprehensibilia esse dei iudicia asserit / dauid autem hec omnia se non solum nosse / sed etiam in labiis suis pronunciasse testatur. Gregorius

Ad vtrumque hec tibi sub breuitate respondi dicens quod sancti viri inquantum cum deo unum sunt sensum ~~sed~~ domini non ignorant. Omnes enim qui deuote dominum sequuntur etiam ~~et~~ deuocione cum deo sunt / et si adhuc pondere carnis corruptibilis grauati cum domino non sunt / Occulta itaque iudicia quantum deo coniuncti sunt sciunt / inquantum disiuncti nesciunt / Quia enim secreta dei adhuc perfecte non penetrant / iudicia eius esse occulta testantur. Sed quia mente eis inherent et inherendo sacre scripture ~~sacre~~ eloquiis uel occultis reuelacionibus inquantum accipiunt cognoscunt / hec et norunt et pronunciant. Iudicia igitur que deus tacet nesciunt / que deus loquitur sciunt. Vnde dauid propheta cum dixisset In labiis meis pronunciaui omnia iudicia protinus addidit oris tui / ac si aperte dicat Illa iudicia ego et nosse et pronunciare potui que ~~que~~ te dixisse cognoui. Nam ea que ipse non loquens nostris procul dubio auribus abscondis. Concordat ergo prophetica cum apostolica sententia quia incomprehensibilia sunt iudicia / et tamen que

de ore eius prolata fuerint humanis
labiis pronunciantur / que sciri ab
hominibus prolata per deum possunt / sed oc-
culta non possunt. Petrus
questiuncule In obiectione mee questiuncule patuit
causa racionis / sed queso si qua sunt
adhuc de huius viri virtute subiunge. Gregorius
Vir quidam nobilis theoprobus
nomine eiusdem benedicti patris
fuerat admonitione conversus qui pro vite
sue merito magnam apud eum fiduciam fami-
liaritatis habebat. Hic cum quadam
die cellam eius fuisset ingressus hunc
amarissime flentem reperit. Cumque diu sub-
sisteret et lacrimas eius cerneret non
finiri nec tamen ut consueverat vir dei
orando plangeret sed merendo que-
nam causa tanti fletus existeret inqui-
sivit. Cui vir dei illico respondit. Omne
hoc monasterium quod construxi / et cuncta
que fratribus preparavi omnipotentis dei iudicio
gentibus tradita sunt / vix autem optine-
re potui ut mihi ex hoc loco anime cederent.
Cuius vocem tunc theoprobus audivit
Nos autem impletum cernimus qui destru-
ctum eius monasterium a gente longobar-
dorum scimus. Nocturno enim tempore quiescen-
tibus fratribus illuc longobardi ingressi
sunt / qui diripientes omnia nec unum quidem
hominem illic tenere potuerunt / sed
implevit omnipotens deus quod fideli fa-
mulo benedicto promisit ut gentibus
res traderet / animas custodiret. Qua
in re pauli vicem tenuisse video
benedictum / cuius dum navis rerum omni-
um iacturam pertulit in sua tamen consolacione
vitam omnium qui comitabatur eum / acce-
pit. De serpente invento in flascone

c xviij Gregorius Quodam autem quoque tempore exhilaratus
noster quem ipse conversum nosti transmissus
fuerat a domino suo ut viro dei in mona-
sterium duo lignea vascula que vulgo
flascones vocantur / plena vino de-
ferret qui unum detulit / sed alterum pergens
in itinere abscondit. Vir autem domini

quem facta absentia latere
non poterat / unum cum gratiarum actione
suscepit / et discedentem puerum
monuit dicens / de illo flascone
quem abscondisti fili ne bibas /
sed inclines illum caute et invenies
quid intus habeat. Qui valde con-
fusus a dei homine confusus exivit
et reversus volens probare quod
audierat cum inclinasset protinus
serpens de eo egressus est. Tunc
predictus exhilaratus ex hoc
quod in vino reperit / expavit
malum quod fecit. De mapulis xix c
Non longe a monasterio eius vi-
cus erat in quo magna multitudo
hominum ab ydolorum cultu ad fidem
christi exhortatione benedicti fuerat
conversa. Ibi etiam quedam sanctimoni-
ales femine inerant / et crebro
illuc pro exhortandis animabus
fratres suos mittere benedictus dei
famulus curabat. Quadam vero
die misit ex more / sed is qui
missus fuerat monachus post a-
monitionem factam a sanctimonialibus
feminis rogatus mapulas acce-
pit / et eas in sinu abscondit. xix c
Qui ut mox reversus est vir dei
cum vehementissima amaritudine cepit
increpare dicens. Quomodo ingressa
est iniquitas in sinu tuo. At ille
obstupuit / et quid egisset oblitus
unde corripiebatur ignoravit.
Cui ait. Numquid ego illic presens non
eram quando ab ancillis dei mapu-
las suscepisti / et eas in sinum
misisti. Qui mox vestigiis eius
provolutus stulte se egisse pe-
nituit et eas quas in sinu ab-
sconderat mapulas proiecit.
Quod cognovit cogitationes pueri su-
perbientis. Quadam quoque die dum xx c
pater venerabilis vespertina iam hora
corporis alimenta perciperet / monachus

cuius cuiusdam defensoris filius
fuerat / qui ei ante mensam lucer-
nam tenebat / Cumque vir dei cederet
et ipse cum lucerne ministerio astaret
cepit in mente superbie spiritum sua
tacitus volvere / et per cogitationem
tacitus dicere Quis est hic cui
ego assisto manducanti / lucernam
teneo / servitium impendo / Quis
sum ego ut isti serviam / Ad quem
vir dei conversus cepit eum incre-
pare dicens Signa cor tuum fra-
ter Quid est quod loqueris signa cor
tuum / Vocatis autem statim fratribus
precepit ei lucernam tolli ipsum vero
a ministerio recedere et eadem hora
quietum sedere / Qui requisitus a fra-
tribus quid habuisset in corde per
ordinem narravit / quanto superbie
spiritu intumuerat / et que contra
virum dei verba per cogitationem tacitus
dicebat Tunc liquido omnibus pa-
tuit quod venerabilem Benedictum
latere nichil posset in cuius auri-
bus etiam verba cogitationis inso-
nuissent. De modiis farine
xxi c Alio quoque tempore in eadem campanie re-
gione fames incubuerat magnaque
omnes alimentorum indigentia coan-
gustabat / Iamque in monasterio
Benedicti triticum deerat et panes
pene omnes consumpti fuerant / et
non plures quam quinque ad refectionis
horam fratribus inveniri potuis-
sent Cumque eos venerabilis pater
contristatos cerneret pusillani-
mitatem studuit modesta incre-
patione corrigere / et rursum pro-
missione sublevare dicens Quare
de panis inopia animus vester contri-
status est hodie quidem est minus
sed in die crastina abundanter
habebitis Sequenti vero die ducen-
ti farine modii ante fores celle

in saccis inventi sunt quos omnipotens deus
quibus deferentibus transmisisset nunc
usque manet incognitum Quod cum
fratres cernerent domino gratias referentes didi-
cerunt iam de abundantia confidere
nec in egestate dubitare Petrus
Dic ergo queso te numquid credendum (q huic dei famulo)
est potuisse semper spiritum prophetie habuisse
an per intervalla ipsius mentem eius
replevit Gregorius

Prophetie spiritus petre non
semper prophetarum irradiat mentes
quia sicut de spiritu sancto scri-
ptum est ubi vult spirat / Ita
sciendum est quia et quando vult spirat
Hinc est enim quod Nathan a rege re- Nathan
quisitus si templum construere posset
primo consensit / et postmodum prohibu-
it / Hinc est quod Helizeus cum mulierem
flentem cerneret / et causam pro-
hibentem hanc dixit / Dimitte eam
quia anima eius in amaritudine est /
et dominus celavit a me et non indi-
cavit mihi / Hoc omnipotens ex magna
pietatis dispensatione disposuit / Quia
dum prophetie spiritum aliquando subtrahit (aliquando dat et)
mentes prophetantium elevat in celsi-
tudine / et custodit in humilitate / et
ut accipientes spiritum inveniant quid (quod de deo sunt)
et rursum prophetie spiritum non habentes
cognoscant quid sint a semetipsis

Petrus
Hoc sic ratio magna declarat / sed
queso de venerabili patre Benedicto quic-
quid adhuc ad occurrit exequere
Gregorius qualiter apparuit in
sompnis et disposuit edificia ca[pitulum]

Alio tempore a quodam viro fideli fuerat xxii c
rogatus ut in eius predio iuxta
terracinensem urbem missis discipulis
construere monasterium debuisset / Qui
rogatui consentiens deputatis fratribus
patrem constituit / et quis secundus esset
eis ordinavit Quibus euntibus
spopondit dicens Ite et die illo

venio et ostendo vobis in quo
loco oratorium in quo refectorium
fratrum in quo susceptorum hospitium
et que sunt necessaria edificare
debeatis / Qui benedictionem percepta
illico perrexerunt / et constitutum diem
magno opere postulantes paraverunt
omnia que his qui cum tanto patre ve-
nire potuissent videbantur esse
necessaria / Nocte eadem qua promissus
illucescebat dies / eidem servo
dei quem illic prepositum constituerat et
preposito eius vir domini in sompnis appa-
ruit et loca singula ubi edificari
debuissent subtiliter signavit / Cumque
utrique a sompno surgentes sibi invicem
quod viderunt retulerunt non tamen
visioni illi omnino fidem dantes /
virum dei sicut promiserat se venire
te expectabant Cumque die constituto
minime venissent ad eum cum me-
rore reversi sunt dicentes / Pater expe-
ctavimus ut venires sicut promiseras
et nobis ostenderes ubi et quid edifica-
re debemus et non venisti Quibus
ipse ait Quare fratres quare ista di-
citis / Numquid sicut promisi non
veni Cui cum dicerent Quid venisti
respondit / Numquid vobis utrisque dormien-
tibus non apparui / et loca singula
designavi Ite et sicut per visionem
audistis ita omnia habitacula monaste-
rii construite Qui hec audientes
vehementer admirati ad predictum predium
se reversi / et cuncta habitacula sicut
ex revelatione didicerunt construxerunt

Petrus

Doceri velim quo ordine fieri
potuit ut longe iter dormientibus
diceret / quod ipsi per visionem audirent
et cognoscerent &c Gregorius

Quid est quod structuris rei
geste ordinem et ambiguus petre
liquet profecto quia mobilioris est
nature spiritus quam corpus Et certe

scriptura teste novimus quod propheta
ex iudea sublevatus est repente
et cum prandio in caldea depositus
quo videlicet prandio prophetam
refecit se quoque repente in iudea iterum
invenit Si igitur tam longe aba-
cuc potuit sub momento corpa-
liter ire et prandium deferre quid
mirum si benedictus obtinuit
ut iret per spiritum et fratrum qui-
escentium spiritibus necessaria narraret
ut sicut ille ad cibum corporis
corporaliter perrexit sic iste ad in-
stitutionem spiritalis vite spiritaliter
pergeret Petrus

Manus tue locucionis tersit
a me fateor dubitationem
mentis / Sed velim nosse
se in communi locutione qualiter
vir iste sanctus fuerit Gregorius

Vix ipsa petre communis
locucio a virtutis pondere erat
vacua / quia cuius cor in altum
se suspenderat / nequaquam
verba de ore eius incassum
cadebant Si quid vero umquam
iam non discernendo sed minando
diceret tantas vires sermo illius
habebat / ac si hoc non dubie nec
suspense / sed iam per sententiam pro-
tulisset / Nam non longe a mona-
sterio due quedam sanctimoniales
femine nobiliori genere exorte
in loco proprio conversabantur /
quibus quidam vir religio-
sus ad exterioris vite usum
prebebat obsequium Sed sicut
nonnullis solet nobilitas ge-
neris parere ignobilitatem mentis
ut minus se despiciant qui se
plus ceteris aliquid in hoc mundo
fuisse meminerunt / necdum pre-
dicte sanctimoniales femine perfecte
linguam sub habitus sui freno

restrinxerat et ad eundē
religiosum uirū qui ad
exteriora uictus eius obsequium p
bebat sepe incautis ser
monibus ad iracundiā
prouocabant Qui cū
tollerāret perexit ad dei
hoiēz et quātas pateretur
uborꝫ cōtumelias enar
rauit Sed uir dei hec
audiens protinus eis mā
dauit dicens eis Corrigi
te linguā urā quā si nō
emēdaueritis excōmunico
uos Hanc excōmunicacōis
snaz intulit sed minādo
Ille aut a pstinis moribus
nichil mutate intra pau
cos dies defuncte sūt et
in ecclia sepulte Cumqꝫ
in eadē ecclia missarū
solemnia celebrarentur et
ex more dyaconus clāret
Si quis nō cōmicat det locū
nutrix earū que pro eis dnō
oblacōz offrre cōsueuerat eas
de sepulcris suis progredi
et exire ecclesiaz uidebat Qd
cū sepius cerneret qa ad uocē
dyaconi clāntis exibant
foras et intra eccliaz per
manē nō poterat ad memori
am redijt que uir dei il
lis adhuc uiuētibus mādat
Nā eas se excōmicatē dixerat
nisi mores suos et uerba
corrigerent Tunc seruo di
cū grauī merore indicatū
est q protinus oblacōz manu sua
dedit dicens Ite et hanc
oblacōz pro eis dnō offerri
facite et excōmicate ultius
nō erūt Que oblacō dum
pro eis fuisset ymolata et
a dyacono oblata clātum est ut
nō cōmunicantes ab ecclia exirent
ille ab ecclia ulterius exire non
sunt uise Quapropt indubitāter
patuit qa dū int eas q cōmunione
priuati sunt nūne redderent cōmu
nionē a dnō per seruū suū bndictū
recepisset Petrus
Mirum est ualde qmuis uenerabilem
et sanctissimū uirū adhuc tn̄ in hac
corruptibili carne degentem potuisse
alias solue in illo iam inuisibili iudicio
constitutas Gregorius
Nunquid petre in hac carne nō
erat qui audiebat Quodcumqꝫ li
gaueris super terrā et in celis liga
tū erit et q solueris super terrā
erūt soluta et in celis Cuius uicem
ligandi et soluendi nūc obtinent
qui locū sancti regiminis fide et moribus
tenent Sed ut tanta ualeat homo
de terra et terre cōditor in terram
uenit e celo Et ut caro iudicare de
spiritibus possit hoc eis largire est
dignatus deus pro hominibus caro
factus quia surrexit ultra se infirmi
tas nrā inde Unde sub se infirma
ta est infirmitas dei Petrus
Cum uirtute signorū concorditer lo
quitur racio uerborum Gregorius
Quadā die dū quidā eius puer
lus monachus parentes suos ultra q
debebat diligens et ad eorū habita
culū tendens sine bndictione de monasterio
exiret eadē die mox ut ad eos ue
nit defunctus est Cumqꝫ esset sepul
tus die altera corpus eius foras
proiectum inuentum est quod sepultu
re rursum tradere curauerunt sed die
sequenti iterum proiectū exterius et
inhumatum inuenerunt Tunc cōcito
ad bndicti patris uestigia currentes
cū magno fletu pecierunt ut ei sua XXXIIII c.

gratiam largiri dignaretur. Quibus
vir dei manu sua protinus communio-
nem corporis dedit dicens: Ite et
hoc dominicum corpus super pectus eius
ponite et eum sic sepulture tradite.
Quod cum factum fuisset susceptum cor-
pus eius terra retinuit nec ultra
proiecit. Pendis Petre tuis meriti
apud Ihesum Christum dominum nostrum iste fuit
ut terra corpus illius non susciperet
qui gratiam Benedicti non haberet. Petrus
Perpendo plane et vehementer ob-
stupesco. Gregorius

xxv c Quidam eius monachus mobilitati
mentem dederat et permanere in monasterio
nolebat. Cumque eum vir dei assidue
corriperet frequenter amoneret et ipse
nullomodo consentiret in congregatione
persistere, sed importunis precibus ut
relaxaretur immineret, quadam die venerabilis iste
pater nimietatis tedio affectus ira-
tus iussit ut discederet. Qui mox
ut monasterium exiit contra se assistere
aperto ore draconem in itinere invenit.
Cumque eum idem draco devorare vellet
~~cepit tremens~~ et palpitans magna voce clamare cepit dicens: Currite currite quia draco iste devorare me vult. Currentes autem fratres draconem minime viderunt, sed trementem et palpitantem monachum
reduxerunt. Et statim promisit se-
se nunquam esse a monasterio discessurum,
et ex hora eadem in sua promissione
permansit, quippe qui sanctis orationibus assistere
contra se draconem viderat, quem prius non
videndo sequebatur. Sed neque hoc silen-
dum puto quod illustri viro Anthonio
narrante cognovi, qui aiebat patris
sui puerum morbo elefantino fuisse
corruptum, sic ut iam pilis cadentibus
cutis intumescens atque increscentem
saniem occultare non posset. Qui ad
virum dei ab eodem patre suo missus est
et saluti pristine sub omni celeritate resti-
tutus est. De tredecim solidis inven-
tis super archam.

xxvi c Neque illud tace-
am quod discipulus eius Peregrinus nomine
narrare consuevit. Quadam die quidam vir
fidelis quodam necessitatis debito compulsus, ...

sibi fore debiti remedium credidit
si ad virum dei pergeret et quod eum urge-
ret debiti necessitas indicaret.
Venit quoque ad monasterium omnipotentis dei
famulum et quia a creditore suo pro
solidis xii graviter affligeretur intimavit. Cui
pater venerabilis nequaquam se xii solidos
habere respondit, sed tamen eius inopiam
blanda locutione consolatus ait: Va-
de et post biduum revertere, quia de-
est hodie quod tibi debeam dare.
In ipso autem biduo more suo
in oratione fuit occupatus. Cum
die tercio is qui debiti necessitate affli-
gebatur redisset, super archam monasterii
que erat frumento plena subito xiii
solidi inventi sunt, quos vir do-
mini iussit afferri et afflicto pe-
titori tribuit dicens ut xii red-
deret et unum pro expensis proprijs
haberet. Sed ad ea nunc redeam
que eius discipulis in libri huius
exordio predictis referentibus co-
gnovi. Quidam vir adversarij — c xxvii
invidia suum emulatione laborabat
in eius ad hoc usque odium prorupit
ut ei nescienti in potu venenum
daret. Quod quamvis vitam auferre non
valuit, cutis tamen colorem mutavit ita
ut diffusa ~~ita~~ in corpore eius
varietas leprae morem imitari
videretur. Sed ad dei hominem dedu-
ctus pristinam salutem citius recepit.
Nam mox ut eum tetigit cutis il-
lius omnem varietatem fugavit.
De oleo mirabiliter excre-
scente in dolio. Eodem quoque tempore c xxviii
quo alimentorum inopia Campaniam
graviter affligebat, vir dei diversis
egentibus cuncta alimenta monaste-
rij sui tribuebat, ut pene nihil
in cellario nisi parum quid de oleo
in vitreo vase remaneret. Tunc
quidam subdiaconus Agapitus nomine
advenit magnopere postulans ut

sibi aliquantulum olei dari de
buisset. Vir aut dni q̄ cuncta
decreuerat in terra tribuere, ut
in celo oīa reservaret, hoc
ipm paruū olei quod remanserat
iussit petenti dare. Monachus
uo qui cellarium tenebat audi(t)
quidē iubentis uba sed implere
distulit. Cumqȝ post paululū
si id quod iusserat datū esset
inquireret, respondit monachus se
minime dedisse, quia si illud
tribueret oīo fratribus nichil re
maneret. Tunc iratus aliis
precepit ut hoc ipm uas vitre
um in quo paruū olei remanserat
sisse uidebatur per fenestram
proiceret ut ne in cella aliquid per
inobediencia remaneret. Factum
qȝ est. Sub ead' uo fenestra
ingens precipiciū patebat saxorū
molibus asperū. Proiectū itaqȝ
uas uenit in saxis, sed sic
mansit incolume ac si proiectum
minime fuisset, ita ut neqȝ frangi
neqȝ oleū effundi potuisset.
Quod uir dni precepit leuari
et ut erat integrum petenti tribui.
Tunc tollens fratribus inobedientem
monachū de infidelitate sua et
superbia corā oībus increpauit
et post se cū eisdem fratribus in
orōnem dedit. In eod' loco
ubi cū fratribus orabat vacuū
ab oleo erat doliū et cooptum.
Cumqȝ uir sctūs in orōe per
sisteret operimentum dolei cepit
oleo crescente subleuari.
Quo commoto atqȝ subleuato
oleū quod excreuerat ora doli
transiens pauimentum loci in quo
incubuerat inundabat. Quod
Benedictus dei famulus ut aspe
xit protinus orōnem compleuit et
oleū in pauimentum fluere cessa(t).
Tunc diffidentem inobedientemqȝ

c xxix

fratrem latius admonuit ut fidem habere
disceret et humilitatem. Sed ysdem frater
salubriter correptus erubuit quia pater
venerabilis dei omnipotentis virtutem quam ammo
nitione intimauerat ostendit. Nec erat
quod ut quisqȝ de eius promissione dubi
tare posset, q' in uno eodemqȝ momento
pro vitreo uase pene uacuo doliū
plenū oleo reddidisset. De monacho libe
rato a demonio per alapam c.

c xxx

Quadam die dum Benedictus ad beati
Johannis oratoriū quod in ipsa montis
celsitudine situm est pergeret, antiquus
hostis in specie medici in mulo sedens
ei obuius factus est cornu et ~~tripoda~~ tripedicam
~~tam facie~~ ferens. Quē cū requisisset
dicens ubi uadis, ille respondit, Fratres
ad fratres uado potionem eis dare. Per
rexit itaqȝ venerabilis Benedictus
ad orōnem, qua completa continuo rediit.
Malignus uo spūs inuenit unū
seniorem monachū aquam haurientem,
in quem statim ingressus est, et eū
in terram proiecit et uehementissime
uexauit. Quem cum vir dei ab orō
ne rediens crudeliter vexari conspiceret,
ei solummodo alapam dedit, et spm
malignū protinus ab eo excussit, ita
ut in eū redire nullatenus plus au
deret. Petrus

Uelim nosse hec tanta mira
cula uirtute orōnis semper impetrabat
an aliquando etiā solo uoluntatis ex
hibebat nutu. Gregorius

Qui deuota mente deo adherent
cum res cū necessitas expostulat, ex
hibere signa utroqȝ modo solent, ut
mira quaqȝ aliquando prece faciant, ali
quando ex potestate. Cū enim Johannes
dicat: Quotquot receperunt eum de
dit eis potestatem filios dei fieri. Qui
filii dei ex potestate sunt, quid mirum si signa fa
cere ex potestate ualent. Quia enim
utroqȝ modo miracula exhibeant
testatur Petrus qui Thabitam mortuam orando
suscitauit. Ananiam uero et Saffiram

vemētes increpando morti tradidit
Neq3 em orasse in eorū extinctōe le
gitur / sed solūmodo culpā quam
perpetrauerat increpasse / Constat ergo
quia aliqndo hec ex ptāte / aliqn
uo exhibent ex postulacōi / dū et
istis increpando uitā petrus abstu
lit et illi reddidit orando / Nam duo
q̄ facta fidelis dei famuli bndicti
nūc replico in quibus apte clareat
Aliud hūc accepta diuinitus ptāte
Aliud ex oroe potuisse De rustico
liberato a vinculis p aspectum
c xxxi bndicti c Gothorū quidā ~~gulla~~ zalla
nōie fuit perfidie arriane qui tpi
bus Totyle regis eorū viros ka
tholice ecclie ardore inmanissime cru
delitatis exarsit / Ita ut quisquis ei
clericus uel monachus ante faciē eius
venisset ab eius manibus viuus nō
exiret Quadā uo die estu auaricie
succensus sue in rapinā rerū inhians
dum quendā rusticū tormentis crude
libus affligeret et eū per diuersa sup
plicia laniaret victus penis tor
menta rusticus se se et res suas bn
dicto dei famulo cōmendasse professus
est ut dum hoc a torquente creditur
suspensa interim crudelitate ad uitā
hore rapetur Tunc isdem zalla
cessauit rusticū tormentis affligere
sed eius brachia loris fortibus
astringēs an equm suū cepit impel
lere ut quis esset bndictus q
res eius susceperat demonstraret
Quē ligatis brachiis rusticus an
tecedens duxit ad sci viri moste
riū eūq ante ingressū celle solū
sedentē et legentem reperit Eidē
aūt subsequēti et seuienti zalle rusti
cus dixit Ecce iste est de quo dixi
Bndictus pr Quē dum feruido spū
et puse mētis insania fuisset intuitus
eo terrore q° cōsueuerat acturū se
existimans cepit magnis
uocibus clamare dicens Sur
ge surge et res istius rusti
ci redde quas accepisti Ad
cuius uocē protinus uir dei
oculos a lectione leuauit / eūq intu a lectōe
tus etiā ad rusticū q ligatus
tenebatur attendit / Ad cuius
brachia dū oculos deflexis
set / miro modo tāta celeri
tate ceperunt se brachiis lo
ra ligata dissolue et dissol
ui / tam celiter ut nulla hom̄ fe
stinacōe dissolui potuissent Cūq
is q ligatus venerat cepis
set subito stare solutus ad
tante ptātis vim tremefactus
zalla ad terrā corruit / et cer
uice crudelitatis eius ~~rigore~~ rigide
ad eius uestigia inclinās orationibus illius
se cōmendauit Sed vir sanctus
a lectōe minime surrexit / sed uoca
tis fratribus eū introrsū tolli
ut bndictionē acciperet pcepit
Quē ad se reductum ut tante
crudelitatis insania desereret
debuit amonuit Qui melior
factus recedens nichil ultra
appetere a rustico psumpsit
quem uir dei nō tangendo sz
respiciendo soluerat / Ecce pe
tre est quod dixi quia hii
q deo oīpotenti familiarius ser
uiunt aliqn mira etiā ex ptāte
facere pnt Qui em ferocitatē
gothi terribil sedens repressit lora no
dos qz ligaturis que brachia in
nodatus astrinxerat oculis dis
soluit / miraculi ipa celeritas
indicat / qa ex ptāte acceperat
quod fecit Rursum q3 quale quātū
~~tertius~~ miraculū orando ualuit obti
nere / subiungat De puero resu
scitato Quadā die cum c xxxii
fratribus dū ad agri opandum

fuisset egressus quidam rusticus
defuncti corpus filii sui in ul
nis ferens orbitatis luctu estu
ans ad monasterium venit et Be
dictum patrem quesivit Cui dum
dictum esset quia idem pater cum
fratribus in agro moraretur protinus
nus ante monasterii ianuam corpus
extincti filii proiecit et dolore
turbatus ad inveniendum venerabilem
patrem se se concitus in cursum dedit
Eadem vero hora vir dei ab
agri opere iam cum fratribus reu
tebatur Quem mox turbatus
rusticus aspexit clamare cepit
Redde filium meum redde filium
meum Vir autem domini in hac voce
substitit ~~sustinuit~~ dicens Numquid ego filium
tuum abstuli Cui ille respondit mor
tuus est sed veni suscita eum
Quod mox ut famulus dei
audivit valde contristatus est
dicens Recedite fratres recedite
hec nostra non sunt opera sanctorum apostolorum
Quid nobis vultis onera imponere
que non possumus portare At
ille quem nimius dolor cogebat
in sua petitione perstitit iurans quod
non recederet nisi filium resuscita
ret Quem mox dei famulus re
quisivit dicens Ubi ille est Cui
ille respondit Ecce corpus eius ad
ianuam monasterii iacet Quo dum
vir cum fratribus pervenisset genua
flexit et super corpusculum infantis
incubuit se se quoque erigens palmas
ad celum tetendit dicens Domine
non aspicias peccata mea sed fidem
huius hominis qui rogat suscitari
filium suum et redde in hoc corpu
sculo animam quam abstulisti Vix
orationis verba compleverat et regredien
te anima ita corpusculum omne pueri
contremuit ut sub oculis omnium
qui aderant vivus appareret et
concussione mirifica palpitaret

Cuius mox manum tenuit et eum
patri viventem atque incolumem dedit
Liquet Petre quod hoc miraculum ex
potestate non habuit quod prostratus
petiit ut exhibere potuisset Petrus
Sic cuncta esse ut asseris constat pa
tenter quia verba que proposueras rebus
probas Sed queso te ut indices si
viri sancti omnia que volunt possunt
et cuncta impetrant que desiderant
obtinere Gregorius de pluvia
scolastice lacrimis impetrata — xxxiii c
Quisnam erit Petre in hac vita
sublimior quam qui de carnis sue stimulo
ter dominum rogavit et tamen obtinere
quod voluit non valuit Ex qua re
necesse est ut tibi de venerabili patre
Benedicto narrem quia fuit quidam
quod voluit sed non valuit implere
Soror namque eius Scolastica nomine
omnipotenti domino ab ipso infantie tempore
dedicata ad eum semel per annum
venire consueverat ad quam vir dei
non longe extra ianuam in possessione
monasterii descendebat Quadam
vero die venit ex more et ad eam
cum discipulis venerabilis eius descen
dit frater qui totum diem in dei
laudibus sacrisque colloquiis duc
tes incumbentibus iam noctis tene
bris simul sumebant cibos Cumque
adhuc ad mensam sederent et inter
sacra colloquia tardior se hora
protraheret eadem sanctimonialis femina
soror eius rogavit eum dicens
Queso te ne ista nocte me deseras
ut aliquid de celestis vite gaudiis — usque mane
loquamur Cui ille respondit Quid est
quod loqueris soror Nullatenus ex
tra cellam possum manere Tanta vero
erat celi serenitas ut nulla nubes in
aere appareret Sanctimonialis autem
femina cum verba fratris negantis au
disset insertas digitis manus
super mensam posuit et caput in

manibus omnipotentem dominum rogatura declinavit. Cumque levaret de mensa caput inundatio pluvie erupit ut neque venerabilis Benedictus neque fratres qui cum eo aderant extra loci limen quo consederant limine movere potuissent. Sanctimonialis femina caput in manibus declinans lacrimarum fluvios fuderat (^ in mensam) per quos aeris serenitatem ad pluviam traxit. Nec paulo tardius post orationem inundatio illa secuta est. Sed tanta fuit convenientia orationis et inundationis ut de mensa caput iam cum tonitruo levaret, quatenus unum et idem esset momentum et caput levare et pluviam deponere. Tunc vir dei inter coruscationes et tonitrua atque ingentis pluvie inundationem videns se ad monasterium non posse remeare cepit conqueri contristatus dicens: Parcat tibi deus omnipotens soror. Quid est quod fecisti? Cui illa respondit: Ecce rogavi te et audire me noluisti; rogavi dominum meum et audivit me. Modo ergo si potes egredere et me dimissa ad monasterium recede. Sed ipse exire extra tectum non valens qui manere sponte noluit in loco mansit invitus. Sicque factum est ut totam noctem pervigilem deducerent. Et spiritalis vite sacris colloquiis sese vicaria relatione satiarent. Qua de re dixisse me voluisse aliquid sed minime potuisse quia si venerabilis viri mentem aspicimus dubium non est quod eandem serenitatem voluit in qua descenderat permanere, sed contra hoc quod voluit omnipotentis virtute ex femine pectore miraculum invenit. Nec mirum quod plus illa femina que diu fratrem cupiebat videre in eodem tempore valuit. Quia enim iuxta Iohannis vocem deus caritas est, iusto valde iudicio illa plus potuit que amplius amavit.

Petrus

Fateor multum placet quod dicis.

Gregorius

Cumque die alia eadem venerabilis femina ad cellam propriam recessisset, vir dei ad monasterium rediit. Cum ecce post triduum in cella consistens elevatis in aera oculis vidit eiusdem sororis sue animam de corpore eius egressam in columbe specie celi secreta penetrare. Qui tante eius glorie congaudens omnipotenti deo in hymnis et laudibus gratias reddidit. Eiusque obitum fratribus denuntiavit. Quos etiam protinus misit ut corpus eius ad monasterium deferrent et in sepulcro quod sibi paraverat ponerent. Quo facto contigit ut quorum mens semper una in deo fuerat, eorum quoque corpora nec sepultura separet.

CXXXIIII

¶ CXXXV. Alio quoque tempore Servandus diaconus et abbas eius monasterii quod in Campanie partibus a Liberio quondam patricio fuerat constructum ad eum visitationis gratia ex more veniebat. Eius quippe monasterium frequentabat, ut dulcia sibi invicem vite verba transfunderent. Et suavem cibum celestis patrie quem adhuc gaudendo non poterant saltem suspirando gustarent. Cum vero hora iam quietis exigeret in cuiusdam turris superioribus se venerabilis Benedictus et eiusdem inferioribus se Servandus dyaconus locavit. Quo videlicet in loco inferiora superioribus pervius continuabat ascensus. Sed ante eandem turrim largius erat habitaculum in quo discipuli quiescebant amborum. Cumque vir domini Benedictus adhuc quiescentibus fratribus instans vigiliis nocturne orationis tempus prevenisset, ad fenestram stans et omnipotentem dominum deprecans subito intempeste noctis hora respiciens vidit fusam lucem desuper cunctas noctis tenebras effugasse tantoque splendore clarescere ut diem vinceret lux illa que in tenebris radiasset. Mira autem valde res in hac

speculatione secuta est. Quia
sicut post ipse narravit, omnis
etiam mundus velut sub uno
solis radio collectus ante o-
culos eius adductus est etc.

Quomodo vidit animam Germani in glo-
bo igneo

Cum venerabilis pater
dum intenti oculorum aciem in hoc
splendore lucis infigeret, vi-
dit Germani Capuani episcopi
animam in spera ignea ab angelis
in celum deferri. Tunc testem sibi
volens adhibere tanti miracu-
li, Servandum dyaconem iterato
bis terque eius nomine cum cla-
moris magnitudine vocavit.
Cumque ille fuisset insolito
tanti viri clamore turbatus, a-
scendit et respiciens partem quasi
lucis exiguam vidit. Cui hoc
tantum obstupescenti miracu-
lum vir Dei per ordinem que
gesta fuerant narravit. Statim-
que in Cassinum castrum religioso
viro Theoprobo mandavit
ut ad Capuam urbem sub eadem
nocte transmitteret, et quid
de Germano episcopo ageretur agno-
sceret et sibi indicaret. Factum-
que est ut reverentissimum virum
Germanum episcopum is qui missus
fuerat iam defunctum repperit
et requirens subtiliter agnovit
eodem momento fuisse illius obitum
quo vir Domini eius cognovit
ascensum. Petrus.

Mira res valde et vehe-
menter obstupenda. Sed hoc
quod dictum est quia ante oculos
ipsius quasi sub uno solis radio col-
lectus omnis mundus adductus est,
sicut numquam expertus sum ita nec
conicere scio quo ordine fieri
potest ut omnis mundus ab uno homine
videatur. Gregorius.

Fixum tene Petre quod loquor
quia anime creatorem videnti
angusta est omnis creatura. Quamlibet
etenim parum de luce creatoris aspe-
xerit, breve ei fit omne quod creatum
est, quia ipsa luce visionis intime
sinus mentis laxatur et tantum expan-
ditur in Deo ut superior existat mundo.
Fit vero ipsa videntis anima etiam super
semetipsam. Cumque in Dei lumine rapitur
super se, in interioribus ampliatur,
et dum super se conspicit exaltata com-
prehendit quam breve sit quod humiliata comprehendere
non poterat. Vir ergo qui globum
igneum et angelos ad celum redeuntes
videbat, hec procul dubio cernere
non nisi in Dei lumine poterat. Quid
itaque mirum si mundum ante se colle-
ctum vidit qui sublevatus in lumine men-
tis extra mundum fuit. Quod autem
mundus ante oculos eius collectus dicitur
non celum nec terra contracta est, sed
animus videntis dilatatus, qui in Deo
raptus sine difficultate videre potuit omne quod in-
fra Deum est. In illa ergo luce que ex-
terioribus fulsit oculis, lux
interior in mente fuit, que quia
videntis animum ad superiora rapuit
ei quam angusta essent omnia inferiora
monstravit etc. Petrus.

Videor michi utiliter non intel-
lexisse que dixeras, quando ex tar-
ditate mea tantum crevit expositio tua.
Sed quia hec liquide meis sensibus infu-
disti, quaeso ut ad ordinem narra-
tionis redeas. Gregorius.

c. xxxvi

Libet Petre adhuc multa nar-
rare, sed quedam eius studiose pretereo
quia ad aliorum gesta evolvenda
festino. Hoc autem nolo ut te lateat
quod vir Domini inter tot miracula
quibus in mundo claruit, doctrine
quoque verbo non mediocriter fulsit. Nam
scripsit monachorum regulam discretione
precipuam, sermone luculentam. Cuius si
quis velit subtilius mores vitamque

Aliter dicitur quia eodem uero anno quo ab hac vita erat exiturus quibusdam discipulis secum conuersantibus quibusdam longe manentibus

cognoscere pt in ead' institucõe
magisterij regule ~~misterij~~ illius actus inue-
nire quia sanctus vir nullo modo potuit a
~~quibus longe manentibus~~ sanctissimi sui
obitus denuntiauit diem ~~Eod' uo anno quo~~
~~d' hac vita erat exitus quibusdam~~
~~discipulis secum conuersantibus~~ presentibus
indicens ut audita per silencium
tegerent absentibus indicans quod
uel quale eis signum fieret quando eius anima
de corpore exiret Ante sextum uero
exitus sui diem sibi aperiri sepultu-
ram iubet qui mox febribus correptus
acri cepit ~~ardore~~ = dolore fatigari Cumque
per dies singulos langwor ingrauesce-
ret sexto die portari se in oratorium
a discipulis fecit ibique exitum suum do-
minici corporis et sanguinis perceptione
muniuit atque inter discipulorum
manus imbecillia membra sustentans
erectis in celum manibus stetit et
ultimum spiritum inter uerba orationis effla-
uit qua scilicet die duobus fratribus
de eo uni in cella commoranti alteri
longius posito reuelacio unius
atque indissimilis visionis apparuit Vi-
derunt namque quia strata palliis et in-
numeris choruscata lampadibus via
recto orientis tramite ab eius
cella in celum usque tendebat Cui
venerando habitu vir desuper clarus
assistens cuius esset via quam cernerent
inquisiuit Illi autem se nescire professi
sunt quibus ipse ait Hec est via
qua dilectus domino Benedictus celum ascen-
dit Tunc itaque sancti viri obitum eius
sicut presentes discipuli viderunt Ita
absentes hec signo quod eius pre-
dictum fuerat cognouerunt Sepultus
est autem in oratorio beati Johannis ba-
ptiste quod destructa aram Apollinis ipse
construxit qui in eo specu sublacu
in quo prius habitauit nunc usque si
fides petencium exigat miraculis
chorruscat. De muliere vesana sana-
ta post mortem beati Benedicti

Nuper namque est res gesta — c. xxxviij
quam narro quedam mulier mente
capta dum sensum funditus per-
didisset per montes et valles
siluas et campos die noctu-
que vagabatur ubique tantummodo
quiescebat ubi lassitudo hanc
quiescere coegisset Quadam uero
die dum vaga nimium erraret
ad beati Benedicti specum devenit
ibique nesciens ingressa mansit
facto autem mane ita sanato sensu
egressa est ac si eam nulla in-
sania capitis umquam tenuisset
Que per omne vite sue tempus
in eadem salute qua acceperat
permansit Petrus
Quid namque dicimus esse quod
plerumque in ipsis preciosis mar-
tirum sic esse sentimus ut non
tanta beneficia per sua corpora
quanta per suas reliquias osten-
~~debent~~ sunt et illic signa maiora faci-
ant ubi minime per semetipsos
iacent Gregorius de signis reli-
quiarum Ubi in suis cor-
poribus sancti martires iacent dubi-
um non est Petre quod multa si-
gna valeant demonstrare sicut
et faciunt et eis pura mente
querentibus multa miracula oste-
dunt sed quia ab infirmis menti-
bus potest dubitari utrum ne ad
audiendum ibi presentes sint ubi con-
stat quia in suis corporibus non
sunt ibi est necesse eos maio-
ra signa ostendere ubi de
eorum presencia mens infirma potest
dubitare Quorum enim mens
in deo fixa est tanto magis
habet fidei meritum quanto eos illic
nouit et non iacere in corpore
et tamen non deesse ab exaudiendo
Unde ipsa quoque veritas ut fidem
discipulis augeret dixit Si enim non
abiero paraclitus non veniat ad

uos. Cum enim constat quia
spiritus paraclitus a patre procedat et filio, quare filius recessurum se dicit ut ille ueniat
qui numquam recessit a filio? Sed
quia discipuli dominum in carne
cernentes hunc semper oculis corporis
videre sitiebant, recte eis dicitur:
Nisi ego non abiero paraclitus
non ueniat. Ac si aperte diceretur:
Si corpus non subtraho quis
sit spiritus amor non ostendo, et
nisi me desieritis corporaliter
cernere numquam me discetis spiritualiter amare. **Petrus**
Placet quod dicitis. **Gregorius**
Aliquantulum iam a locutione cessandum est ut uires interim
per silentium reparemus. **Explicit liber secundus. Incipit tercius**

Liber tercius
De patribus Italicis

Dum uicinis patribus ualde maiora facta relinquimus, ita ut paulini
miraculum nolane urbis episcopi
qui multos quorum memini uirtute et
tempore precessit memorie defuisse
videatur. Sed ad priora nunc
redeo et ea quanta ualeo breuitate perstringo. Sicut enim facta
bonorum similibus ciuibus innotescere solent, sermonibus nostris per iustorum
esca gradientibus predicti venerabilis uiri celebre nomen innotuit, cuius quoque opus admirabile
ad eorum se instruenda studia
tetendit. Quorum grandeuitati
me necesse fuit credere, ac si ea
que michi dicerent meis oculis uidissem. Dum seuientium Wandalorum tempore fuisset Italia in campanie partibus depopulata et multi
essent de hac terra in regionem affricam transacti, uir domini Paulinus
cuncta que ad episcopi usum habere potuit captiuis indigentibus largitus est. Cumque iam omnino
nichil superesset quod petentibus
dare potuisset, die quadam vidua
quedam aduenit que a genero regis
Wandalorum filium suum in captiuitatem
fuisse ductum perhibuit, atque a
viro dei precium eius postulauit, si forte dominus eius hoc dignaretur accipere et concederet hunc ad propria
redire. Sed vir dei magnopere
pro precio femine petenti quid
dare potuisset inquirens nichil aliud apud se nisi se ipsum inuenit,
petentique femine respondit dicens: Mulier quod possum dare non habeo,
sed memetipsum tolle, me seruum
iuris tui esse profitere, et ut
filium tuum recipias me vice illius
in seruitium trade. Que illa ex
ore tanti viri audiens irrisionem
potius credidit quam compassionem.
At ille ut erat eloquentissimus
atque studiis exterioribus eruditus (adpmo)
dubitanti femine citius persuasit
ut audita crederet et pro filii
sui receptione se in seruitium tradere
non dubitaret. Profecti igitur
utrique ad affricam procedente autem
regis genero qui filium eius habebat,
vidua rogatura se obtulit ac
prius petiit ut ei filium donare debuisset. Quod cum vir barbarus
typo superbie turgidus gaudio transitorie prosperitatis inflatus non
solum facere sed etiam audire despiceret, vidua subiunxit dicens: Ecce hunc
hominem pro eo vicarium prebeo, solummodo pietatem in me exhibe
et michi filium meum unicum redde. Cumque
ille venustum vultu hominem conspexisset, quam artem nosset requisiuit.
Cui vir domini Paulinus respondit: Artem quidem aliquam nescio, sed ortum
bene colere scio. Quod uir gentilis
ualde libenter accepit, cum nutriendis
oleribus esse peritum audiuit suscepit

De paulino episcopo qui se impignorauit

itaque seruum et uidue rogati reddidit filium. Quo accepto uidua ab affrica regione discessit. Paulinus uero excolendi orti curam suscepit. Cumque idem gener regis crebro ingrederetur ortum suum quem ortulanum quendam requireret et ualde sapientem hominem esse uideret, amicos et familiares cepit deserere et sepius cum suo ortulano colloqui atque sermonibus eius delectari. Cui Paulinus quottidie ad mensam olera odorifera et herbas uirentes deferre consueuerat et accepto pane ad curam orti remeare. Cumque hoc diucius ageretur die quadam dominus suo seruo secreto loquenti ait: Vide quid agas et Wandalorum regnum qualiter disponi debeat proinde quia rex gattus citius et subita celeritate est moriturus. Quod ille audiens quia ab eodem rege pre ceteris diligebatur et minime tacuit sed quod a suo ortulano sapientissimo viro agnouisset indicauit. Quod cum rex audisset illico respondit dicens: Ego uellem hunc hominem de quo loqueris uidere. Cui gener ~~eius~~ regalis dominus venerabilis Paulini respondit dicens: Herbas uirentes mihi quottidie ad prandium deferre consueuit. Has itaque ad mensam tuam eum portare facio ut quis sit qui mihi hec locutus est agnoscas. Factumque est et cum rex ad prandium discumberet Paulinus ex suo opere olera odorifera queque et virecta delaturus venit. Cumque hunc rex subito conspexisset contremuit et accersito eius domino genero per filiam propinquo ei secretum quod prius abscondebat indicat dicens: Verum est quod audisti. Nam in hac nocte vidi contra me iudices in tribunalibus sedentes inter quos etiam iste sedebat et flagellum quod aliquando acceperam in iudicio eorum tollebatur.

Sed percunctare quisnam sit. Nam ego uirum tanti meriti popularem ut conspicitur esse non suspicor. Tunc gener regis secreto Paulinum tulit et quisnam esset inquisiuit. Cui uir domini respondit: Seruus tuus sum quem uicarium pro filio uidue suscepisti. Cumque instanter ille requireret ut non quid esset sed quid in sua terra fuisset indicaret et hoc ab eo ratione frequentis inquisitionis exigeret uir domini constrictus coniurationibus magnis iam non ualens negare quid esset episcopum testatus se est fuisse. Quod possessor eius audiens ualde pertimuit et humiliter postulauit dicens: Pete a me quid uis quatenus ad terram tuam cum magno a me munere reuertaris. Cui uir domini Paulinus ait: Unum est quod michi impendere beneficium potes ut omnes captiuos ciuitatis mee relaxes. Qui cuncti protinus in regione affricana requisiti cum nauibus frumento onustis pro satisfactione venerandi uiri Paulini in eius comitatu laxati sunt. Post non multos uero dies Wandalorum rex occubuit et flagellum quod ob suam perniciem dispensante deo pro fidelium disciplina tenuerat amisit. Sicque factum est ut dei omnipotentis famulus Paulinus predixerat ut qui se solum in seruitium tradiderat cum multis a seruicio in libertatem rediret, illum uidelicet imitatus qui formam serui assumpsit ne nos essemus serui peccati. Cuius uestigia Paulinus sequens ad tempus voluntarie seruus factus est solus ut esset postmodum liber cum multis.

Petrus

Cum me audire contingit que imitari non valeo flere magis libet quam aliquid dicere.

De eius morte apud Gregorium ecclesiam scriptum est. Hora tum dolore lateris esset tactus ad extrema usque perductus est. Dum eius quam omnis domus in soliditate persisteret cubiculum in quo iacebat eger facto fragore motu contremuit et deus qui illuc aderat immenso terrore concussit. Sicque sancta illa anima carne soluta est. Factumque est ut magnus pavor invaderet eos qui mortem pauli videre potuissent. Sed quia hec que superius dixi paulini virtus valde est intima. Nunc placet ut ad maiora miracula veniam que multis iam nota sunt et ego tam religiosorum virorum relacione didici ut de hiis omnino ambigere non possum.

De equo qui post pontificem non potuit portare mulierem

Gothorum tempore dum Johannes vir beatissimus huius Romane ecclesie pontifex ad Justinianum seniorem principem pergeret Corinthi partibus advenit. Cui necesse fuit ut in itinere ad sedendum equus queri debuisset. Quod illic quidam vir nobilis audiens equum super quem coniux eius sedere propter magnam eius mansuetudinem consueverat ita ei obtulit. Et cum ad loca alia pervenireti ubi aptus equus posset inveniri ille quem dederat debeat propter suam coniugem retransmitti. Factumque est et usque ad certum locum predictus vir equo eodem sub vehente perductus est. Ac mox ut alium reperit illum equum quem acceperat retransmisit. Cumque coniuge predicti nobilis viri super eum sedere voluisset ex more ulterius non valuit quia post sessionem tanti pontificis ferre mulierem recusavit. Cepit namque immenso flatu et fremitu atque totius corporis motu incessanti quasi despiciendo prodere ostendere quia post membra pontificis ferre non posset mulierem. Quod vir eius prudenter intuitus huic ad eundem venerabilem virum protinus retransmisit petens precibus magis ut equum ipse possideret quem ipse suo sedendo dedicasset.

De ceco illuminato per imposicionem manus

De quo etiam istud mirabile a senioribus nostris narrari solet quod in Constantinopolitana urbe ad portam que vocatur aurea veniens populorum turbis sibi occurrentibus in conspectu omnium ceco roganti lumen reddidit et manu super posita oculorum tenebras curavit.

De muto et claudo curato per Agapitum Romanum pontificem

Post multum vero temporis exigente causa Gothorum vir quoque beatissimus Agapitus huius sancte Romane ecclesie pontifex cui deo dispensante deservio ad Justinianum principem accessit. Cui adhuc pergenti die quadam in Grecarum partibus curandus est oblatus mutus et claudus qui neque ulla edere verba neque unquam a terra surgere valebat. Cumque hunc propinqui illius flentes obtulissent viri domini sollicite requisivit an curacionis illius habeat fidem. Cui cum in virtute dei ex auctoritate sancti petri firmam spem salutis illius se habere dicerent protinus vir honorabilis oratione incubuit et missarum sollempnia exorsus sacrificium in conspectu dei omnipotentis ymmolavit. Quo peracto ab altari exiens manum claudi tenuit atque assistente et aspiciente populo eum mox a terra in propriis gressibus erexit

fractus

c ij

c iij Curavit mutum aut claudum in fide eciam mortuos suscitavit

Cumque ei dominicum corpus in os mitteret
illa diu muta ad loquendum lingua
soluta est. Mirati sunt omnes flere pre
gaudio ceperunt, eorumque mentes illico
metus et reverentia invasit, tum videli
cet cum cerneret (*marg.:* cernerent) quid Agapitus facere
in virtute domini ex adiutorio fratre po
tuisset sancti petri etc. **Quomodo Datius**
expulit dyabolum de domo

c. iiij de dacio

Eodem quoque tempore eiusdem pontificis cum
Datius mediolanensis episcopus urbis causa
fidei exactus ad Constantinopolita
nam urbem pergeret, Corinthum adve
nit. qui dum largam domum ad ho
spitandum quereret, que totum comitatum
illius ferre posset, et vix invenire
potuisset, aspexit eminus domum con
gruentis magnitudinis eamque sibi para
ri ad hospitandum. Cumque loci eius
dem incole dicerent hunc in ea manere
non posse quia iam annis multis hanc
dyabolus inhabitaret, et ideo vacua re
mansisset, vir domini Datius respondit
dicens. Immo ideo hospitari in domo
eadem debemus quia malignus spiritus eam inva
sit et hominum habitacionem ab ea re
pulit. In ea igitur sibi parari hospitium
precepit, securusque antiqui hostis cer
tamina tolleraturus intrabat. Itaque
in tempeste noctis silencio cum vir
dei quiesceret antiquus hostis immensis
vocibus magnisque clamoribus cepit
dare rugitus leonum, balatus peco
rum, (*marg.:* ruditus asinorum) et sibillos serpentum, porcorum (*marg.:* grunnitus et)
stridores et soricum. Cum repente
Datius tot bestiarum vocibus excitatus
surrexit et vehementer iratus contra anti
quum hostem magnis vocibus cepit clamare
dicens: Miser unde tibi contigit. Tu
es ille qui dixisti Ponam sedem me
am ad aquilonem et ero similis altis
simo, et ecce per superbiam porcis
et soricibus factus es similis, et
qui imitari deum indigne voluisti
ecce ut dignus es bestias imitaris.

Ad quam vocem ut ita dicam
deiectionem suam spiritus mali
gnus erubuit. an non erubuit
qui eandem domum ad exhibenda
monstra que consueverat non
intravit ulterius. Sicque post
modum fidelium habitaculum
domus hec facta est, quia dum
in ea unus veraciter fidelis in
gressus est mendax spiritus
et infidelis protinus ab ea
discessit. **Petrus**
Eundem virum hoc sola fide
facere credimus non virtute pos
se. **Gregorius**
Ut ex multis aliis eius audi
bus agnosco, hunc sola fide
contra eundem spiritum prevaluisse
considero. Sed oportet ut
iam priora taceam, et ad ea que
diebus nostris sunt gesta veniam.
Quomodo Sabinus bibit venenum
et alius qui hoc procuravit
mortuus est

c. v

Quidam etenim religiosi viri
Apulie provincie partibus cogniti
hoc quod apud multos noti
ciam longe lateque percrepuit,
de Sabino canusine urbis (*marg.:* Sabino)
episcopo testari solent, quia idem
vir longo iam senio oculorum
lucem amiserat, ita ut omnino ni
chil videret. Cumque rex Go
thorum Totyla habere
spiritum prophetie audiens
minime credidit, sed probare
studuit quod audivit, qui cum
in eisdem partibus devenisset
vir dei ad prandium hunc ro
gavit. Cumque ventum iam es
set ad mensam rex discubere
noluit, sed ad dexteram Sabini
venerabilis viri sedit. Cum vero
eidem patri ex more poculum

vinum puer prebere rex silenter
manum tetendit et calicem
abstulit. Eumque per se episcopo pueri
vice prebuit ut videret an
spiritu prophetie prudenter
discerneret quis ei poculum
preberet. Tunc vir dei accipi-
ens calicem sed tamen ministrum non
videns dixit Vivat ipsa
manus. De quo verbo letus rex
erubuit quia quamvis ipse depre-
hensus esset in viro dei quod
tamen querebat invenit. Huius autem
venerabilis viri cum ad extremum vite
sequentium in longum senium vita
traheretur eius archidyaconus
ambicione adipiscendi episcopatus
accensus est eumque veneno
extinguere molitus est. Qui
cum vini fusoris ~~eius~~ ~~[illegible]~~ animum
corrupisset ut ei pocculum
veneno mixtum preberet puer
(pueri) ~~[illegible]~~ corruptus hoc quod ab
archidyacono eius acceperat
venenum poculum obtulit
refeccionis hora cum vir dei
(Cum statim) ad edendum discumberet. Ve-
nerabilis episcopus dixit Bibe
tu hoc quod mihi ad bibendum
prebes. Tremefactus puer
(se) esse sciens deprehensum malu-
it moriturus bibere quam pe-
nam pro illa tanti homicidii
culpa tollerare. Cumque calicem
sibi ad os duceret vir domini
compescuit eum dicens Non
bibas da mihi ego bibo et
vade dic ei qui tibi dedit.
Ego quidem venenum bibo sed
tu episcopus non eris. Facto igitur
signo crucis episcopus venenum
bibit securus et archidyaconus
eius eadem hora in alio

loco in quo erat defunctus est
ac si per os episcopi archidyaconi viscera
illa venena transissent. Cui tamen ad
inferendam mortem venenum quidem cor-
porale defuit. Sed hunc in conspectu
interni iudicis etiam venenum sue malicie oc-
cidit. Petrus
Mira sunt hec et nostris temporibus
valde stupenda. Sed talis eiusdem
viri vita perhibet ut quis eius conver-
sacionem agnoverit virtutem non debet
mirari. Gregorius
Neque hoc Petre sileam quod
multi nunc qui hic de Narniensium
civitate assistunt mihi sedulo testi- (assistunt)
ficantur. Eodem namque tempore Gothorum
cum prefatus rex Totila venisset (Totyla)
ei vir vite venerabilis Cassius urbis
eius episcopus occurrit. Cui quia ex con-
sparsione facies semper rubere consueverat
hoc rex Totila non consparsionis
esse credidit sed assidue potacionis
eumque omnino despexit. Sed omnipotens
deus ut quantus vir esset qui despicie-
batur ostenderet in Narniensi campo
quo rex advenerat malignus spiritus
coram omni exercitu eius spata-
rium invasit et eum crudeliter vexa-
re cepit. Qui cum tamen ante regis oculos ad
venerandum Cassium fuisset adductus
vir domini oracione facta hunc ab eo si-
gno crucis expulit qui eum ingredi ul-
terius non presumpsit. Sicque factum
est ut rex barbarus servum dei
ab illo die iam veneraretur ex cor-
de quem despectum valde habebat ex
facie. Nam quia virum tante virtutis vidit
erga eum mens illa effera ab ela-
cionis fastu detumuit. Ecce dum c vii
facta fortium virorum narro repente
ad memoriam venit quid gratia Andream
fundane civitatis episcopum divina misericordia
fecerit. Quod tamen ut ad hoc legentibus

valeat excepto / Quare q corpus sui
continentie dedicauit habitare cum sexibus
feminis nō presūpserat / ne ruina mēti
tanto repentina subripiat quanto ad hec
quod male concupiscitur etiā p̄sentia
concupite fort. famulatur / Nec res est
dubia quā narro qua pene tanti
testes sunt / quanti et eiusdē loci habi-
tatores existunt / Hic naque venerabilis
uir cū uitam uirtutibus plenā duceret
se se qz sub sacerdotali custodia in ar-
te continentie custodiret / quandā
sanctimonialē feminā quam secum
prius habuerat uoluit ~~ab epi~~ sui
cura repelle / Sed certus ex sua et
eius continentia securū hanc permisit ha-
bitare / De Epō quē tentat dyabolus p
incontinentiam / Ex qua re actū
est ut antiquus hostis apud eius
aīam additum temptationis exquireret /
Nam speciem eius cepit oculis mentis
illius imprimere / vt illectus ne-
fanda cogitaret / Quadā uō die
Iudeus quidā ex campanie partibus
Romā ueniens apie carpebat iter
qui ad fundanum ueniens cū
iam diem uesperascere cerneret
et quo declinare posset minime repe-
riret / iuxta templum Apollinis fuit
ibique se ad manendum contulit / Qui
ipsum loci illius sacrilegiū pertimescens
quāuis fidem crucis minime haberet / tā
se signo crucis munire curauit / No-
cte uō media pauore solitudinis tur-
batus peruigil iacebat / et conspici-
ens uidit turbam malignorum spiritu-
um q̄si in obsequium cuiuscumque prīoris
preire / Cum uō qui p̄erat ceteris
in eiusdem loci gremio consedisset
Cepit singulorum spirituum cepit sibi
obsequentium causas et actus discutere
~~Quale~~ quātū unusquisque nequitie egisset inue-
nire inueniret / Cumque singuli spūs

ad inquisitionē eius exponerent
Quid contra bonos operati
essent / Unus in medium prosi-
liit q in Andree epī animū
per speciem sanctimonialis femine
q in episcopio eius habitabat
quantam carnis temptationem
commouisset aperuit / Cum
uō hoc malignus spiritus
qui p̄erat inhianter audiret
et tanto sibi factū grande
lucrū crederet / quanto sanctioris
uiri animum ad lapsum per-
ditionis inclinaret / Ille spē
qui hoc fatebatur adiunxit
Quia usque ad hoc etiam die
preterito hora uespertina eius
mentem traxerit / vt in terga
eiusdem sanctimonialis femine alapā
blandiens daret / Tunc ille mali-
gnus spūs et humani generis inimicus
antiquus exhortabatur blande
hunc quod cepisset perficeret
quatenus ruine illius singularē
inter ceteros palmā teneret /
Cumque uidens q aduenerat
hoc uigilans cerneret et ma-
gne formidinis anxietate
palpitaret / ab eodem qui il-
lic cunctis obsequentibus p̄-
erat / missum est ut requireret
quis nā esset ille q in eodem
templo iacere presumpsisset
quo maligni spūs pergentes
et subtilius intuentes / intra-
tes qz dixerunt / vas uacuum
sed signatum / quibus hec renunci-
antibus cuncta illa malignorū
spirituū turba disparuit
Iudeus uō q hec uiderat il-
lico surrexit / et cū festinacione

alumnus
quāuis
quē

ad episcopum peruenit, quia (quae) in ecclesia sua reperiens seorsum tulit, qua temptatione urgeretur inquisiuit. Cui episcopus temptationem suam confiteri uerecundatus noluit. Cumque ille diceret quod in illa tali dei famula oculos praui aspectus iniceret, et episcopus negaret, adhuc ille addidit dicens: Quare negas quod inquireris, qua adhuc uespere usque hesterno perductus es ut posteriora illius alapa feriret? Ad quae inmirum uerba episcopus se deprehensum intuens humiliter confessus est quod prius pertinaciter negauit. Cuius ruine et uerecundie idem iudeus consulens qualiter hoc cognouisset, et quae in conuentu malignorum spirituum de eo audisset indicauit. Quod ille cognoscens se in terram prostratus in orationem dedit, et de suo habitaculo non solum eandem dei famulam, sed et omnem feminam quam (que) in obsequio eius habitabat expulit. Mox in eodem uero templo appollinis repente oratorium beati andree apostoli fecit, et omni illa carnis temptatione funditus caruit. Iudeum uero cuius uisione atque increpatione saluatus est ad eternam salutem traxit. Nam fidei sacramentis imbutum et aqua baptismatis mundatum ad sancte ecclesie perduxit gremium. Sicque factum est ut hebreus isdem dum aliene saluti consulit inueniret suam. Et omnipotens deus unde alterum ad bonam uitam perduceret, inde alterum in bona uita custodiuit etc. Petrus

Res quam audiui et metum incussit prebet et spem. Gregorius

Utique sic oportet, et de dei nos semper misericordia confidere, et de nostra infirmitate formidare. Ecce enim paradisi cedrum quassatam audiuimus, sed non euulsam. Quatenus nobis infirmis de concussione eius nascatur timor, et de stabilitate eius fiducia. ¶ Uir quoque uenerabilis ¶ c. viij
Constancius fuit episcopus aquinensis qui nuper predecessoris mei tempore beate memorie Iohannis pape defunctus est. Hunc habuisse prophetie spiritum multi testantur qui hunc familiariter scire potuerunt. Cuius inter alia multa hoc referunt religiosi et uiri ueraces qui presentes fuerunt quod in die obitus sui cum a circumstantibus ciuibus utpote discessurus pater tam amabilis amarissime plangeretur flendo ei requisiere dicentes: quem post te patrem habemus? Quibus ipse respondit: Post Constancium mulionem, post mulionem fullonem. Quibus prophetie spiritu ibi editis uite spiritum exalauit extremum. Quo defuncto eius ecclesie pastoralem curam suscepit andreas dyaconus eius qui quondam in stabulo itinerum cursus seruauerat equorum, atque hoc ex hac uita subducto episcopatus ordinem Iobinus secutus est qui in eadem urbe fullo fuit. Quo adhuc superstite cuncti ciuitatis illius inhabitatores barbarorum gladiis et pestilentie inmanitate ita uastati sunt, ut post mortem illius nec quis episcopus fieret nec quibus preesset potuisset inueniri. Sicque completa est uiri dei sententia quatenus post decessum duorum successorum eius ecclesia pastorem minime habet.

Quo ~~Venantius~~ frigidianus aquas post se ire precepit etc.

c xxi

Sed neque hoc sileam quod narrante venerabili viro venancio lunensi episcopo me ante biduum contigit agnovisse. Lucane namque ecclesie episcopum frigidianum nomine narravit fuisse mire virtutis virum, cuius hoc opinatissimum fuisse a cunctis illic habitantibus testatur miraculum, quod ausar fluvius qui iuxta illius urbis muros fluebat sepe inundatione facta suum cursum alveum egressus per agros diffundi consueverat et sata ac plantaria que reperit evertit. Cumque hoc crebro fieret et magna necessitas eiusdem loci incolas urgeret dato studio operis eum per alia loca derivare conati sunt. Sed quamvis diutius laboratum fuisset a proprio alveo deflecti non potuit. Tunc vir dei frigidianus rastrum sibi parvum fecit ad alveum accessit et solus orationi incubuit atque fluvio eidem sed precipiens ut sequeretur eum per loca que visa sunt. Et sic rastrum per terram traxit. Quem mox tota fluminis aqua relicto proprio alveo secuta est ita ut funditus locum consueti cursus desereret et ibi sibi alveum ubi tracto per terram rastro vir domini signum fecit vendicaret et que esset alimentis hominum pro futura sata vel plantata ultra non lederet. De Sabino quod per cartam scriptam aquarum impetum repulit.

c xxii

Huius quoque venerabilis viri aliud miraculum relatione cognovi quod in placentina urbe perhibet gestum. Hoc vir venerabilissimus Johannes qui in hac Roma urbe modo locum prefectorum servans qui in eadem placentine urbe est ortus et nutritus ita ut quia gestum fuisset a meo narrando episcopo testatur. In eadem namque civitate sabinum namque asserit fuisse mire virtutis episcopum. Cui cum die quadam suus dyaconus nunciasset quod padus cursus sui alveum egressus ecclesie agros occupasset et omnia illic loca pro nutriendis frugibus aqua eiusdem fluvius teneret venerabilis vite sabinus episcopus respondit dicens Vade et dic ei Mandat tibi episcopus ut te compescas et ad proprium alveum redeas. Quod dyaconus eius audiens despexit et irrisit. Tunc vir dei accersito notario dictavit dicens Sabinus domini nostri ihesu christi servus commonitorium pado. Precipio tibi in nomine domini ihesu christi ut de alveo tuo in locis istis ulterius non exeas nec terras ecclesie ledere presumas. Hec eidem notario subiunxit dicens Vade scribe hec et in aquas eiusdem fluminis proice. Quo facto preceptum viri sancti suscipiens statim a terris ecclesie aqua ad proprium alveum recursa est nec in alia loca exire ulterius presumpsit. Qua in re Petre quid aliud quam hominum inobedientium duritia confunditur quando in virtute domini elementum irrationale sancti viri preceptis obedivit. De Carbonio urbis populanie episcopo quod ursa mansueta sit facta.

c xxiii

Vir quoque vite venerabilis Cerbonius loci populanii episcopus in diebus nostris magnam sanctitatis sue probationem dedit. Nam cum hospitalitatis studio valde esset intentus die quadam transeuntes milites hospicio suscept-

alias sic ita ut e(piscop)o (?) meminit quod tempore fuit attestatur

quos(?) gallis suppeditibus abscondit corumque vitam ab illorum nequitia abscondendo servavit. Quod dum regi Gothorum perfido Totyle fuisset nunciatum crudelitatis immanissima vesania succensus, hunc ad locum qui octavo hujus urbis miliario Merodis dicitur, ubi ipse tunc cum exercitu sedit, jussit deduci eum et in spectaculo populi ursis ad devorandum projici. Cumque isdem rex perfidus in ipso spectaculo consedisset ad inspiciendam mortem Episcopi magna turba populi confluxerit. Tunc Episcopus in medio deductus est, atque ad eius mortem immanissimus ursus exquisitus, qui dum humana membra crudeliter carperet semi regis animum satiaret, dimissus est. Itaque ursus de cavea dimissus quoque accensus concitus Episcopum petiit, sed subito feritatis sue oblitus deflexa cervice summissoque humiliter capite lambere pedes Episcopi cepit. Ut patenter omnibus hominibus daretur intelligi, quia erga illum viri Dei ferina essent corda hominum et quasi humana corda bestiarum. Tunc populus qui ad spectaculum mortis venit, magno clamore versus est in ammirationem venerationis. Tunc ad eius reverentiam tollendam rex ipse permotus est, quippe tunc quo superno iudicio actum est ut qui Deum sequi prius in custodienda vita eius noluit saltem ad mansuetudinem bestiam sequeretur. Cum reliqui tunc presentes erant illorum adhuc nonnulli supersunt et eam testantur.

Aliud de eius sepultura quod inter tempestates fuit tranquillitas duabus corpus eius

De hoc etiam viro aliud miraculum Venantio Lunensi Episcopo narrante cognovit. In eadem namque Populonii ecclesia cui preerat sepulturam sibi paravit. Sed cum Longobardorum gens Italiam cunctam vastasset ad Elbam insulam recessit. Quod irruente egritudine ad mortem veniens clericis suis et obsequentibus precepit dicens: In sepulcro meo quod in Populonio paravi me ponite. Cumque illi eum dicerent: Corpus tuum illuc reducere qualiter possumus qui a Longobardis teneri loca eadem et ubique eos illuc discurrere scimus. Ipse respondit: securi reducite me et nolite metuere et festine me sepelire curate. Hora autem ut corpus meum sepultum fuerit ex eodem loco sub omni festinatione discedite. Defuncti igitur corpus posuerunt navi. Cumque Populonium tendentes tollerent in nubibus aere immensa nimis pluvia erupit. Sed ut cunctis patesceret cuius viri corpus navis illa portaret per illud maris spatium quod ab Elba insula usque in Populonium xii miliaribus distat, circa utraque navis latera valde procellosa pluviam descendit, sed in navi eadem una pluvie gutta non cecidit. Pervenerunt itaque clerici ad locum et sepulture tradiderunt corpus sacerdotis sui. Cuius precepta servantes ad navem sub festinatione recursi sunt. Quam mox ut intrare potuerunt in eodem loco ubi vir Dei sepultus fuit Longobardorum rex crudelissimus Gomarith

aduenit ex cuius de aduentu uirū dei
habuisse spm̄ ꝓphetie claruit q̄ ministros
suos a sepulture loco sub festinatiōe
discedere ꝑcepit Hoc aūt qđ de diuisa
pluuia stim̄ miraculū narrauī etiaȝ
in alterius epī venatiōn mostratum
est Nā quidā clericus senex q̄ adhuc
eidē rei superest rei presto se testatur fuisse
dicens. Aliud ꝯsile miraculū de
c. xvij fulgētio Epō ffulgentius Epus q̄
utriculensi eccliē ꝑerat regeȝ crude
lissimū Totilaȝ offensū habuit
oīo Cuīqȝ ad easdem ptes cum
exercitu ꝓpinquasset stiure fuit Epō
ꝑ clericos suos exenia mittere eius
qȝ furore si posset muneribꝰ placare
Que ut ille uidit protinus spreuit
et iratus suis hominibꝰ iussit ut
eundē Epm̄ sub oī asperitate constringent
eū qȝ eius examini seruarēt Quem
cū feroces gothi ministri qȝ crudelitatis
illius tenuissent circumdantes eū uno
in loco stare preceperunt et qȝ in terraȝ
circulū signabant extra quē pedem
tendē nullo' auderet Cūqȝ dei uir
in sole estuaret nimie ab eisdē gothis
circumdatus et circuli designatione inclusus
repente chorusca' & tonitrua et tanta
vis pluuie erupit ut hi qui ad custo-
diendū eum acceperant imensitatem
pluuie ferre nō possent et dum mag'
nimis inondacio fieret intra eandeȝ
circuli designatā in qua vir dei ffulg
gentius stetit Nec vna quidē pluuie
gutta descendit Quod cū regi crude
lissimo nunciatum fuisset mens illa
efferata ad magna eius reuerentiaȝ uersa
est cuius penā prius insatiabili furo
re sitiebat Sic deus omnipotens
contra elatas mentes carnaliū potentie
sue miracula per despectos operatur
ut qui superbe contra precepta ueritatis
eleuāt eos eorumqȝ uitas ꝑ humiles
premat De herculano crudeliter occi
so et mirabiliter corpus eius sepulto sa
c. xviij natū e Nuper qȝ Floridus venlis
vite epus narrauit quoddā
ualde mirabile miraculum
dicens Vir scīssimus Hercu
lanus nutritor meus perusine
ciuitatis fuit epus ex conuer
satiōn monasterii ad sacerdotalis
ordinis gratiā deductus Totilie
aūt perfidie regis tēporibus
eandē urbeȝ septē annis cōtinu
is gothoꝝ exercitus obsedit
ex qua multi ciuiū fugerūt
qui famis periculū ferre non
poterant. Anno uō septio
necdum finito obsessā urbeȝ gotho
rū exercitus intrauit Tunc
comes qui eidē exercitui ꝑerat
ad regeȝ Totilā nuntios mi
sit exquirens quid de Epō et
de ꝑplo fieri iubet Cui ille
ꝑcepit dicens Epō prius a uertice
usqȝ ad calcaneum tolle corri
giā et tunc caput eius amputa
omnē uō ꝑplm qui illic inuentus
est gladio extingue Tunc
ysdem Comes venlem virū
herculanū epm̄ super urbis
murū deductū capite truncauit
ei qȝ iam mortuo cutem a uertice
usqȝ ad calcaneū incidit ut
ex eius corpore corrigia su
blata videretur et mox corpus
extra murū proiecit Tunc
quidā humanitatis pietate com
pulsi abscisū caput ceruici
apponētes cum vno paruulo
infante q̄ illic extinctus inue
tus est iuxta murū corpus
eius sepulture tradiderunt
Cūqȝ post eandē cedem die
quadragesio rex iussisset ut
ciues urbis illius qui quolibet
dispersi essent ad eā sine ali
qua trepidatiōe remearent
hi qui prius fame fugerūt
viuendi licentia accepta reuersi
sunt Sed cuius vite Epus

cor fuerat medres ubi corp⁹
eius sepultū essent ꝯsierūt
ut hoc in ecclia bti pet apli
uiꝰ honorez debitū huarent
Cūq; itū esset ad sepulcrū
effosa tra inuenerunt cor-
pus pueri pit habitātī utpo-
te iā die xlᵒ thabe corruptū
et vermibus plenū corpus epi
at si die ead' esset sepultum
et quod est adhuc magnum
admiracōe venerādū qa caput
pus eius fuit ita corpori
iunctū ac si nequaq̄ fuisset
abscisum sic viz ut nulla
uestigia sectōis apparerent
Cūq; hoc et in tergo uterent
experientes si quod signū
uel de alia incisione mōstra-
ri potuisset ita sanū et in-
tegrū ex corpus inuentum est
ac si hc nulla fri incisio te-
tigisset Petrus
Mirus nō obstupescat ta-
lia signa mortuor. Greg⁹
Superiorib⁹ quoq; tpibus gotho-
rū fuit iuxta spolitanā ur-
bem vir uite venerabilis ysaac
nōie qui pene ad extrema
gothorū tpa puenit quez
nror multi nouerūt et maxi-
me sacra ūgo gregoria que
nūc in hanc urbez Romā
iuxta ecclia bte marie sp ūgi-
nis habitat Que dū adole-
scencie sue tpe constitutis ia
nuptijs in ecclia fugisset et
sctimonialis uite conuersacōz
quereret ab eod' viro defensa
gumentu no apparenciu hoc
ueraciter dr credi quod no ualet
videri Naz credi iam non pt qd
videri ~~non~~ pt Ut tn te bre
uiter reducam ad te nulla vi
sibilia nisi p invisibilia ~~credi~~ uidentur
Cuncta enim cuncta corporea oculi tui
corporis aspicit nec tn ipse
corporeus oculus aliquid cor
poreu uideret nisi hunc res
incorporea ad uidendu acueret
Na tolle mentez que no uidetur
et in cassum patz oculus qui
uidebat subtrahe aiaz corpori
remanet procul dubio oculi
in corpore apti Si g per se
videbat cur discedente aia
nil uident Hinc go collige qr
ipa q visibilia no nisi p inu
sibilia uident Ponam go an
oculos mentis edificare domu
imensas moles levari pende
magnis in machinis columnas
quis qso te hoc opus operatur
corpus visibile qr illas moles
manibus trahit an invisibil
aia que corpus vivificat Tol
le enim quod no uidetur in cor
pore et mox inmobilia rema
nent cuncta ~~hec~~ que moueri uideban
tur visibilia corpora metallorum

Qua in re pensandu est qa
in hoc qz mundo visibilia ni
chil n p creaturam invisibilez
disponi pnt Naz sicut omipt
deus aspirado ul implendo
ea que racionali subsistunt vivi
ficat et mouet invisibilia ita
ipa qz invisibilia implendo
mouet atqz sensu vivificant
corporalia corpora que uident
Petrus

Istis fateor allegacionibus li
bent victus prope nulla iam
esse visibilia existimare com
pellor q prius in me infirma
cium pensaz suscipiens de invi
sibilibus dubitaba Utqz placet
cuncta que dicis sed tn sicut
vitaz aie in corpore manentis
ex corporis motu cognosco
ita vitaz aie post corpus a
ptis quibusdam rebus attestan
tibus agnoscere cupio

Gregorius sicut vita aie mane
tis corporis deprehenditur
ex motu membrorum sic vita
aie post corpus in sanctis pen
sanda est in virtute miraculorum

vij c Hac in re si cor patu tue
dilectionis invenio in allegacione
minime laboro Nunquid naz
sctis apli et mrs xpi prsentez
vitaz despicerent et in morte
carnis aias ponerent n cer
tiorez aiarum vitam subsequi
scirent Tu qz ipse inquies
qa vitaz aie in corpore mane viij c
tis ex motibus corporis a
gnoscis et ecce hy qui aias
in morte posuerunt et aiaz
vitaz post mortez carnis ee
crediderunt cotidianis mi longe
raculis choruscant Ad exti
cta naqz eoru corpora viue
tes egri veniunt et sanantur
et periuri veniunt et demo

vexatur. Demoniaci veniunt
et lavantur. leprosi veniunt et
mundantur. deferuntur mortui
et suscitantur. Pensa itaque cor-
pore qualiter vivunt illuc ubi vivunt
quorum hic et mortua corpora
in tot miraculis vivunt. Si igitur
vitam anime in corpore manentis
deprehendis ex motu membrorum
cur non deprehendis vitam anime post
mortem corporis etiam per
ossa mortua in virtute mira-
culorum. Petrus

Nulla ut opinor huic alle-
gacioni racio obsistit in qua et
ex rebus visibilibus cogimur
credere quod non videmus

Gregorius de egressu anime
Capuanam Episcopi tum

vij c Paulo superius questus es mo-
rientis cuiusdam egredientem ani-
mam te non vidisse. Sed hoc ipsum
iam culpe fuit quod corporeis ocu-
lis rem videre invisibilem volu-
isti. Nam multi virorum men-
tis oculum fide pia et uberi ora-
cione mundantes grandi egre-
dientes e carne animas frequenter
viderunt. Unde nunc michi
necesse est ut qualiter egredien-
tes anime vise sint vel quanta
ipse dum egrediuntur viderint
enarrare quatinus fluctuanti
animo quod plene racio non va-
let exempla suadeant. Gregori-
us de anima Germani Capuani episcopi

viij c In secundo namque huius operis
libro ad Petrum. Quod
vir venerabilis Benedictus sicut
a fidelibus eius discipulis
– longe agnovi. a Capuana urbe po-
situs Germani eiusdem urbis
episcopi animam nocte media in
globo igneo ad celum ferri ab
angelis aspexit. Qui eandem

quoque animam ascendentem intuens mi-
nus laxato sinu cordis sub uno solis
radio cunctum in suis oculis mundum
collectum vidit. Gregorius de exi-
tu anime Speciosi monachi

Eisdem quoque discipulis illius narran-
tibus didici quia duo nobiles viri
atque exterioribus studiis eruditi
germani fratres quorum unus Specio-
sus alter vero Gregorius dicebatur
eius se regule in sancta vite conver-
sacione tradiderunt. Quos idem
venerabilis pater in monasterio quod iuxta
Tarracinensem urbem construxerat
fecit habitare. Qui multas quidem
dum in hoc mundo pecunias possi-
derent sed cuncta pauperibus pro
animarum suarum redempcione largiti
sunt. Et in eodem monasterio perma-
serunt. quorum unus Speciosus
dum pro utilitate monasterii iuxta Ca-
puanam urbem missus fuisset die quadam
frater eius Gregorius cum fratribus
ad mensam sedens atque comedens
per spiritum sublevatus aspexit et vi-
dit Speciosi germani sui animam etiam
longe a se positi de corpore exire.
Quod mox fratribus indicavit et
cucurrit namque eundem fratrem suum
sepultum repperit. quem tamen hora qua
viderat exisse de corpore invenit.

¶ Quidam religiosus atque fidelis-
simus vir adhuc in monasterio
posito narravit quod aliqui de Sicilie
partibus navigio Romam petentes
in mari medio positi cuiusdam
servi dei animam descendentem ad
terram causam quam an sit ita esset
acta perscrutantes illo die inve-
nerunt obisse virum dei quem ad
regna celestia ascendisse cognove-
runt. Gregorius de exitu anime Speci-
osi abbatis capitulo xij c

Adhuc in monasterio meo positus
cuiusdam valde venerabilis viri relacione

de insulis ... in medio

qui in Samnio fuerat inclusus ad celum animam ferri viderunt

Cum septi fine mihi [?] mutacionem spatio [?]
pro tercio exemplum

cognovi quod dico. Fiebat enim quia vetulus pater nomine Spes monasterium construxit in loco cui vocabulum Cample est, conte spacio a vetusta Nursine urbe disiungitur. Hunc omnipotens et misericors deus ab eterno ubere flagellando protexit et quam dispensacionis sue maxima flagello severitatem servavit et gratiam quantum quem prius flagellando diligeret postmodum perfecte sanando eius monstravit. Eius namque oculos per quadraginta annorum spatium continue cecitatis tenebris pressit nullum ei lucis vel extreme visionis aperiens. Sed quia nemo in verbere illius gratia se destituente subsistit et misericors idem misericors pater qui penam irrogat patienciam prestet. Mox per impatienciam peccatum nobis auget ipsa correctio peccatorum, fitque modo mirabili ut culpa nostra unde sperare debuit terminum inde sumat augmentum. Ideo deus noster infirma conspiciens flagellis suis custodiam premittit et in percussione sua electis filiis nunc misericorditer iustus est, ut sint quibus postea debeat misereri. Unde venerabilem senem numquam luce destituit quem flagello fatigaretur corporis habebat per superpositi custodiam consolacionem cordis. Cum vero annum iam quadragesimum fuisset in cecitate tempus expletum ei dominus lucem reddidit vicinum suum obitum denunciavit atque in monasteriis circumquaque constructis verbum vite predicaret ammonuit quatenus corporis recepto lumine visitatis in circuitu fratribus cordis lumen aperiret. Et statim iussis obtemperans fratrum cenobia circuit, mandata vite que agendo didicerat predicavit. Quintodecimo vero die ad monasterium suum peracta predicacione reversus, ubique fratribus convocatis astans in medio sacramentum dominici corporis et sanguinis suscepit. Mox que cum eis mistica psalmorum cantus exorsus est.

Dum cecitatis tenebris premeretur [?] ebria [?]

suscepit

De eo cuius anima in specie columbe videbatur penetrare celum

Cumque illis psallentibus oratione intentus animam reddidit. Omnes vero fratres qui aderant ex ore illius exisse columbam viderunt. Que mox aperto tecto oratorii egressa aspicientibus fratribus penetravit celum. Cuius iccirco animam in columbe specie apparuisse credendum est ut omnipotens deus in hac ipsa specie ostenderet quam simplici corde ei vir ille servisset.

Gregorius de exitu anime Ursini presbiteri

Sed neque hoc silea quod vir venerabilis abbas Stephanus qui non longe hic in hac urbe est defunctus Roma quem tu etiam bene nosti in eadem provincia Nursie contigisse referebat. Aiebat enim quod illic presbiter quidam commissam sibi cum magno timore dei regebat ecclesiam, qui ex tempore accepti ordinis presbiteram suam ut sororem diligens sed quasi hostem cavens ad se propius accedere numquam sinebat eamque sibimet appropinquare nulla occasione permittens ab ea sibi communionem funditus familiaritatis abscidit. Habent quippe sancti viri hoc proprium. Nam ut semper ab illicitis longe sint a se plerumque etiam licita abscidunt. Unde isdem vir ne unquam per eam culpam incurreret sibi etiam per illam ministrari recusabat necessaria. Hic ergo venerabilis presbiter cum

Ex 9 c

Eucharistie [?]

longā vite implesset etatem
anno quadragesimo etatis sue
ꝯiuter in ~~[illegible]~~ descendente fe
bre correctus ad extrema p
ductus est Sed cū eū p̄sbi
tera sua cōspiceret solutis iaȝ
mēbris q̄si in morte distessū
sit ꝗdei adhuc vitale spira
men inesset naribus eius ap
posita curavit aure dinoscere
Quod ille sentiens cū tenu
issimus inesset flatus quanto
adnisu valuit vt loq̄ potuis
set inferuescēte spū collegit
vocem atq̄ erupit dicens Re
cede a me mulier adhuc igni
culus vivit paleā tolle Illa
q̄ recedente crescente virtute
corporis cū magna leticia ce
pit clāre dicens Bn̄ venint
dñi mei bn̄ venerunt dñi mei
Quid ad tantillum seruulū
vīm estis dignati convenire
venio venio gr̄as ago gr̄as
ago D' eo cui iam mortis ar
ticulo apli apparuerunt
Cumq̄ hoc crebro iterata voce
repeteret quibus hoc diceret
noti sui qui illū circumstetant
requirebant Quibus ille a
mirando respondit dicens Nu
quid conuenisse hic sctōs aplōs
non videtis Btm̄ petrum
et paulū p̄mos aplorum non
aspicitis Ad quos iterū
conuersus dicebat Ecce ve
nio ecce venio et inter verba
hec aiam reddidit Et quia
veraciter sctōs aplōs viderat
eos etiam sequendo testatus est
Quod plerumq̄ iustis accidit
vt in morte sua sctōrum prece
dencium visiones aspiciant ne
ipsam mortis sue penalem
sniam pertimescant Sed dum

corū mentibus interiorum ciuium
societas ostendit a carnis sue
copula sine doloris et formi
dinis fatigacōe soluantur De
Transitu probi reatine ciuita
tis Epi etc

Qua de re neque hoc sileam   xiiij c
quod Probus omnipotentis dei
famulus qui nunc in hac urbe mo
nastio presto est qd appellatur   renati
Renati de Probo patruo suo
reatine civitatis Epo in narra
re consueuit dicens Qua pro in
quāte eius vite tempore cum
grauissima oppressit egritudo Cuius
pr̄ noie maximus ~~[illegible]~~ cuique   puer
cunctimissi colligere medicos studuit
si fortasse eius molestie subue
nire potuisset Sed congregati
ex vicinis locis undique medici
ad tactū vene denunciaverunt eius
exitum citius affuturū Sed
cū tempus iam refeccōis increverat
atque dei homo tardior exituisset
venerandus Epūs de illorum po
tius quam de sui salute sollicitus
eos qui aderant amonuit cum
suo pr̄e in superiores episcopii
sui partes ascendere se quoque post
laborē reficiendo reparare Con
simile de apparicōe sctōrum mrm
in obitu probi Epi etc Omnes
qui ascenderunt domū vnus ei
tantomodo puulus relictus est puer
quem nunc quoque predictus proby asserit
superesse Qui dū lecto iacentis
assisteret subito aspexit intrantes
ad virū dei quosdā viros stolis
candidis amictos qui eundem quoque
candorem vestiū vultuū luce su
orū vincebant Qui splendore
et corum claritate perculsus quinam
essent illi cepit emissa voce clamare
Qua voce etiam commotus Proby
epc intrantes eos aspexit et agno
uit atque eundem stridentem vagientem
stridentem

q̄ pueꝝ consolari cepit dicēs Noli timere quia adhuc sctus iuuenalis et sctus Eleutherius mīcēs venerūt. Ille aūt tāte visionis nouitatē nō ferens concito cursu extra fores fugit et eos quos viderat pri ac medicis nūciauit. Qui cōtīte descenderūt, sed egrū quē relinqrant iā defunctum venerūt quiā illi cū secum tulerāt quoꝝ visiōꝝ puer ferre non potuit qui hic remansit.

Gregorius de trāsitu galle ancille dei. Interea neqꝫ hoc silendū arbitror quod mihi personatū fidelium est relacōe compertum. Gothorū naqꝫ ptibus galla huius urbis nobilissima puella simachij consulis ac patricij filia intra adolescentie tpa marito tradita āni in vnius spacio est eius morte viduata. Quā dū ferueris mūdi copia ad iterandū thalamū et opes et etas reuocaret elegit magis spiritalibus nuptijs copulari deo in quibus a luctu incipitur, sed ad gaudia etna pducitur qm̄ car nalibus nuptijs subitoqꝫ a letitia sēp incipiūt et ad finez cū luctu tendūt. Huic aūt cum valde ignea cōspersio corporis inesset cepunt medici dicē qa nisi ad amplexus viriles rediret calore nimio cōtra naturā barbas esset habitura. Quod ita q̄ ptea factū est. Sed sctā mulier nil exterioris difformitatis timuit que sponsi interioris spez amauit. Nec vita est hoc in illa fedaretur q a celesti sponso in ea nō amaretur. Mox ergo vt eius coniux defunctus est abiecto seculari habitu ad dei omnipotentis seruiciū se apud beati petri

apl'i ecclesiā mōsterio tradidit. Ibiqꝫ multis annis in simplicitate cordis et orōi dedita larga indigentibus elemosinarū opera impendit. De ea cui an obitū sctus petrus apparuit Cūqꝫ omnipotens deus phennē iā mercedē eius laboribus dare voluisset cancri ulcere in eius mamilla percussa est. Nocturno at tpe lectū illius duo candelabra lucē cōsueuerunt, q̄ verē amica lucis nō solū spiritales, sed etiā corporales tenebras odio habebat. Que dū nocte quadā ex hac iacet infirmitate fatigata. vidit btm̄ petrū apl'm inter vtraqꝫ candelabra ante lectū suū cōsistentē. Nec perterrita timuit, sed ex amore sumens audaciā ei q̄ dixit Quid est dñe mi Dimissa sūt michi peccata mea. Cui ille benignissimo vultu inclinato capite annuit dicēs Dimissa sunt. Sed qa quādam sctimonialez feminam in eod mōsterio pceteris diligebat illico galla subiunxit Rogo ut soror benedicta mecū veniat. Cui ille respondit. Non. Sed illa talis veniat tecū. Hec uo quā petis erit die tricesimo te secutura. His igitur expletis visio apl'i assistētis et colloquentis ablata est. At illa protinus cuncte congregationis abbatisse vocavit matrē ici q̄ qd viderat quid audierit indicauit. Tercia aūt die cum ea que iussa fuerat sore defuncta est, Illa uo quā ipa poposcerat die est tricesimo subsecuta.

concito

Dialogus

Nota de pāna visitatē

Quod fctm nuc usqz in eod
mostertio manet memorabile
sit qz hoc a pcedentibus mi-
bus traditu narrare illic sub
tilis solent iuniores qc mente
(ve) sut scitionales hymnes ac si
illo in tpe hinc ta grandi
miraculo et tpe affuissent

D' transitu simuli palitici qui in
obitu tatum celestez audiuit
vocez Gregorius

(xvi de patia in infirmitate)

Sed inter hec sciend' est qa
sepe aiabus exeutibus ele-
ctoru dulcedo solet laudes
celestes erupere ut du illaz
liber audiut dissolucoz car-
nis ab aia nime ptimescut-
Vn in omelijs qz Ewageli
iam narrasse me in Grom
qi memini quod in ea por
ticu q euntibus ad ecclia
bti Clemetis est peruia
fuit quida sernulus cuig te
qz no ambigo meminisse Qe
quida pauper rebus set me
ritis diues erat que longa
egritudo dissoluerat Na ex
quo scire potuimus usqz ad
finez vite sue paliticus iace
bat Quid dicam quia
stare no poterat q nuquaz
surge in lecto ul ad sedend
nolebat nuqi ma suaz
ad os duce nuqi se potuit
in latus declinare hinc ad
seruiendu mr eu fre aderat
sed quicqd ex eleosina po
tuit accipe hoc eoru manibus
pauperibus erogabat Nec
quaz lras nouerat sed sacre
scriptture sibimet codices e-
merat et rligiosos quosqz
in hospitalitatez suscipiens
hoc cora se lege studiose
faciebat factum qz est vt
iuxta modulu suu plene sa
cra scripturam disceret vt sic
dixi lras funditus ignora
ret studebat se in dolore
gras hymnis et dei laudibus
diebus ac noctibus uacare Sz
cu iaz tpus esset ut tanta eius
patia remunerari debuisset
dolor mebroru ad uitalia
redijt Cuqz se morti ia pro
ximu agnouit peregrinos viros
in hospitalitate susceptos a-
monuit ut surgent vt cu
eo psalmos pro expeditione
sui exitus decantarent Cuqz
cu eis et ipe moriens psallet
voces psallencium repente co
pescuit cu terrore magni cla
moris dicens Tacete tace
te Nuquid no auditis quite
in celo laudes resonant et
du ad eas laudes quas intus
audierat aure cordis inten
deret scta illa aia carne so
luta est Qua scz exeunte
tanta illic flagrantia odoris
aspersa est vt omnes q illic
aderant inestimabili suaui
tate replerentur Ita ut per
hoc pateret agnoscent qz
ea laudes in celo suscepisset
eu ur rei monachus ne inter
fuit q nuc usqz viuit et cum
fletu magno attestari solet
qa quisqz corpus eius sepultu
re traderent ab eoz naribus
odoris illius flagrantia non
recessit Gregorius d' transitu
Romule ancille dei d' cuius
morte et mirabili odore circa
eam apparente de patia

In eisdem qz omelijs te narr
rasse me recolo cui speciosa

copresbiter meus qui hec novit me narrante attestatus est. Eo namque tempore quo monasterium petii anus quedam (Redempta) nomine in sanctimoniali constituta habitu in urbe hac iuxta beate marie semper virginis ecclesiam manebat. Hec illius Herundinis discipula fuerat que magnis virtutibus pollens super Prenestinos montes vitam heremiticam duxisse ferebatur. Huic autem Redempte due in eodem habitu discipule adherebant. Una nomine Romula, et altera que nunc adhuc superest, quam quidem facie scio sed nomine nescio. Tres itaque hee in uno habitaculo commanentes moribus quidem divitiis plenam, sed tamen rebus pauperem vitam ducebant. Hec autem quam prefatus sum Romula aliam quam predixi discipulam magnis vite meritis antecedebat. Erat quippe mire patientie summe obedientie, custos oris sui ad silentium, studiosa valde ad continue orationis usum. Sed quia plerumque hi quos iam perfectos homines estimant adhuc in oculis summi opificis aliquid imperfectionis habent, sicut sepe imperiti homines nec dum perfecte sculpta sigilla conspicimus, et iam quasi perfecta laudamus que tamen artifex adhuc considerat et limat laudari iam audit, et tamen ea tundere meliorando non desinit. Hec quam prediximus Romula ea quam greco vocabulo medici palisim vocant molestia corporali percussa est. Multisque annis in lectu[lo] decubans pene omni membrorum officio iacebat destituta. Nec tamen hec eadem eius mentem ad impatientiam flagella perduxerant. Nam ipsa ei detrimenta membrorum facta fuerant incrementa

virtutum quia tanto sollicitius ad usum orationis excreverat, quanto et aliud agere quodlibet nequaquam valebat. Nocte ergo quadam eandem Redemptam que prefatas sum que utrasque discipulas suas loco filiarum nutriebat vocavit dicens, Mater veni mater veni. Que mox cum alia discipula surrexit sicut utrisque referentibus et res eadem multis claruit et ego quoque in eodem tempore agnovi. Cumque noctis medio lectulo iacentis assisterent subito celitus lux emissa omne cellule spatium illius implevit, et splendor tante claritatis emicuit ut corda assistentium inestimabili pavore perstringeret, atque ut post ipse referebant omne in eis corpus obriguisset et in subito stupore remanerent. Cepit namque quasi cuiusdam magne multitudinis sonitus ingredientis audiri, hostium cellule concuti, ac si ingredientium multitudine premeretur, atque ut dicebant intrantium multitudinem sentiebant, sed nimietate timoris et luminis videre non poterant, quia earum oculos et pavor depresserat, et ipsa tanti luminis claritas reverberabat. Quam lucem protinus miri est odoris subsecuta flagrantia ita ut earum animum quia lux emissa terruerat odoris suavitas refovebat. Sed cum vim claritatis illius ferre non possent cepit eadem Romula assistentem et trementem Redemptam suorum morum magistram blanda voce consolari dicens, Ne timeas mater, Non morior modo. Cumque

decubans

crebro hoc diceret paulatim lux
que fuerat emissa subtracta est
Sed is qui subsecutus est odor
remansit Cumque dies secundus et
tercius transisset ut aspersa fla-
grantia odoris remaneret Nocte
vero quarta eandem matrem suam
iterum vocavit qua veniente
viaticum petiit et accepit Nec-
dum vero eadem redempta vel alia
eius discipula a lectulo iacen-
tis abscesserat et ecce subito
in platea ante eiusdem cellule ho-
stium duo chori psallencium con-
stiterant et sicut se dicebant
sexus ex vocibus discrevisse
psalmodie cantus dicebant viri
et femine respondebant Cumque ante fores
cellule exhibentur celestes
cum obsequie sancta anima illa carne
soluta est Qua ad celum du-
cta quanto chori psallentium
alcius ascendebant tanto
cepit psalmodia lenius au-
diri quousque et eius psalmo-
die sonitus suavitatis elonga-
ta finiretur De transitu
Transille serve dei cui dominus
ihesus christus in mortis articulo
apparuit

Nonnunquam enim necesse in consolacione
egredientis anime ipse apparere so-
let auctor et retributor vi-
te Unde et hoc quod de Trasi-
lla amita mea in omelijs evan-
gelij dixisse me recolo explica-
bo que inter duas sorores ali-
as suas virtute continue ora-
cionis gravitate vite singulariter
abstinencie ad sanctitatis culmen
excreverat hinc per visionem
felix athavus meus huius
Romane ecclesie antistes apparuit

et quasi mansionem perpetue claritatis
ostendit dicens Veni quia te
in hac lucis mansione suscipio
Que subsequente mox febre
correpta ad diem pervenit extre-
mum et sicut nobilibus feminis
viris que morientibus multi con-
veniunt qui eorum proximos con-
solentur eadem hora exitus
ipsius multi viri ac femine lectu-
lum circumsteterunt cum subito sur-
sum illa respiciens Jhesum ve-
nientem vidit et cum magna ani-
madversione cepit circumstantibus
clare dicens Recedite recedite
Jhesus venit Cumque in eum inten-
deret sancta anima illa a corpore
egressa est tanta que subito
flagrantia miri odoris domus
aspersa est ut ipsa suavitas
cunctis ostenderet illuc auctorem
suavitatis venisse Cumque cor-
pus eius ex more mortuorum
ad lavandum esset nudatum longe
orationis usu in cubitis eius et
genibus camelorum more inducta
est obdurata cutis excrevisse
Et quid vivens spiritus eius e-
gerit caro mortua testabatur
De transitu muse puelle cui
beata virgo in mortis articulo
apparuit Gregorius 74 de sancta maria
Sed neque hoc silebo quod
predictus probus dei famulus
de sorore sua Musa nomine parva
puella narrare consuevit dicens
Quia quadam ei per visionem nocte dei
genitrix virgo Maria apparuit
et coevas ei in albis vestibus
puellas ostendit Quibus cum
illa admisceri appeteret sed se
eis iungere non auderet beate
marie semper virginis est voce

xxviij c

requisita an uellet cum eis
esse atque in eius obsequio viue
Cui tum puella dicet uolo ab
ca protinus madatum accipit ut
[margin: uicij pl] ultra leue et puellare non
agēt a risu et iocosis ubus se
abstineret sciens per oīa quod inter
easdem uirgines quas uiderat
ad eius obsequium die tricesimo
veniret Quibus visis in cun
ctis suis moribus puella mu
tata est omnem quoque a se leuita
tem puellaris vite magne
grauitatis detersit manu
Cumque eam parentes eius muta
tam esse mirarentur requisita rem
retulit quid sibi bta uirgo
dei genitrix iusserit vel qua
die itura esset ad obsequium eius
indicauit Cum post vicesimum
et quintum diem febre correpta
est die autem tricesimo cum hora
exitus eius appropinquasset eandem
dei genitricem cum puellis quas per
uisionem viderat ad se venire
conspexit Cui etiam se vocanti
rndere cepit et depressis re
uenter ocul aperta voce cla
mare Ecce dña venio Ecce
dña venio In qua etiā voce
spiritum reddidit et ex uirgineo cor
pore habitura cum sanctis vir
ginibus exiuit · Petrus
Cum humanum genus vicijs
[margin: ^ innumeris] multis atque ^ innumeris sit subiectum
ciuibus celestis Jerusalem maxi
mam partem ex paruulis uel infantibus
arbitror posse compleri
Gregorius de puero blasfemo
et quinque annorum dampnato
[margin: Item c de blasphemia] Et si omnes baptisatos infan
tes et in eadem infantia morien
tes ingredi regnum celeste cre
dendum est ^ Nonnullis paruu
cuiusdam regni celestis aditus a

^ Non est tamen qui scit loqui possit regna
celestia ingredi credendus est

parentibus clauditur si male nu
triatur Nam quidam uir ciuitatis
in hac urbe notissimus ante tri
ennium filium habuit annorum
sicut ego arbitror quinque quem
nimis carnaliter diligens re
misse nutriebat atque isdem
paruulus quod dictu graue est
mox ut eius animo aliquid
obstitisset maiestatem dei
blasphemare consueuerat Qui in hac [margin: in hac]
anno hoc tercium mortalitate
percussus venit ad mortem Cum
que eum pater suus in sinu teneret
sicut hii testati sunt qui presentes
fuerunt malignos spiritus ad se
venisse trementibus oculis
puer aspiciens cepit clamare
Obsta pater obsta pater Qui
sic clamans declinabat faciem
ut se ab eis in sinu patris
absconderet Quem cum ille
trementem requireret quid vi
deret puer adiunxit Mauri
homines venerunt qui me tollere
volunt Qui cum hoc dixisset
maiestatis nomen protinus
blasphemauit et animam reddidit
ut enim omnipotens deus osten
deret pro quo reatu talibus
fuisset executoribus traditus
unde viuentem pater suus cor
rigere noluit hunc morientem
permisit clamare ut qui diu per
diuinitatis pacientiam blasphemus
vixerat quandoque per diuinitatis
iudicium moreretur quatenus rea
tum suum pater agnosceret qui
paruuli filij animam negligens
non paruulum peccatorem iehen
ne ignibus nutrisset Sed
interim hoc triste deponen
tes ad ea que narrare
ceperam leta redeamus

Gregorius d' circuitu stepha
ni famuli dei qui plus doluit
de pctõ illius qui combussit hor
reum suum cum frumto q̄ d' dã

Predicto etem probo alijs pro
bis q3 religiosis viris narrantibus
agnoui ea que audientibus in
dicare de venli patre Stephano
in omelijs euangelij curaui. Fuit
etem vir sicut ijsdem probus et
multi alij testantur nichil in hoc
mundo possidens nichil querens
solu cum deo paupertatem diligens
int' adu'sa semp pacias amplectens
Conuentus secularium fugiens vaca
re sp oronem concupiscens. De q°
vnu virtutis bonu refero vt
ex hoc vno valeant eius multa
pesari. Cum q's nam tu quadam
die messem quã sua manu seminã
uerat decisam ad aream deduxis
set. Nichil q3 aliud cu discipulis
suis ad totius anni stipendium
haberet quidã peruerse voluntatis
vir antiqui hostis stimulis insti
gatus eandem messem igni suppo
sito ita ut erat in area incendit
Quod factum dum alt' aspiceret
eidem dei famulo currens nunciauit
Quod postq3 indicauit adiunxit
dicens Ve ve pr Stephane
quod tibi contigit. Cui statim vul
tu leto ac mente placida respondit
Ve illi contigit qui hoc fecit Nam
michi quid contigit In quibus
eius verbis ostendit In quo virtu
tis culmine sedebat qui vnu
quod insumptus anni habuerat
tam secura perdebat mente magis
q3 dolebat qui pctm commiserat
q̄ sibi q' pcti illius dapnu tolle
rabat. Nec pensabat quid ipse
exterius sed culpe reus quantu
perdebat intus. Huic itaq3 cum
dies mortis egredi e corpore
vrgeret conuenerunt multi vt
tam scte aie ex hoc mundo recedente

suas aias commendarent. Cuiq3 lecto
illius hi q' conuenerant oms astite
runt alij ingredientes angelos viderunt sed
aliquid dicere non potuerunt alij
oio nichil viderunt. Sed oms qui
aderant ita vehementissimus timor
perculit ut nullus illa scta aia egre
diente illic stare potuisset. Et hi er
go qui viderunt et hi qui oio m'
viderant vno omis timore perculs
si et territi fugerunt. Ut palam da
retur intelligi que vis esset que
illam egredientem aiam susciperet
cuius egressum nemo mortaliu ferre
potuisset. Sed int' hec sciendum
est quia quãdo aie meritum in ipso
suo egressu ostendit post mortem
uo crebrius declaratur. Vnde et sci
martires ab infidelibus crudelia multa
perpessi sunt qui tam ut prediximus ad
ossa sua mortua signis quotidie
et miraculis clarescunt.

De duo
bus monachis valentionis abbatis q'
suspensi post mortem cantauerunt

Iste nam venerabilis valentinus
qui post in hac urbe Roma michi
sicut nosti meo q3 monasterio prefuit
prius in valerie prouincia suu
monasterium rexit In quo dum longo
bardi seuientes venissent sicut
eius narratione didici duos eius
monachos in ramis cuius arboris
suspenderunt. Qui suspensi eodem
die defuncti sunt. Vespere autem
facto vtriusq3 eorum spus claris et
apertis vocibus psallere ceperunt
Ita ut ipi q3 qui eos occiderant
cu voces psallentiu audierant
nimium mirati terrentur. Quas vide
licet voces captiui q3 omnes qui il
lic aderant audierunt atq3 eorum
psalmodie postmodu testes exti
terunt. Sed has voces spirituum omnipo
tens deus idcirco pertingere voluit ad
aures corporum vt viuentes quiq3
in carne discerent q' si deo seruire
studeant post carnem verius viuant

Quo deus punit minima peccata electorum

De transitu Surani abbatis de cuius occisione mons et silua super contremebatur. Gregorius

Quibusdam religiosis viris attestantibus adhuc in monasterio positus agnovi quod hoc longo tempore in hac provincia que Suria nominatur quidam monasterii pater vite venerabilis Suranus nomine fuerit qui captiuis aduenientibus et a longobardorum depredacione fugientibus cuncta que in monasterio habere uidebatur largitus est. Cumque in elemosinis vestimenta sua ac fratrum et cellarium consumpsisset quicquid habere in orto potuit expendit. Consumptis rebus omnibus longobardi subito ad eum venerunt et aurum petere ceperunt. Quibus cum ille diceret se omnino nil habere in vicino monte ab his ductus est in quo silua immense magnitudinis stabat. Ibique captiuus quidam fugiens in caua arbore latebat. Ubi unus ex longobardis educto gladio predictum venerabilem occidit virum. Cuius corpore in terram cadente mons omnis protinus et silua concussa est ac si ferre se non posse pondus sanctitatis diceret qua tremuisset etc.

De transitu dyaconi ecclesie Marsorum

Alius quoque in Marsorum provincia vite ualde venerabilis dyaconus fuit quem inventum longobardi tenuerunt quorum unus educto gladio caput eius amputauit. Sed cum corpus eius in terram caderet ipse qui huic caput truncauit immundo spiritu correptus ad pedes eius corruit et quod amicum dei occideret inimico dei traditum ostendit.

Petrus

Quid est hoc queso te quod omnipotens deus sic permittit mori quos tamen post mortem cuius fuerint sanctitatis non permittit celari. **Gregorius**

Cum scriptum sit Iustus quomodocumque morte preuentus fuerit iusticia eius non aufertur ab eo. Electi qui procul dubio ad perpetuam vitam tendunt quid eis obest si ad modicum dure moriuntur et est fortasse nonnumquam eorum culpa licet minima que in eadem morte debeat resecari. Unde fit ut reprobi quidam contra viventes potestatem accipiant sed illis morientibus hoc in eis grauius vindicetur quod contra bonos potestatem sue crudelitatis acceperunt. Sicut isdem carnifex qui eundem venerabilem dyaconum viventem ferire permissus est gaudere super mortuum permissus non est. Quod sacra quoque testatur eloquia. Nam vir dei contra samariam missus quia per inobedienciam in itinere comedit hunc leo in eodem itinere occidit sed statim illic scriptum est Et stetit leo iuxta asinum et non comedit de cadauere. Ex qua re ostenditur quod peccatum inobediencie in ipsa morte fuerit laxatum quia isdem leo quem viventem presumpsit occidere contingere non presumpsit occisum. Qui enim occidendi ausum habuit de occisi cadauere comedendi licenciam non accepit quia is qui culpabilis in vita fuerat punita inobediencia erat iam iustus ex morte. Leo ergo qui prius vitam peccatoris necauerat custodiuit postmodum cadauer iusti. **Petrus**

Placet quod dicis sed nosse velim si nunc ante restitucionem corporum in celum recipi valeat anime iustorum.

Gregorius

Hoc neque de omnibus iustis fateri possumus neque de omnibus negare. Nam sunt quorundam iustorum anime que a celesti regno quibusdam adhuc mansionibus differuntur. In quo dilacionis dampno quid innuitur nisi quod de perfecta iusticia aliquid minus habuerint. Et tamen luce clarius constat quod perfectorum iustorum anime mox ut huius carnis claustra exeunt in celestibus sedibus recipiuntur. Quod et ipsa per se

ritas attestatur dicens Vbi
fuit corpus ibi congregabuntur aq-
le qa ubi est redemptor nr̄ corpo-
re illic proculdubio colliguntur
aīe iustorū. Et Paulus dissolui
desidat et esse cum xp̄o. Qui go
xp̄m in celis esse non dubitat ne-
pauli aīaz in celis esse negat. Qui
etiā de dissolucōe sui corporis et
in habitacōe pr̄ie celestis dicit
Scimus qm̄ si terrestris domus nr̄a
huius habitacōis dissoluatur quod edifi-
cacōem habemus ex deo domū non
manufactā eternam in celis. Petrus
Si igr̄ in celo sunt aīe iustorum
quid est quod in die iudicii pro
iusticie sue retribucōe recipiant

Gregorius

Hoc eis nimirum crescit in iudicio
qd nunc sola aīarum postmodū
vo btitudīe corporū pfruuntur
vt in ipa qz carne gaudeant in
qua dolores pro dn̄o cruciatus
pertulerūt. Pro hac qz gemina-
ta eorū leticia eorū glā scriptum est
ysa^c 61 In terra sua duplicia possidebunt
Hinc etiā ante resurrectionis diem de
aīabus sanctorum scriptum est Da-
te sunt illis singule stole albe Et
dictum est illis vt requiescerent
adhuc tempus modicum donec im-
pleatur numerus conseruorum et frm̄
suorum. Qui ita nunc singulas
acceperūt binas in iudicio stolas
accepturi sunt qa modo aīarum tm̄
tunc autem aīaz sil et corporum glā
letabuntur Petrus
Assencio Sed vellem scire quo-
nam modo agitur quod plerumque
morientes multa pdicunt Grego-
rius qz morientes aliqua predi-
cunt hoc morte grauida confirma
xxvi c Ipa aliquando aīarum vis subti-
litate sua puidet aliquando autem
exiture de corpore aīe per reuelacōem
ventura cognoscunt. Aliquando vero
dn̄o iam iuxta sit vt corpus
deserant diuinitus afflate in secre-
tis celestibus corporeū oculum
mentis mittunt. Nam qd vis aīe
aliquando subtilitate sua ea q̄ sunt
ventura cognoscit. Patet ex eo quod cū
quidā aduocatus qui in hac vr-
be ante biduum lateris dolore de-
functus est. sed paululū antequam
moreretur vocauit puerum suū et
eū sibi parare vestimenta ad pro-
cedendū iussit. Cumque dn̄i puer
quasi insanū crederet eiusdem qz pre-
ceptis minime obediret surrexit
vestimentis se induit et per viam
appia ad beati sixti ecclesiam se esse
processurum dixit. Cumque post mo-
dicum ingrauescente molestia esset de-
functus deliberatum fuit vt apud
beatum Januarium martirem prenestinū ei
corpus eius deponi debuisset. Et
qa longū ~~[illegible]~~ qui eū portarunt hoc his
visum est repente alio consilio
execūtes cū eius funere per viam
appiam nescientes qz quod ille dixerit
in ipam eū ecclesiam posuerūt quam
predixerit. Et cū eundem virū
causis secularibus obligatū nouerimus
qz terrenis inhiantem fuisse nouerimus
vnde hoc predicere potuit nisi quia
id quod futurum erat eius corpori
ipa vis aīe ex subtilitate puide-
bat. De noīibus eorū q̄ morituri erant
et noīa eorum scripta erant in celo
Quod autem sepe etiā apertis litteris
reuelacōibus agitur vt a morituris
futura predicatur. Ex his colligere
possumus que apud nos gesta sunt
in monasteriis. In monasterio etenim meo xxvi c
quidā frater ante decemnium Gerontius
dicebatur. Qui cū graui molestia corporis
fuisset oppressus in visione nocturna
albatos viros et clarissimo habitu
in hoc ipm monasterium descendenda
de superioribus aspexit. Qui dū totum
lecto iacentis assisterent vnus eorum
dixit. Ad hoc venimus ut de monasterio

Gregorii quosdam fratres in militiam
mittamus atque alteri papiens ait. Scri-
be marcellum et valerianum agnellum
atque alios quorum nunc nomina non recordor.
Quibus expletis addidit dicens Scribe
et hunc ipsum qui nos aspicit. Ex qua
visione certus redditus predictus frater
facto mane innotuit fratribus et qui essent
ex eadem cella quos se etiam denuntiant
esse secuturum. Cum die altero predicti
fratres mori ceperunt et sub eodem ordine
se in morte secuti sunt quo fuerant in
descriptione notati. Ad extremum vero
et ipse obiit qui eosdem fratres morituros previderat.
In ea quoque mortalitate que ante triennium
hanc urbem vehementissima clade vastabat
in portuensis civitatis monasterio mellitus
dictus est monachus adhuc in annis iuve-
nilibus constitutus. Sed mire simplicita-
tis atque humilitatis vir qui appropinquante
vocationis die eadem clade percussus et ad ex-
trema deductus est. Quod vir vite venerabilis
felix eiusdem civitatis episcopus audiens cuius
et hec relatione cognovi ad eum accedere
studuit sed ne mortem timere debuisset
verbis persuasoriis hunc confortare. Cui
etiam adhuc divina misericordia longio-
ra vite spatia polliceri cepit. Sed ad
hec ille respondit cursus sui tempora esse com-
pleta dicens apparuisse sibi iuvenem atque
epistolas detulisse et dicentem aperi
et lege. Quibus apertis asseruit quia
se et omnes qui in eodem tempore a predi-
cto episcopo in paschali festivitate fuerant
baptisati scriptos in eisdem epistolis litteris
aureis invenit. Primum quidem ut dicebat
suum nomen cepit ac deinde omnium illo
tempore baptisatorum. Qua de re certum
tenuit et se et alios de hac vita de-
sub celeritate migraturos. Factum quoque
est ut die eodem ipse moreretur et post eum
cuncti illi qui baptisati fuerant ita se-
cuti sunt ut intra paucos dies eorum
nullus in hac vita remaneret. De qui-
bus nimirum constat quod eos predictus
dei famulus idcirco auro scriptos vide-
rat quia eorum nomina apud se fixa eter-
na claritas habebat. Sicut itaque hi reve-
lationibus potuerunt ventura agno-
scere. Ita nonnumquam egressure anime
possunt etiam misteria celestia
non per sompnum sed vigilando previde-
re. Ammonium namque mei mona-
sterii monachum bene nosti qui dum
esset in seculari habitu constitutus
valeriani huius urbis advocati
nalem filiam in coniugio sortitus
eius obsequiis sedule et incessanter
adhibebat et queque in domo
eius agebantur noverat. Qui
nunc iam in monasterio positus nar-
ravit quod in ea mortalitate que
prioribus Narsis temporibus urbem hanc
vehementer afflixit. In domo pre-
dicti valeriani puer armentarius
fuit precipue simplicitatis et hu-
militatis. Cum vero eiusdem advocati domus
eadem clade vastaretur isdem
puer percussus est et usque ad ex-
trema ductus. Qui sublatus subito
a presentibus rediit sibique dominum
suum vocari fecit. Cui ait Ego in
celo fui et qui de hac domo mo-
rituri sunt agnovi. Ille et ille atque
ille morituri. Tu vero non timeas
quia hoc tempore moriturus non eris. Ut
vero scias quia me in celo veraciter fuisse
fateor. Ecce accepi illic ut linguis
omnibus loquar. Numquid tibi incognitum fuit
omnino greca lingua me nescire
~~ut tu~~ grece tu loquere ut cognoscas
an verum sit quod me omnes linguas ac-
cepisse testificor. Cui tunc grece
dominus suus locutus est. Et ita il-
le lingua eadem respondit ut cuncti
qui aderant mirarentur. In eadem
quoque predicti Narsis domo spatarius
vulgaris manebat qui festine ad
egrum deductus ei barbarica lin-
gua locutus est. Sed ita puer il-
le in ytalia natus et nutritus in
eadem barbarica locutione respondit
ac si in eadem fuisset generatus. In-
tanti sunt omnes qui audiebant atque ex duabus

linguarum exprimito quas eum
ante nescisse noverant. crediderunt
de omnibus quas probare minime
valebant. Cum per biduum mors
eius dilata est. Sed die tercio
quo occulto dei iudicio nescitur
manus ac brachia lacros qz su-
os dentibus laniavit et ita de
corpore exiit. Quo mortuo omnes
illi quos predixerat ex hac protinus
luce subtracti sunt. Nullus qz in illa
domo ea tempestate defunctus est
qui in voce illius denunciatus non
est. **Petrus**
Valde terribile est ut qui domum
tale perpere meruit tali etiam po-
hec conplectetur. **Gregorius**
pena Quis occulta dei iudicia sciat-
xxxvii c ea que in divino examine compre-
hendere non possumus timere magis
quam discutere debemus. **De morte The-**
ophani comitis qui tempore
tempestatis serenitatem in morte
sua predixit
Hoc autem de egredientibus animabus
quia multa premisit ea que cepimus
exequamur. Neqz hoc silendum
est quod de Theophanio ~~cetar~~ ex-
cellentis urbis comitis in eadem
urbe positus multis attestantibus
agnovi. Fuit namqz vir nimie acti-
bus deditus, bonis operibus intentus
precipue hospitalitati studens ex-
cendiis quod comitatus curis oc-
cupatus. agebat terrena et temporalia
Sed ut in fine claruit magis
ex debito quam ex intencione. Nam
cum propinquante mortis eius tempore
contrarissima tempestas aeris obstitis-
set ne ad sepeliendum duci potuis-
set cumqz uxor sua cum fletu ve-
hementissimo requireret dicens Quid
faciam quo te ad sepeliendum ejiciam
que hostium domus huius pre nimia
tempestate egredi non possum. Tunc
ille respondit. Noli mulier flere
quia mox ut ego defunctus fuero

eadem hore serenitatem deus ~~dedit~~ reddet Cuius
protinus voce mors et mortem serenitas
est secuta. Quod signum sunt et alia
signa comitata. Nam manus et pedes
eius podagre humore tumescentes usi
in vulneribus fuerant et profluente sa-
nie patebant. Sed cum corpus eius
ex more ad lavandum fuisset nudatum
ita manus pedes qz sani inventi sunt ac
si numquam vulneris aliquid habuissent. Du-
ctus itaqz ac sepultus est eius coniugi
visum est ut quarto die in sepulcro illius
marmor quod suppositum fuerat mutari
debuisset. Quod videlicet marmor
corpori eius suppositum dum fuisset
ablatum tanta ex corpore eius fragrancia
eius emanavit ac si ex putrescente car-
ne vermis pro omnibus aromata fer-
buissent. Quod Petrus dum narrate
me ~~ut~~ dimetijs quibusdam in sinu
venisset in dubium. die quadam sedente
me in conventu nobilium ipsi artifi-
ces qui in sepulcro illius marmor
mutaverant affuerant, aliquid me de gra-
causa rogaturi. Quos ego de eodem miraculo
cruz clero et nobilibus et plebe requisivi
Qui et eadem odoris fragrancia miro
modo se repletos esse testabantur
Et quedam alia in augmento miraculi que
nunc narrare longum existimo de eodem
sepulcro eius addiderunt. **Petrus**
Inquisicionem mee sufficienter iam vi-
deo satisfactum. Sed hoc est adhuc
quod questio animum pulsat. Quia cum supius
dictum sit esse procul dubio sanctorum animas
in celo, restat ut iniquorum quoqz animas non
esse nisi in inferno credamus. Et quid
de hac re habeat veritatis ignoro. Na
humana estimacio non habet pe~~c~~torum animas
~~sz~~ ante ~~eius~~ iudicium posse cruciari
Gregorius quod anima iniquorum de corpore
descendat in infernum
Si esse animas sanctorum in celo sacri e- xxviii
loquiis credidisti oportet ut per omnia ex
credas et iniquorum animas in inferno
quia ex retribucione iusticie ex qua iam iusti
milites glorificantur necesse est omnia ut iniusti

omīb cruciētur Nā sicut electorū aīas
btitudo letificat ita credi necesse est
q̄d a die exitus sui reprobos ignis
exurat **Petrus**
Ex qua rōne credend est q̄ rem incor-
porea tenere ignis corporeus possit
**Gregorius q̄ incorpeus spūs i-
gne corporeo teneatur**
Si viventis homīs spūs incorporeus
tenetur in corpore cur non post mor-
tem cū incorporeus sit spūs etiā
corporeo igne teneatur **Petrus**
In vivente q̄ homīe ideo incorpore-
us spūs tenetur in corpore quia
vivificat corpus **Gregorius**
Si incorporeus spūs petre in hoc
teneri pt quod vivificat quare nō
penalit̄ et ibi teneatur quo vbi mor-
tificat. Sed teneri spm per ignem
dicim⁹ vt in tormēto ignis sit
vivendo videndo atq̄ sentiendo. Ignem namq̄
ipso eo patitur quo videt. et qz se cremari aspicit cremat̄ sic q̄ sit vt res cor-
porea incorporea exurat Dum
ex igne visibili ardor et dolor tra-
hitur invisibil̄ vt p ignem corporeū
mens incorpea etiā corporea fla-
ma cruciētur Quamq̄ colligere
ex dictis euangeliis possum q̄ aīa
incendiū non solū videndo sed etiā
experiendo patiatur Veritas etenim
voce dīr dives in inferno sepultus
est. Cuius in igne q̄ aīa cruciatur
insinuat vox divitis que abraham
deprecatur dicens mitte lazarum
q̄ crucior in hac flama. Dum go
peccatorē divitem veritas in igne dāpna-
tum phibet quis iam sapiens repro-
borū aīas ignibus teneri negat
Ecce rōne et testio ad **Petrus**
credulitatem flectit̄ animus. Sed
dimissus iterum ad tigorem redit
Quo enim res incorporea a corpore
a teneri et affligi possit ignoro
Dic queso te apostatas **Gregorius**
spūs a celesti electos glā esse cor-
poreos an incorporeos suspicaris
Quis nam sapiens **Petrus**
spūs esse corporeos dixerit **Gregorius**
Ignē iehenne esse corporeum an
incorporeum esse fateris **Petrus**
Ignem esse iehenne corporeum
non ambigo In quo ētum est cor-
pora cruciari **Gregorius**
Certe reprobis in fine vitas dī-
cetura est Ite in ignem eternū
qui est patus dyabolo et angel̄
eius Si igr̄ dyaboli et eius an-
geli cū sint incorporei corporeo
sunt igne cruciādi quid mirū
si aīe anq̄ recipiant corpora
pnt sentire corporea tormenta
Petrus
Patet racio nec dz̄t ultra ani⁹
de hac q̄stione dubitare **Gregorius**
Postq̄m laboriose credidisti expe-
rtum credo si ea que mī a viris
fidelib⁹ sūt digesta narrauero
**De i° q̄ in longa distantia mortis et
dāpnatōz theodorici regis vidit
et nuntiauit Gregorius**
Julianus namq̄ huius romane
ecclīe cui deo auctore deservio secūd⁹
defensor q̄ ante septem ferme annos de-
functus ē ad me adhuc in monasterio
positū crebro veniebat meūq̄
colloq̄ de aīe vtilitate cōsueuerat
Hic itaq̄ mī quadam die narrauit
dicens theodorici regis temporibus
pr̄ soceri mei in siciliam exactionis
tanomīs egerat atq̄ iam ad yta-
liā redibat cuius navis est appul-
sa ad insulā que lyparis appellatur Et
quia illic vir quidā solitarius
magne virtutis habitabat dum
naute navis armamenta repararent
visū predicto pri soceri mei est
ad eundem dei virū pergere se q̄
eius oraibus commendare Quos
vir dnī cū vidisset eis inter a-
liā loquens dixit Scitis q̄ rex
theodricus mortuus est Cui
illi responderūt Absit Nos eum
viventem dimisimus et nichil tale
ad nos de eo nūc prelatum est
Quib̄ dei famulus addidit dicens
Etiā mortuus est Nā hesterna
die hora nona inter iohannem

ppp c

ppp c

quam et Simmachum prius distinctus et discalciatus et vinctis manibus deductus in hanc vicinam vulcani ollam iactatus est. Quod illi audientes sollicite conscripserunt diem et valde reversi eo die eum fuisse mortuum invenerunt quo die eius exitus atque supplicium dei famulo fuerat ostensum. Et quia Iohannem papam affligendo in custodia occidit, Simmachum quoque patricium ferro trucidavit, ab illis in ignem iuste missus apparuit quos in hac vita iniuste iudicavit. Gregorius de morte reparati xxxvi

Sed eadem qua sepultus est nocte beatus Faustinus martyr in cuius ecclesia corpus illius humatum custodi apparuit dicens: Vade et dic episcopo ut proiciat has fetentes carnes quas hic posuit quia si non fecerit die tricesimo ipse morietur. Hanc visionem custos episcopo timuit confiteri et rursus ammonitus dissimulavit. Die vero tricesimo episcopus eiusdem civitatis cum hora vespertina sanus et incolumis ad lectum rediisset subitanea et inopinata morte defunctus est. Gregorius de corpore Valentini quod eiectum fuit ex ecclesia.

Ad est in presenti Vehilis frater Venantius lunensis episcopus et magnificus Liberius vir nobilissimus qui se scire suosque homines interfuisse testatur ei rei quam narrat in Ianuensi urbe contigisse. Ibi namque ut dicunt Valentinus nomine mediolanensis ecclesie defensor defunctus est, vir valde lubricus et cunctis levitatibus occupatus, cuius corpus in beati Syri martyris ecclesia sepultum est. Nocte autem media facte sunt in eadem ecclesia voces, ac si quis ex ea violenter repelleretur et traheretur foras. Ad quas nimirum voces accurrerunt custodes et viderunt duos quosdam teterrimos spiritus qui eiusdem Valentini pedes quadam ligatura strinxerant et eum ab ecclesia clamantem ac nimium vociferantem foras trahebant. Qui scilicet ~~spiritus territum~~ ad sua strata reversi sunt. Mane autem facto aperientes sepulcrum in quo idem Valentinus positus fuerat corpus eius non invenerunt. Cumque extra ecclesiam quererent ubi proiectum esset, hoc in alio sepulcro positum ligatis adhuc pedibus sicut fuerat de ecclesia abstractum. Ex qua re Petre collige quia hi quos peccata gravia deprimunt si in sacro loco se sepeliri faciant restat ut etiam de presumpcione iudicentur, quatenus eos sacra loca non liberent sed etiam culpa accuset. De illo qui consumptus fuit igne in sepulcris vestibus illesis permanentibus.

Nam quod in urbe contigerit ista custodum qui hic habitant plurimi testantur, quia quidam artifex eorum primus cum defunctus fuisset in ecclesia beati Januarii martyris iuxta portam sancti Laurentii a coniuge sua sepultus est. Sequenti autem nocte ex sepultura eadem audiente custode spiritus eius cepit clamare: Ardeo, ardeo. Cum vero voces has diu emitteret custos nuntiavit hoc eius uxori. Uxor vero illius eos qui diligenter inspicerent actus eiusdem viros transmisit ad ecclesiam volens cognoscere qualiter corpus eius esset in sepulcro de quo clamaret talia. Qui aperientes sepulcrum vestimenta quidem intacta reperiunt que nunc usque in eadem ecclesia pro eius rei testimonio servantur, corpus vero illius omnino non invenerunt, ac si in sepulcro eodem positum non fuisset. Ex qua re colligendum est, quia ultione anima eius dampnata sit cuius et caro est ab ecclesia proiecta. Quid ergo sacra loca sepultis prosunt quando hii qui indigni sunt ab eisdem sacris locis divinitus proiciuntur. Quid sit quod animabus prosit post mortem. Petrus.

Quidnam ergo esse poterit quod mortuorum animabus valeat prodesse. Gregorius. l iij

Si culpe post mortem solubiles sunt multum solet animas post mortem sacra oblatio hostie salutaris adiuvare, ita ut hoc nonnumquam ipse defunctorum anime videantur expetere. Nam predictus Felix episcopus a quodam venerabilis vite presbitero qui usque ante biennium vixit et in diocesi centumcellensis urbis habitavit et ecclesie beati Johannis que in loco qui Tauriana dicitur sita est preerat cognovisse se asserit quod idem presbiter in eodem loco in quo aque calide nimios vapores faciunt quotiens necessitas corporis exigebat lavari consueverat. Ubi dum die quadam fuisset ingressus invenit quemdam incognitum adesse qui suum obsequium paratum qui sibi de pedibus calciamenta abstraheret vestimenta susciperet et exeunti a caloribus sabana prebeat et magno devotionis ministerium cum magno famulatu peragerit. Cumque hoc sepius fieret idem presbiter ad balnea iturus intra semetipsum cogitans dixit: Viro illi qui mihi solet tam devotissime ad lavandum obsequi ingratus apparere non debeo sed aliquid mihi necesse est ut pro munere portare. Tunc duas secum oblationum coronas detulit. Qui videlicet mox ut pervenit ad locum hominem ex more eius obsequio in omnibus usus est. Lavit itaque et cum vestitus voluisset egredi hoc quod secum obtulerat obsequenti viro quasi pro benedictione obtulit petens ut benigne susciperet quod ei caritatis gratia offerret. Cui ille merens afflictusque respondit: Mihi ista quare das pater? Iste panis sanctus est, ego hunc manducare non possum. Me etenim quem vides aliquando huius loci dominus

Marginal notes (left): fulsit; custodes territi; l; l iiij c

Marginal notes (right): de anima in balneis ponite; Facitergia; Sabana

fui, sed pro culpis meis hic post mortem dampnatus sum. Si autem michi vis gratum prestare, omnipotenti deo offer pro me hunc panem, ut pro peccatis meis intervenias. et tunc exauditum te esse cognosce cum huc ad lavandum veneris et me minime inveneris. In quibus verbis disparuit, et is qui esse homo videbatur evanescendo innotuit quia spiritus fuit. Idem vero presbiter ebdomada continua se pro eo in lacrimis afflixit, salutarem hostiam quottidie obtulit, et rursus post ad balneum eum iam minime reperit. Qua in re quantum prosit animabus sacre oblationis ostenditur, quia hanc et ipsi mortuorum spiritus a viventibus petunt, et signa indicant quibus per eam absoluti videantur.

de proprietate monachi

De monacho proprietario. Sed neque hoc silendum existimo quod actum in meo monasterio ante hoc triennium reminiscor. Quidam namque monachus Iustus nomine arte medicinali fuerat imbutus, qui mihi in eodem monasterio constituto sedule obsequi et in assiduis egritudinibus meis excubare consueverat. Hic itaque languore corporis preventus ad extrema deductus est. Cui in ipsa sua molestia frater suus Copiosus nomine serviebat, qui ipse nunc quoque in urbe hac per eandem artem medicine corporalis vite stipendia sectatur. Sed predictus Iustus cum se iam ad extrema pervenisse cognosceret, eidem Copioso fratri suo quod occultos tres aureos haberet innotuit. Quod nimirum fratribus non potuit celari, subtiliter vero indagantes et omnia eius medicamina perscrutantes, eosdem tres aureos invenerunt in medicamine absconditos. Quod mox ut mihi nuntiatum est, tantum malum de fratre qui nobiscum communiter vixerat equanimiter ferre non valui, quippe eiusdem nostri monasterii regula semper fuerat ut cuncti fratres ita communiter viverent, quatenus eis singulis nulla habere propria liceret. Tunc nimio merore perculsus cogitare cepi vel quid ad purgationem morientis facerem, vel quid in exemplum viventibus fratribus providerem. Pretioso igitur eiusdem monasterii preposito ad me accersito dixi: Vide ut nullus ex fratribus se ad eum morientem iungat, nec sermonem consolationis ex cuiuslibet ore percipiat, sed cum in morte fratres constituerit, et suus frater carnalis dicat quia pro solidis quos occulte habuit a cunctis fratribus abhominatus sit, ut saltem in morte de culpa sua mentem eius amaritudo transfigat, et a peccato quod perpetravit purget. Cum vero mortuum fuerit, corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur, sed fossam qualemlibet in sterquilinio facite, et in ea corpus illius proicite, ibique super eum tres aureos quos reliquit iactate, simul omnes clamantes: Pecunia tua tecum sit in perditionem, et sic eum terra operite. In quibus utrisque rebus unum volui morienti, alterum volui viventibus fratribus prodesse, ut et illum amaritudo mortis a culpa solubilem faceret, et istos avaricie tanta dampnatio misceri in culpa prohibet. Quod ita factum est. Nam cum isdem monachus pervenisset ad mortem atque anxie quereret se fratribus commendare, nullusque ex fratribus ei se applicare et loqui dignaretur, carnalis frater suus cur esset abhominatus ei indicavit. Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit, et in ipsa tristitia e corpore exivit. Qui ita sepultus est ut dixi. Sed fratres omnes eadem eius sententia perturbati ceperunt singuli extrema quaeque et vilia et que regulariter eis habere licuerat ad medium proferre, vehementer quoque formidare ne quid apud se esset unde reprehendi potuissent. Cum vero post mortem eius triginta iam essent dies evoluti, cepit animus meus fratri defuncto compati, eiusque cum dolore gravi supplicia pensare, et si quod esset remedium ereptionis querere. Tunc eodem Pretioso monasterii nostri preposito ad me vocato tristis dixi: Diu est quod frater ille qui defunctus est in igne cruciatur. Debemus ei aliquid caritatis impendere, et eum in quantum possumus ut eripiatur adiuvare. Vade itaque et ab hodierna die diebus triginta continuis offerre pro eo sacrificium stude, ut nullus omnino pretereat dies quo pro absolutione illius salutaris non immoletur hostia. Qui protinus abscessit et paruit. Nobis autem alia curantibus et evolutos dies non numerantibus, isdem frater qui defunctus fuerat nocte quadam fratri suo germano Copioso per visionem apparuit. Quem ille cum vidisset inquisivit dicens: Quid est frater? Quomodo es? Cui ille respondit: Nunc usque male fui, sed iam modo bene sum, quia hodie communionem recepi. Quod isdem Copiosus

aperiens protinus indicavit in monasterio
fratribus fratres vero sollicite computaverunt dies
et ipse dies exstiterat quo pro eo tricesi-
ma oblatio fuerat expleta. Cumque et Copiosus
nesciret quid pro eo fratres agerent et fratres
ignorassent quid de eo Copiosus vidisset
uno eodemque tempore cognoscit ille quid isti ege-
runt atque isti cognoscunt ille quod viderant
concordante simul visione et sacrificio res aper-
te claruit quia frater qui defunctus fuerat
per salutarem hostiam supplicium evasit. Petrus
Mira res sunt que audio et non mediocriter leta.
Vic Greg. Ne nobis in dubium veniat quod ab ore mortuo-
rum confirmatur haec facta viventium narro.
Vite venerabilis Cassius Narniensis
episcopus qui cotidianum Deo sacrificium offerre con-
sueverat seque in lacrimis inter ipsa sacrificiorum
archana mactabat mandatum domini cuidam
visione sui presbyteri suscepit dicentis Age
quod agis operare quod operaris Non cesset
pes tuus Non cesset manus tua In
natali apostolorum venies ad me et reddam
tibi mercedem tuam. Qui post annos se-
ptem ipso natalitiorum apostolorum die cum missarum
solemnia peregisset et mysteria sacre co-
munionis accepisset e corpore exivit.

Gregorius de quibusdam qui per salutarem hostiam liberantur

vij c Hoc est quod audivimus quendam apud ho-
stes in captivitate positum et in vinculis retenta-
tum fuisse pro quo uxor sua diebus certis
sacrificium offerre consueverat. Qui longo tempore
post ad coniugem reversus quibus die-
bus solverentur vincula eius innotuit
eiusque coniux illos fuisse dies quibus
pro eo offerebat sacrificium recognovit
et ex alia nobis re que ante annos se-
ptem gesta est certissime confirmatur.
Agatho etenim Panormitanus episcopus
sicut mihi fideles et religiosi viri te-
stati sunt cum bone memorie decessoris mei
tempore missus esset et Romam veniret vim
nimie tempestatis pertulit ut ita vel
se ex tanto undarum periculo evadere
posse diffideret. Nauta vero illius Varaca
nomine qui nunc eiusdem ecclesie clericatus
officio fungitur post navem carabum
regebat rupto fune cum eodem carabo
quem regebat inter undarum tumulos
repente disparuit. Navis autem cum episcopo
pervenit tandem post multa pericula ad
Usticam insulam quassata fluctibus perve-
nit. Cumque die tertio episcopus nautam qui
ab eo abreptus in carabo fuerat in
nulla parte maris videret apparere vehe-
menter afflictus mortuum credidit sed pro
obsequium caritatis unum quod mortuo
debebat impendit ut omnipotenti Deo pro
absolutione anime eius offerre sacrificium vi-
ctime salutaris iuberet. Quo oblato
restaurata navi pergens ad Ytaliam
cumque ad Romanum portum venisset
nautam illic repperit quem mortuum
putavit. Tunc inopinata exultatione
gavisus est eumque tot diebus quomodo
in illo tanto maris periculo vivere
potuisset inquisivit. Qui indicavit quo-
tiens in illis tempestatis fluctibus cum
eodem quem regebat carabo fuisset ver-
satus qualiter cum illo aquis pleno na-
taverat et quotiens eo a superiori par- carine
te dorsum verso ipse carine eius su-
persederat adiungens cum diebus ac no-
ctibus hoc incessanter faceret et iam
virtus eius funditus ex fame simul et
labore cecidisset quo eum ordine miseri-
cordia servaverat indicavit. Etenim quod est
usque nunc testatur dicens Laborans in flu-
ctibus et deficiens subito mentis sum pon-
dere gravatus Ita ut neque oppressus
sompno essem neque vigilare me crederem
cum ecce in eodem medio mari me posito
quidam apparuit qui mihi panem ad refectionem
detulit. Quem mox ut comedi vires
recepi. Nec longe post navis transiens
affuit que me de illo undarum periculo
suscepit et ad terram duxit. Quod
episcopus audiens requisivit diem et fuisse il-
lum diem repperit quo pro eo presbyter in Ho-
stica insula omnipotenti Deo hostiam sacre
oblationis immolavit. Petrus
Ea que narras tempore etiam positus in Sici-
lia agnovi. Gregorius
Credo ego quia hoc tam aperte cum viventibus
ac nescientibus trahitur ut cunctis haec agentibus agitur
et nescientibus ostendatur quia si insolubiles
culpe non fuerint ad absolutionem prodesse etiam
mortuis sacre oblationis possit. Sed sciendum

est quia illis mortuis facta victima profuit
quam hic vivendo optinuerit ut eos etiam
post mortem bona adiuvent que hic pro
ipsis ab aliis fiunt. De virtute et misterio
hostie salutaris. Gregorius

Lvij c Inter hec autem pensandum est quod tucior
via sit ut bonum quod quisque post mortem
suam sperat agi per alios agat ipse dum vivit
per se. Beatius est enim liberum exire quam post
vincula libertatem querere. Debemus itaque presens
seculum quia iam conspicimus defluxisse
tota mente contempnere et quotidiana
deo lacrimarum sacrificia quotidianas quoque car-
nis eius et sanguinis hostias ymmolare.
Hec namque singulariter ab eterno in-
teritu animam salvat que illam nobis mortem
unigeniti per misterium reparat. Qui licet sur-
gens a mortuis iam non moritur, mors
illi ultra non dominabitur, tamen in seipso
immortaliter et incorruptibiliter vivens
pro nobis iterum in corpus eius et miste-
rio sacre oblacionis ymolatur. Corpus
quippe eius ibi sumitur caro eius in
populi salutem partitur, sanguis eius non
iam in manus infidelium sed in ora fide-
lium funditur. Hinc ergo pensemus quale
sit pro nobis sacrificium hoc quod pro (agit)
absolucione nostra passionem unigeniti
filii dei semper imitatur. Quis enim fidelium
dubitare hoc possit in ipsa ymolacio-
nis hora ad vocem sacerdotis celos
aperiri in illo Ihesu Christi domini misterio
angelorum choros adesse summis yma
sociari terrena celestibus iungi unum quid
(atque invisibilibus) ex visibilibus fieri. De mentis custo-
dia inter sacra misteria et compunctione.
Gregorius
Sed necesse est ut
cum hec agimus nosmetipsos in cor-
dis contricione mactemus. Quia qui passionis
dominice misteria celebramus debemus imi-
tari quod agimus. Tunc ergo vere pro
nobis hostia deo accepta erit cum nos
ipsos hostiam sibi fecerimus. Sed studendum
nobis est ut etiam post orationis tempora in quantum
cum deo largiente possumus in ipso
animum suo pondere et vigore conservemus
ne post cogitacio fluxa dissolvat
ne menti vana leticia subrepat et
lucrum compunctionis anima per incuriam fluxe
cogitacionis perdat. Sic enim ~~anna~~ Anna
quod poposcerat optinere meruit quia
se post lacrimas in eodem vigore mentis
servavit. De qua nimirum scriptum est vultus
~~vultus~~ eius non sunt amplius in diversa
mutati. De relaxandis peccatis mortuorum
Sed hec sciendum est quia recte peti-
cionis veniam postulat qui prius hoc
quod in ipso delinquitur relaxat.
Munus enim ad deum non accipitur nisi
ante vicium discordie ab animo repellatur
dicente veritate: Si offers munus
tuum ante altare et recordatus fueris
quia frater tuus habet aliquid adversum te. Ecce re pensan-
dum est cum omnis culpa munere solvatur
quam gravis est culpa discordie propter quam nec
munus accipitur. Debemus itaque ad pro-
ximum quamvis longe positum longeque
disiunctum mente ire et ei animum subdere
humilitate illum et benivolencia placare.
Conditor enim noster dum tale placitum
intendentibus aperit a peccato nos sol-
vit quia per culpa munus sumit. Ecce
ac voce attestante didicimus quod servus qui
decem milia talenta debebat cum pe-
nitenciam absolucionem debiti a domino per-
cepit sed quia conservo suo centum sibi
denarios debenti debitum non dimisit
hoc ab eo exigitur quod ei fuerat
dimissum. Ex quibus dictis constat quod si hoc
quod in nos delinquitur ex corde non
dimittimus a nobis cursum exigitur quod
nobis per ~~[illegible]~~ penitenciam dimissum fu-
isse gaudebamus. Agitur dum indulti
temporis spacium habemus dum iudex
adhuc sustinet dum conversionem no-
stram is qui culpas examinat ex-
pectat conflemus in lacrimis duri-
ciam mentis formemus in proximis
gratiam benignitatis et fidenter dico
quod salutari hostia post mortem
non indigebimus si ante mortem i-
psi deo hostia fuerimus. per dominum nostrum etc.

Explicit liber Dyalogorum
beati Gregorii summi ac Romani
pontificis finitus in die primo post
festum Epiphaniarum etc.

Incipit liber responsionum beati
Gregorii pape ad beatum Augustinum episcopum
Anglie de hystoria ecclesiastica Anglo-
rum venerabilis Bede presbiteri

Interea vir Augustinus domini
venit Arelate ab archiepiscopo eius-
dem civitatis Ethereo iuxta quod ius-
sa sancti patris Gregorii acceperat
archiepiscopus genti Anglie ordina-
tus est. Reversus quoque Britaniam
misit continuo Romam Laurentium
presbiterum et Petrum monachum qui
beato pontifici Gregorio gentem Anglorum fidem
suscepisse Christi ac se ipsum episcopum factum
esse referrent simul et de eis que
necessarie videbantur questionibus
eius consulta flagitans. Nec mora
congrua quesitu responsa recepit
que etiam huic hystorie nostre co-
commodum duximus videre.

Interrogatio beati Interrogatio
Augustini episcopi Cantuariorum ecclesie
de ipsis qualiter cum suis clericis
conversentur vel de his que fide-
lium oblationibus accedunt alta-
rio quante fieri debent portiones
et qualiter episcopus in ecclesia agere de-
beat. Responsio Gregorii Pape

Responsio Gregorii pape urbis Rome.
Sacra scriptura testatur quam
bene nosse dubium non est et
specialiter beati Pauli ad Thimo-
theum epistole in quibus eum erudire
studuit qualiter in domo dei conver-
sari debuisset. Mos autem sedis apostoli-
ce est ordinatis episcopis precepta
tradere ut de omni stipendio quod
accedit quatuor debeat fieri por-
tiones. Una videlicet episcopo et fami-
lie propter hospitalitatem atque
susceptionem, alia clero, tercia pau-
peribus, quarta in ecclesiis reparandis.
Sed quia tua fraternitas monasterii
regulis erudita seorsum fieri non
debeat a clericis suis in ecclesia
Anglorum que auctore deo nuper ad fidem
perducta est hanc debet conversacionem
instituere que in ipso nascentis ecclesie
fuit patribus nostris in quibus nullus eorum
ex his que possidebant aliquid suum
esse dicebant sed erant eis omnia communia.
Si qui sunt clerici extra sacros ordines con-
stituti qui se continere non possunt sortiri uxo-
res debent et stipendia sua exterius
accipere. Quia et de isdem patribus de
quibus prefati sumus novimus scriptum quod
dividebatur singulis prout cuique opus
erat. De hoc erit quoque stipendio co-
gitandum atque providendum est et sub
ecclesiastica regula tenendi sunt ut bonis
moribus vivant et canendis psal-
mis invigilent et ab omnibus illicitis
cor et linguam et corpus deo auctore
conservent. Communi autem vita viventibus
iam de faciendis portionibus vel exhibenda
hospitalitate et adimplenda misericordia nobis
quid erit loquendum cum omne quod superest in
causis piis ac religiosis erogandum est
domino magistro omnium docente quod superest
date elemosinam et ecce omnia munda
sunt vobis. Interrogatio Augustini
Cum una sit fides cur sunt diverse
ecclesiarum consuetudines et altera consuetudo missa-
rum consuetudo in sancta Romana ecclesia atque
alia in gallia tenetur. Responsio Gre-
gorii. Novit fraternitas tua Romane
ecclesie consuetudinem in qua se meminit nutritam
sed mihi placet sive in Romana sive in Gal-
liarum ecclesia seu in qualibet ecclesia aliquid
invenisti quod plus omnipotenti deo possit
placere sollicite eligas et in Anglorum
ecclesia que adhuc fide est nova institu-
tione precipua que de multis ecclesiis col-
ligere potuisti infundas. Non enim pro
locis res sed pro rebus loca amanda
sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis que
pia que religiosa que recta sunt elige et
hec quasi in fasciculum collecta apud An-
glorum gentes in consuetudinem pone.
Interrogatio Augustini. Obsecro quid pati

debeat si quis aliquid de ecclesia furto
abstulit Responsio Gregorii hoc tua
fraternitas ex persona furis pensare potest
qualiter valeat corrigi Sunt enim quidam
qui habentes subsidia furtum perpetrant
et sunt alii qui in hac re ex inopia
delinquunt Unde necesse est ut quidam
dampnis quidam verberibus et quidam
districtius Quidam autem levius corri-
gatur Et cum paulo districtius agitur
ex caritate agendum est et non ex furo-
re quia ipsi hoc prestatur qui corrigitur
ne iehenne ignibus tradatur Sic enim
nos fidelibus tenere disciplinam debemus
sicut enim boni patres carnalibus filiis
solent quos et pro culpis verberibus
feriunt et tamen ipsos quos doloribus
affligunt heredes habere querunt Et que possi-
dent ipsis servant quos irati insequi vide-
tur Hec ergo caritas in mente tenenda
est et ipsa modum correctionis tenere
omnino nichil faciat addis etiam quomodo ea
que furto de ecclesiis abstulerint reddere de-
beant Sed absit ut ecclesia cum augmento
recipiat quod de terrenis rebus videtur
amittere et lucra de vanis querere Interro-
gatio Augustini Si debeant duo germani
fratres singulas sorores accipere que sunt
ab illis longa progenie generate Responsio Gre-
gorii Hoc fieri omnibus modis licet ne-
quaquam enim in sacris eloquiis invenitur
quod huic capitulo contradicere videtur
Interrogatio Augustini Usque ad quotam generationem
fideles debeant cum propinquis sibi coniugio
copulari et novercis et cognatis si lice-
at copulari coniugio Responsio Gregorii
Quedam terrena lex in Romana repu-
blica permittit ut sive frater et soror seu duorum
fratrum germanorum vel duarum sororum filius et
filia misceantur sed experimento didicimus
ex tali coniugio sobolem non posse succre-
scere Et sacra lex prohibet cognationis
turpitudinem revelare Unde necesse est ut
iam tertia vel quarta generatio fidelium licenter sibi

iungi debeat Nam secundam quam di-
ximus a se omnino debet abstinere
Cum noverca autem misceri grave est
facinus quia et in lege scriptum est
turpitudinem patris tui non reve-
labis neque enim patris turpitudinem
filius revelare potest Sed quia scriptum
est erunt duo in carne una
qui turpitudinem noverce presumpse-
rat profecto patris turpitudinem
revelavit Cum cognata quoque misceri
prohibitum est quia per coniunctionem prioris
fratris caro fuit facta pro qua
etiam re Iohannes baptista capite
truncatus est et sancto martirio con-
sumatus cui non est dictum ut
Christum negaret sed pro Christi offensione
occisus est Sed quia idem dominus
noster Ihesus Christus dixerat Ego sum
veritas quia pro veritate Iohannes
occisus est videlicet pro Christo sangui-
nem fudit Quia vero multa sunt in
anglorum gente qui dum adhuc in in-
fidelitate esset huic nefando
coniugio dicuntur admixti ad fidem
venientes admovendi sunt ut se
abstineant et grave hoc esse peccatum
cognoscant tremendum dei iudicium
timeant ne pro carnali dele-
ctacione tormenta eterni cruciatus
incurrant Non tamen hac re sacri
corporis et sanguinis domini communione
privandi sunt ne in illis illa ulcisci
videatur in quibus se per ignoran-
tiam ante lavacrum baptismatis
astrinxerint In hoc enim tempore sancta
ecclesia quedam per fervorem corriget
quedam per mansuetudinem tollerat
quedam per considerationem dissimulat
et ita portat et dissimulat ut
sepe malum quod adversatur portan-
do et dissimulando compescat Omnes
autem qui ad fidem veniunt admo-
nendi sunt ne tale aliquid audeant

petrare Si qui aut petrauerint
et corpis et sanguis dni comunioe
puandi sunt Ora sicut in his q
per ignoranciam fecerunt culpa ali
qtenus tollanda est ita ut his
fortit insequnda q non metuunt
sciendo peccare Interrogacio au
gg Si longinquitas magna itineris
inciacet ut Epo non facile va
leant conuenire an deat sine aliorum
Eporum presentia Epus ordinari
Rnsio Gregii Et quidem in
anglorum eccl'ia in qua adhuc solus
tu epus inveniris ordinare Epm
no aliter nisi sine Epis potes Nam
quando de gallijs Epi veniunt q in
ordinacion Epi testes assistant
Sz fraternitatem tuam ita volumus
Epos ordinare ut ipi sibi Epi
longo intervallo minime iungantur
quatinus nulla sit necessitas ut
in ordinacione Epi pastores quoque alij
quorum presentia est valde utilis non
facile deant conuenire Cum igitur
auctore deo ita fuint epi in pro
pinquis sibi locis ordinati per oia
eporum ordinacio sine aggregatis
tribus ul quatuor Epis fieri non debet
Nam in ipis spualibus ut sapienter
et mature disponatur exemplum
trahe a rebus etiam carnalibus
possumus Certe enim dum coniugia
in mundo celebrantur coniugati quique
gaudio aple gaudio miscebantur
Cur non ergo in hac spuali ordina
cione qua per sacrum ministerium
ho deo coniungitur tales conueniant
q vel in profectu ordinati epi
gaudeant vel in eius custodia oi
poti deo preces fundant Interro
gacio Aug Qualiter demus
cum Galliarum atque Brittonum epis
agere Rnsum Gregii In gal
liarum Epis nulla tibi auctem
tribuimus qa ab antiquis predecessorum

meorum tpibus pallium arelatensem epi
accepit que nos priuare auctte percepta
minime demus Si igitur contingat ut
fraternitas tua ad galliarum prouinciam
transeat cum eodem arelatensi epo debet
agere qualiter si qua sunt in Epis vicia
corrigantur q si forte in disciplinie
vigore trepidus existit tue fraternitatis
zelo attendendus est Cui etiam eplas
fecimus ut cum tue sctitatis presentia in gal
lijs et ipe tota mente subueniat et q
sunt contra iussionem creatoris ad ipsorum moribus
compescat Ipe autem ex tua auctte aucte
propria epos galliarum iudicare non potis
sed suadendo blandiendo bona quoque opa
eorum mutatorum monstrando prauorum men
tes ad sctitatis studia reforma sicut
scriptum est in lege Per alienam messem
transiens falcem mittere non debet sed ma
spicas conterere et manducare falcem
enim iudicii mittere non potes in ea se
gete q videtur alteri esse commissa sed
per effectum boni operis frumenta dominica vi
ciorum suorum paleis expolia et in eccl'ie
corpe mouendo et persuadendo quasi mandu
cando conuerte Quicquid vero ex auctte
agendum est cum predicto arelatensi epo
agatur ne pmitti possit hec qd antiqua
patrum institucio inuenit Brittonorum
vero omnes epos tue fraternitati committimus
ut indocti doceantur infirmi persuasione
roborentur peruersi auctte corrigantur
Interrogacio Aug Si pregnans mulier
debeat baptizari aut postquam genuerit
post quantum tpe possit ecclesiam intrare
aut etiam ne morte preoccupetur quod
genuerit post quot dies hoc liceat
sacri baptismatis sacra percipe aut
postquam tpis huic vir suus in carnis
copulacione coniungi aut si menstrua con
suetudine tenetur an ecclesiam ei intrare
liceat aut sacre comunionis sacramenta
accipe q vir sue coniugi permixtus
prius quam lauetur aqua si ecclesiam possit
intrare vel etiam ad misterium sacre
comunionis sacramenta accipe Ad oia

rudi anglorũ genti oportz esse gpta
Rñsio gregii Hoc non ambigo
frãitatez tuã reqsitam esse tui
iam rñsum reddidisse arbitror Sz
hec que dicẽ et sentire poteris ul'
potuisti credo q̃ in ea apud te nolu
eris rñsionez firmari. Mlr' etenĩ
pregñas cur non dẽat baptizari cũ
non sit an̄ dei oĩpotentis tui oculos
culpa aliq̃ fecunditas carnis Na
cũ pm̄i pn̄tis nr̄i in padiso deli
quissent immorlitatez quã accepe
rant vbo dei iudicio pdiderunt
Qz ita oĩpotens deus huanum
genq pro culpa sua funditus ex
tingue voluit et ĩmorlitatez homĩ
pro pctõ suo abstulit, et tñ pro
benignitate sue pietatis fecunditatis
ei sobolis seruauit Qd' g° huãne
nature ex oĩpotentis dei dono ser
uatũ est qua rñsione potit a sac
baptismatis grã prohibẽ In illo
qppe misterio in q° oĩs culpa fun
ditus extinguitr̃ si donũ grẽ gtra
dicẽ posse uideatur, cũ non enixa
fuit mlr' post quot dies debeat
ecc'iaz ĩtrare testa[ti] ueteris pcepcõe
didicisti vt pro masculo dieb9 xxx
iii pro femina aut lxvi dẽat abstine
qd' tñ sciend' est q' in mistio accipir
Nã si in hora ead' genuit actua gras
intraret ecc'iaz nullo pcti pondere
gruatur. Voluptas enĩ carnis non
dolor ĩ culpa est. In carnis aut
gmixtioẽ voluptas est. Nam et ĩ
prolacoẽ gemitus. vñ et ipse p'me
mri om̄i dr̃ In dolore paries Si
itaqz enixaz mlrez prohibes ecc'iaz
ĩtrare ipam ei penã suã in culpã
dputas baptizare aut enixã mlrez
uel hc quod genuit si ead' qua
gignit uel hoc quod gignitur ead'
quã natũ est nullo° prohibetur
q' sci misterii grã sicut viuentibus
atz discernentib9 cũ mag' discrecõe
prouidenda est. Ita his quibus
mors imminet sn̄ ulla dilacõne
conferenda, ne dum adhuc tpũs
ad pbendũ redẽpcionis misteriũ
qritur interuenientẽ paululũ mora
inueniri non ualeat q' redimatr̃.
Ad cuius uõ gcubitũ vir suus acce
dere non dz quoadusqz quod gi
gnitur ablectet. p̃ua aut ĩ cõiu
gatorũ moribus cõsue[do] surrexit
ut filios mlrẽs q̃s gignũt nutr'
re gtẽpnat eos aliis qz mlrẽcul9
nutriendũ tradant, quod videlz h'
ex sola ĩcontinẽcie causa videt' inuẽ
tum qua dũ se cõtinẽ noluit de
spicẽ, nuẽ lactaõ qd' gignũt ne
itaqz q̃ filios suos ex p̃ua cõsue[ne]
aliis nutriendũ tradũt nisi purga
cionis tps trãsierit viris suis
admisceri non debent Quippe
etiã partus et sn̄ ca cũ incon
suetis menstruis detinetur vi
ris suis misceri prohibentur
ita ut morte lex sacra feriat si q̃s
vir ad menstruatãz mulierez acce
dat que tñ mlr' dũ consue[ne]z
menstruaz paciatur prohiberi
ecc'iaz intrari nõ dz, quod ei
nẽ supfluitas in culpã non va
let reputari, et per hoc qd' inuito
in vita patit' iustũ non est
vt ingressu ecc'ie pruetur Noui
nãqz q' mlr' que fluxũ sangis
paciebatur post tgum dn̄i hu
militer veniens vestimẽti eius
fimbriã tetigit atz ab ea stati
infirmitas cessit Si g° in fluxu
sangis posita laudabilẽ potuit
dn̄i uesti[ta] tangẽ, cur etiã in
struũ sangis pati ei nõ liceat
ecc'iaz dn̄i intrare Sz dicis illã
infirmitas cõpulit. has vero
de quib9 loqmur gsue[do] cõstrin
git. Pende fr̃ carissime. quia
oẽ quod in hac vita morl' car
ne patimr̃ ex ĩfirmitate natẽ
est digno di iudicio post culpaz

ord'natu· Esurire naq; sitire e
stuare alge latescere ex infirmi^te
nāe est· Et quid aliud con̄ aliud
con̄ fame alimēta / con̄ sitim po
tum / con̄ estū auras / con̄ frigus
vestem / con̄ lassitudinē requiē
querere / quid est n̄ medicamentum
con̄ egritudinē explodere ffemine
itaq; et menstruus suus sanguis
fluxus egritudo est· Si igit' bn̄
p'sumpserit / que uestimentum dni
in languore tetigit quod vni
p'sone infirmanti concedit' / cur
non concedat' cunctis mulierib;
que nature suo vicio firmant'
Sacre aut' comunionis misteriū in
eisd' diebus percipe non deb' pro
hiberi Si aut' venarac'oe magna
p'cipe non p'sumpsit laudanda
est / sed et si p'cepit nō iudicāda
bonar' quippe mentiū / et ibi aliquo
culpas suas agnoscere ubi culpa
nō est / qa sepe sn̄ culpa agitur
qd' venit ex culpa· Vnde etiā
qn̄do esurim' sn̄ culpa comedim'
quib; ex culpa p'mi hois fctm̄ est
vt esuriremus / Menstrua em̄ co
sue^do mulierib; nō aliq̄ culpa est
que vīz nat' accidit Si tn̄ qa
nā ipa viciata est· vt etiam sn̄
volūtatis studio videatur esse
polluta ex culpa venit vicium
in quo seipaz qual' per iudiciū
fcta sit hūana nā cognoscat /
et hō q̄ culpā sponte p'petuit
reatum culpe portat inuitus atq;
ideo fēie cū semetipīs considerēt
et sic mēstrua cōsuetudine ad
sacramētū dnīa corpois et sāg'is
accedē non p'sumūt de sua re
cta cōsuetudine laudanda est
sunt / dum uō p'cipiendo ex re
ligiose vite cōsue^tie· eiusdē
misterii amore rapiuntur rep'
mende sic p'diximus non sunt
Sicut enī in testa^to veti exterioa

obseruabatur· Ita in testa^to nouo
nō tam quod exterius agitur q̄ id qd
interius cogitat' sollicita intencōn attendit'
et subtili sn̄ia puniatur / Nā cum multa
lex uelut immūda manducare prohibebat
Etiā in eu^ao dn̄s dt Nō quod intrat in
os coinquinat aiaz / sed quod exit de ore
ill' st' q̄ coinquināt hoiez· Atq; paulop'
subiecit exponens Ex corde exeūt cogi
taciōs male· ubi ubtim iudicatum est
q' id ab oīpo^te deo pollutū esse in ope
ostendit' qd' ex pollute cogitacionis ra
dice gn̄atur· Vnde paulus aplūs dt
Oīa munda mūdis Coinquinatis at' et
infidelib; nichil est mūdū atq; mox
eiusdē cā coinquinaciōis annūcians sub
iungit Coinquinata sūt enī et mens eo^r
et consciā· Si ergo ei cibus mūdus non
est cui mens inmūda non fuit / cur
quod munda mlr' mente ex nā patitur
et inmundicia reputetur· Vir at' cū ppa
coniuge dormiens nō lotus aq̄ ecclīam
intrare non dz· Lex at' veti ppl'o p'cepit
vt mixtus vir cū mlr'e et lauari aq̄
deat et an' sol' occasum non intrare
Quod itaq; spūalit' intelligi pt' qa vir
mulieri miscet' q̄ illicite cōcupiē animus
p' delectacōez cōiungit'· Qa n' p'us igīs con
cupiē a mente defuit dignū se cōgregacōe
fr̄m estimare non dz / qa se grauari p'
negt'iaz p'ue uoluptatis videt· Qūis
de hac re diuse hoiū nacōs diuersa sen
ciant atq; alia custodire videatur Ro
noz tn̄ sc' ab antiquoribus vsus fuit p'g
admixcioz p'p'e coniugis et lauacri puri
ficacōni querere et ab ingressu eccl'ie re
uerent' abstinere· Nec hec dicētes cul
pam deputam' esse coniugiū· Sed qa ipa
licita admixtio coniugis sn̄ voluptate
carnis fi' non pt' a sacri loci ingressu
abstinēd' est· qa uoluptas ipa sn̄ culpa
esse nō pt'· Nō em̄ de adult'io uel forni
cacōn sz de legittio cōiugio nat' fuat
q̄ dicebat· Ecce em̄ iniquitatibus cōce
ptus sum et in delictis pepit me mater
mea· Qa em̄ i iniq' b; cōcept' sum se
nouat / et in d'licto se natū gemebat
qa portat ardor in ramo humorez vicii

quem traxit ex radice. In quibus tamen
uerbis non ammixtionem coniugum iniquitatem
nominat, sed ipsam videlicet uoluptatem
ammixtionis. Sicut etenim multa que licita at-
que legitima et tamen in eorum actu aliqualiter
fedamur. Sic sepe irascendo culpas
insequimur et tranquillitatem in nobis animi
perturbamus. Et cum rectum sit quod agitur,
Non est tamen approbabile quod in eo animus pertur-
batur. Contra quippe vitia delinquentium
iratus fuerat qui dicebat: Turbatus est
pre ira oculus meus. Quia enim non valet
tranquilla mens in contemplationis se luce
suspendere, in ira oculum suum turbatum do-
lebat, quia dum male acta deorsum inse-
quitur, confundi atque turbari a summe
contemplationis cogebatur. Et laudabilis
est ergo ira contra vicium et tamen molesta
qua turbatum se aliquem reatum incurrisse esti-
mabat. Oportet itaque legittimam carnis
copulam ut causa prolis sit non voluptatis,
et carnis commixtio creandorum liberorum
sit gratia, non satisfactio viciorum. Si
quis uero suam coniugem non cupiditate volu-
ptatis raptus, sed solummodo creandorum
liberorum gratia utitur, iste profecto sive
de ingressu ecclesie, sive de sumendo dominici
corporis et sanguinis misterio suo est re-
linquendus iudicio, quia a nobis prohi-
beri non debet accipere qui in igne nescit ar-
dere. Cum uero non optate amor sobolis
sed uoluptas dominatur in opere commixti-
onis, habent coniuges etiam quod de sua
commixtione defleant. Hoc enim concedit eis
sancta predicatio, et tamen de ipsa concessione
metu animum concutit. Nam cum paulus apostolus
diceret: Qui se continere non potest habeat uxo-
rem suam, statim subiungere curavit: Hoc
autem dico secundum indulgenciam non secundum
imperium. Non enim indulgetur quod licet
et iustum est. Quod enim indulgentiam se
dixit, culpam esse demonstravit. Vigi-
lanti uero mente pensandum est quod in syna
monte dominus ad populum locutus est, prius
eundem populum a mulieribus abstinere precepit.
Et si illic ubi dominus per creaturam subdi-
tam hominibus loquebatur tanta provisione
est mundicia corporis requisita, ut qui
uerba dei perciperent mulieribus mixti non

essent, quanto magis mulieres que corpus
omnipotentis accipiunt custodire in se
mundiciam carnis debent, Ne in ipsa
inestimabilis misterii magnitudine gravetur.
Hinc etiam per misterium david prius per sacer-
dotem dicitur ut si a mulieribus mundi
essent panes propositionis acciperent,
quos omnino non acciperent nisi prius eos
david mundos fateretur. Tunc autem
vir qui post ammixtionem coniugum
lotus aqua fuerit etiam sacre communionis
misterium valet accipere, cum ei iuxta
prefinitam sententiam etiam ecclesiam licuerit
intrare. Interrogatio Augustini.
Si quis post illusionem que per sompnium
solet accidere uel corpus domini uale-
at quislibet accipere uel si sacerdos sacra
misteria celebrare. Responsio Gregorii. Hunc
quidem testamentum veteris legis sicut
in superiori capitulo iam diximus pollutum
dicit, et nisi lotum aqua ei usque ad
vesperum intrare ecclesiam non concedit.
Quod tamen spiritalis intelligens populus
sub eodem intellectu quo nos prefati
sumus, quia quasi per sompnium illuditur qui temptatus
immundicia veris ymaginibus in cogi-
tatione inquinatur, sed lavandus est
aqua, ut culpas cogitationis lacri-
mis abluat, et nisi prius ignis tempta-
tionis recesserit, reum se quasi usque ad
vesperum cognoscat. Sed est in eadem
illusione valde necessaria discretio, que
subtiliter pensari debeat ex qua re
accidat menti dormientis. Aliquando enim
ex crapula, aliquando ex nature superfluitate
uel infirmitate, aliquando ex cogitatione
contingit pollutio. Et quidem cum ex nature
superfluitate uel infirmitate evenit omnino
hec illusio non est timenda, quia hanc
nesciens animus pertulisse magis do-
lendus est quam fecisse. Cum uero ultra
modum gule appetitus in sumendis ali-
mentis rapitur atque idcirco humorum recep-
tacula gravantur, habet exinde animus
aliquem reatum. Non tamen usque ad pro-
hibitionem percipiendi sancti misterii uel
missarum solemnia celebrandi, cum
fortasse aut dies festus exigit

aut exhiberi misterium pro co
quod sacerdos alius in loco deest
ipa necessitas compellit Nam si ab
sunt alii q' implere misterium va
leant illusio p trappula facta a
percepcion sacre mist'ii prohibi non
dz sed ab ymolacion sacri miste
rii abstinere ut arbitror humiliter
dz Si tn dormientis mentem turpi
in ymaginacion nō concusserit Na
quidā se qbus ista plerumq illusio
nascitur Vt eorum ai' eciam in so
pno corporis positi turpis yma
ginacionibus nō fedetur Qua in
re unū ibi ostendit ut ipa mens
rea nō tūc ut suo iudicio libera
eū se et si dormientis corpe Nil
meminit vidisse ac tn in gla cor
poris meminit in yllumie cecidisse
Sin uo ex turpi cogitacion vigila
tis oritur illusio in mente dormien
tis pz aio suus intus Videt enim
aqua iudice iniquaō (?) a pressit
qa qd cogitat sciens hoc ptulit
nesciens Propt' talem pollucōz
a sacr' mistio eo die abstine opz
sed pesanda ē ipa cogitac' vtrum
suggestion an delectacion ul' quod
magis pcti consensu accidit Tribus
enim modis ipletur oē pctm vtz
suggestion delectacion consensu Sug
gestio quippe fit per dyabulū delectacio
p carnem consensus p spiritum qa et pri
culpā serpens suggessit Eva ue
lut caro delectata est Adam
uo uelut spūs consensit Et necia
est magna discrecio vt int' sugge
stiōz et delectacioz int' delectacioz
et consensum iudex sui ai' psidebat
Cum enim malignus spūs pctm
suggesserit in mentem si nulla de
lectacio pcti sequitur pctm oio pe
tratum nō est Cum uo caro dele
ctari ceperit tunc pctm incipit
nasci Si aut' eciam ex delibe'acione
consentit tunc pctm consscitur p
fici In suggestione igitur pcti

semen est In delectacion fit nutrimentum
In consensu pfectio et sepe contingit ut hoc qd
malignus spūs seiat in cogitacion caro
in delectacioz trahit nec tn aia eid' dele
ctacioni consenciat et cum caro delectari sin
aia negat ipe tn ani' carnis voluptas
reluctans in delectacion carnali aliqn li
gatur invitus ut ei ex roe contradicat
ne consenciat et tn delectacion ligatus
sed ligatū se uehementer ingemiscat Vn
et ille celestis exercitus precipuus miles
gemebat dicens Video aliam legem in
mēbris meis repugnantem legi mentis mee
et captivum me ducentem in lege pcti q e
in mebris meis si captivus erat minime
pugnabat sed et pugnabat quapropt' qd
et captivus erat et pugnabat igr lege
mentis cui lex q in mebris est repugna
bat constat esse captivus nō erat Ecce
itaq ho est ut ita dixerim captivus
et liber liber ex iusticia quā diligit
captivus ex delectacion quā portat
invitus et c̄ Explicit lib' responsionum
bti Gregorii ppe ad btm Augustinum archiepm
Anglie de hystoria ecclesiastica Anglo
rum Ven'lis Bede presbiteri

Sequitur Registrum Capitulorum
primi libri dyalogi bti Gregorii ppe

Sequitur Capitula libri secundi

furem ad sepulcrum suum tenuit xxii
De abbate pro nostime mortis eius presbitero xxiii
De Theodoro Mansionario ecclesie beati petri apostoli xxiiii
De Mena monacho solitario xxv
De Habundo Mansionario ecclesie supscripte xxvi
De Quadraginta rusticis qui pro eo quod carnes ymolaticias comedere noluerunt a longobardis occisi sunt xxvii
De multitudine captiuorum qui pro eo quod caput adorare noluerunt a longobardis occisi sunt xxviii
De Carmo episcopo cecato xxix
De arrianorum ecclesia que Rome urbe catholica consecracione dedicata est xxx
De Hermingildo rege Leuigildi Wisigothorum regis filio ad fidem catholicam conversum ab eodem patre suo occiso xxxi
De Episcopis affricanis qui pro defensione fidei catholice abscisis ab arrianorum rege Wandalorum linguis integris locuti sunt xxxii
De Eleutherio servo dei xxxiii
Quot sunt compunctionis genera xxxiiii
De Amancio presbitero Tuscie xxxiiii
De Maximiano Siracusane civitatis episcopo xxxv
De Sancto presbitero provincie Nursie xxxvi
De visione Redempti Ferentine civitatis xxxvii

Sequitur Capitula quarti libri

Quod eterna et spiritualia ideo a carnalibus minus creduntur quia ea que audiunt per experimentum minime noverunt / quod sunt in fide neque infideles vivunt / et ut habent in deos fidem

Quod tres vitales spiritus creati sunt iii
De Eone salvatoris quod de vivo est vinctus hominis et iumentorum iiii
De quoque anime invisibiliter exeuntis an sit visibilis v

Quod vita anime manentis in corpore sicut deprehenditur ex motu membrorum sic vita anime post corpus in sanctis pensanda est ex virtute miraculorum vi
De egressibus animarum vii
De Egressu Capuani episcopi viii
De Egressu anime Speciosi monachi ix
De anima inclusi cuiusdam x
De Egressu Spei Abbatis xi
De Egressu anime presbiteri Ursini xii
De anima probi Reatine civitatis episcopi xiii
De Transitu Gallie ancille dei xiiii
De Transitu Servuli paralitici xv
De Transitu Romule ancille dei xvi
De transitu Muse puelle xvii
De quibusdam parvulis celesti apparentibus ianua claudente cum ab eis male nutriuntur et de puero blasphemo xviii
De Transitu Stephani servi dei xix
Quod aliquando anime meritum non in ipso egressu ostenditur et postmodum declaratur xx
De duobus monachis Valencionis abbatis xxi
De Transitu Surani abbatis xxii
De transitu dyaconi ecclesie Marsorum xxiii
De morte viri dei qui missus Bethel fuerat ~~si ante restitucionem corporum~~ recipiatur anime in celo iustorum xxiiii
Quibus modis morientes aliqua predicant xxvi
Si ante restitucionem corporum recipiantur in celo anime iustorum xxv
Et de morte cuiusdam advocati et de revelacione Ieronimi et Marcellini monacho et de morte pueri Armentarii et diversitate linguarum xxvi
De morte Stephani comitis xxvii
Quod sicut perfectorum anime in celo ita est post dissolucionem corporis iniquorum anime credende sunt xxviii
Qua racione credendum sit ut incorporeos spiritus corporeus teneri ignis possit xxix
De Morte Theodrici Regis Arrianorum xxx
De Morte Reparati xxxii
De Morte Curialis cuius sepultura

intensa est. Si boni bonos in regno et mali malos in supplicio agnoscant xxxiii

De quodam religioso moriente qui prophetas vidit xxxiiii

Quod se etiam ignotue aie in exitu ad inuicem cognoscunt xxxv

Quae ut pro culpis tormenta vel pro bonis actibus silia sunt premia recepturi, et de morte Johannis Eremite et Stephani xxxvi

De hiis qui qui per errorem deduci videntur de corpore et de vacatione et reuocatione petri monachi et de morte et resurrectione xxxvii

Deus dedit cuius domus sabbato visa est edificari xxxviii

De pena Sodomorum xxxviii

An post mortem purgacionis ignis sit an non xxxix

De anima Paschasii dyaconi xxxx

Quod in extremis temporibus multa de animabus clarescunt que ante latuerunt xli

Ubi esse infernus credendus est xlii

Utrum unus iehenne ignis sit an diuisi xliii

Utrum semper ardeat quod iehenne incendio deputatur xliiii

Quomodo anima immortalis dicitur xlv

Si constat quod mortis dampnatione punitur xlvi

De quodam sancto viro qui ad mortem veniens expauit xlvii

Cur quidam ne in morte timeat reuelacione roborantur et de Anthonio monacho et merulo monachis et Johanne monachis xlviii

An obseruanda sint sompnia et quot modis fiunt sompnia xlix

De eo cui per sompnum longa spacia vite promissa sunt l

An prosit animabus si mortuorum corpora in ecclesia beati Laurentii martiris sepulta quam diuina incenditur li

De qui valeant predicti sepultura lii

De corpore Valentini defensoris ab ecclesia post mortem proiecto liii

De custodis corpore in ecclesia sepulto et post ea non inuento liiii

Quid sit quod post mortem valeat absolutionem animas adiuuare et de quodam Welensi presbitero qui cuiusdam spiritus petitus ut per sacram hostiam post mortem potuisset adiuuari lv

De quodam ab hostibus capto cuius vincula solvebantur et de nauigationem nautico per salutaris hostiam a naufragio liberato lvi

De virtute ac misterio victime salutaris lvii

De affligendo corde inter sacramenta misteria et de mentis custodia post compunctionem lviii

De relaxandis culpis alienis ut nostre laxentur lix

Incipit aliud registrum dyalogorum beati Gregorii pape secundum ordinem alphabeti

Abstinentiam in hominibus veneramur demus et non deridere libro primo capitulo primo de Venancio

Accomodati diuites pauperibus libenter dent libro secundo capitulo xxvii

Anima licet non videatur de corpore egredi quod tamen sit in corpore et veraciter egrediatur probat Gregorius libro iiii capitulo v et sequentibus

Anima vite manentis in corpore sicut deprehendere ex motu membrorum sic vita anime post corpus in sanctis pensanda est ex virtute miraculorum libro iiii capitulo vi capitulo vi

